Digitized by Google

Library
of the
University of Wisconsin

# PROSOPOGRAPHIA
# IMPERII ROMANI
## SAEC. I. II. III

EDITA

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE SCIENTIARVM REGIAE BORVSSICAE

BEROLINI
APVD GEORGIVM REIMERVM
MDCCCLXXXXVII

Digitized by Google

# PROSOPOGRAPHIA
# IMPERII ROMANI
## SAEC. I. II. III

PARS II

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE SCIENTIARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

**HERMANNVS DESSAV**

BEROLINI
APVD GEORGIVM REIMERVM
MDCCCLXXXXVII

Digitized by Google

46358
20 Je '98
F353
+3P94
2

# PRAEFATIO EDITORIS

Post ea quae E. Klebs volumini primo praefatus est, nihil superest nisi lectorem monere, volumen hoc alterum imprimi coeptum anno 1892, ad finem perductum esse anno 1895. Noli igitur mirari, multa antiquitatis monumenta, non pauca etiam virorum doctorum scripta, quae post annum 1892 lucem viderunt, in hoc volumine non esse adhibita. — Grato animo memorandi sunt Th. Mommsen et O. Hirschfeld, qui singulas voluminis plagas, antequam prelum relinquerent, perlegerunt et observationes suas mecum communicaverunt; item Fr. Imhoof-Blumer et B. Pick, quibus bona ex parte debentur quae ex nummorum thesauris passim attulimus.

Scr. Berolini mense
Ian. 1897.

H. Dessau.

Digitized by Google

# PROSOPOGRAPHIA

# IMPERII ROMANI.

SAEC. I—III.

---

PARS II.

---

D—O.



Digitized by Google

# D

1 *Dagellius Fuscus, ut auctor citatus *trig. tyr. 25, 2. Cf.* Arellius Fuscus.

2 Dalmatius pater Probi imperatoris *Victor ep. 37.*

3 Damostratia Commodi concubina, a Cleandro uxor ducta *Dio 72, 12.*

4 Damasippus, e nobili ludius *Iuvenal. 8, 185.*

5 DANACIA QVARTILLA AVRELIANA clarissima femina *VIII S. 11152.*

6 Dapyx Getarum regulus, a M. Crasso occisus a. 725 *Dio 51, 20.*

7 Dareus, Artabani regis Parthorum filius, obses datus Tiberio *Iosephus ant. 18, 4, 5.* Gai currum comitatur per Baianum sinum *Suet. Cal. 19; Dio 59, 17.*

8 Dareus praefectus equitum regis Agrippae iunioris *Iosephus bell. 2, 17, 4.*

9 L. DASVMIVS (TVSCVS?). [Λ]ούκιος Δασούμμιος .... *t. Milesius CIGr. 2876 cf. Waddington fastes n. 120, praeterea* Dasum-; *de cognomine v. infra.* Sub Traiano Asiae proconsul *t. Milesius.* Hic sine dubio in consulatu auctor senatus consulti Dasumiani de fideicommissariis libertatibus *Dig. XL 5, 36 pr., 51, 4. Post annum 103 consulem eum fuisse statuit Mommsen Herm. 3 p. 45 not., ideo quod senatus consultum Dasumianum factum est post Rubrianum, hoc autem factum a Rubrio Gallo et M. Eppuleio Proculo Caepione Hispone consulibus, quos fasces gessisse a. 103 vel paullo postea idem collegit ex Plin. ep. 4, 9, 16; contra Waddington fastes n. 120 consulem eum statuit fuisse circ. anno 99, proconsulatum eius adtribuens anno circ. 114. Ab eodem ut videtur factum a. 108 testamentum lapidi inscriptum mutilum VI 10229 cf. p. 1349. Huius fortasse filius adoptivus* L. Dasumius, P. Tullii Varronis f. Tullius Tuscus, *cf. VI 10229 v. 4; quodsi ita est, cognomen ei videtur fuisse* Tuscus.

10 L. DASVMIVS TVLLIVS TVSCVS. *Tituli: Tarquiniensis XI 3365 positus a liberto ut videtur patris (1); Tarquiniensis alter acephalus coniectura ad eum relatus XI 3366 (2); urbanus VI 1526 positus a Lugdunensibus cuius non extat nisi fragmentum (3); Pannonicus III 4117 (4).* L. Dasumius P. f. Tullius Tuscus *tit. 1,* L. Tullius Tuscus *t. 4,* [T]ullius

Tuscus *t. 3. Genitus videtur a P. Tullio Varrone, cui Tarquiniis ab eodem homine titulus XI 3364 dicatus est, in nomen adsumptus a L. Dasumio Tusco qui praecedit (cf. Mommsen Corp. VI p. 1349).* Tribu Stel. *t. 1.* Triumvir monetalis, trib. mil. legionis IIII Flaviae, quaestor Antonini Pii, legatus *(proconsulis)* provinciae Africae, praetor, praefectus aerarii Saturni, consul (suff. a inc.) *t. 1.* Legatus pro pr. provinciae Pannoniae superioris *t. 1. 4,* Augustorum duorum (Marci et Veri) *t. 4.* Legatus pro pr. provinciae Germaniae superioris, curator operum publicorum *t. 1.* Augur *t. 1. 3;* sodalis Hadrianalis, sodalis Antoninianus *t. 1.* Comes Augusti *(M. Aurelii?) t. 1.* — Tarquiniensibus thermas perfecit *t. 2.* — Patronus Lugdunensium *t. 3.*

11 M. DASVMIVS TVLLIVS VARRO, L. f., tribu Stellatina *t. VI 1400 positus a Lugdunensibus. Videtur filius praecedentis etiamtum puer.*

12 Datus Atellanarum histrio, Neronem lacessit *Suet. Ner. 39.*

13 Datus, interfectus a Macrino *Dio 78, 15.*

14 Decebalus *(sic titulus Romae publice positus VI 1444, item auctores Graeci; Latinorum codices plerumque praebent* Decibalus, *item III 4150 p. 1, 9 de alio Decebalo cf. VII 866),* rex Dacorum victus a Traiano *Plin. ep. 8, 4. 2 (nomine non posito); Dio 67, 6. 7. 10; 68, 6–14; Victor Caes. 13, 3; Eutropius 8, 2. 6; Ruf. Festus 8; Hieronymus ad a. Abr. 2118; Petrus Patricius exc. de leg. (Mueller fr. hist. IV p. 185); Zonaras 11, 21.* Eius adfinis Regalianus tyrannus *trig. tyr. 10, 8 (nugatorie).* Memoratur *Plin. ad Trai. 74.*

— NERATIA ANTEIA RVFINA NAEVIA DECIANA.

15 Decianus. Ei Martialis librum secundum epigrammatum inscripsit *Mart. lib. 2 praef.* Origine Emeritanus *Mart. 1, 61, 10:* Stoicae sectae deditus *id. 1, 8,* idem carminum conditor *id. 1, 61 cf. praeterea 1, 24; 1, 39; 2, 5.*

— Catus Decianus.

— C. MACRINIVS DECIANVS.

— T. SATRIVS DECIANVS.

— M. VALERIVS TREBICIVS DECIANVS.

— P. ATTIVS DECIANVS FELIX MATVTINVS.

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS *cet.* SOSIVS PRISCVS.

— Q. ROSCIVS COELIVS MVRENA SILIVS DECIANVS VIBVLLIVS PIVS IVLIVS EVRYCLES HERCLANVS POMPEIVS FALCO.

— DOMITIA DECIDIANA.

— . . DOMITIVS DECIDIVS.

16 Decimanus, amicus vel propinquus Frontonis, cuius mortem plangit *ep. de nep. amisso 2 p. 236 Naber.*

17 DECIM(IVS) SECVNDINVS v. c, proconsul (Achaiae) *III 568. Saeculi p. C. III potius quam IV.*

— M. AVRELIVS DECIMVS.

— T. FLAVIVS DECIMVS.
— Q. HERENNIVS ETRVSCVS MESSIVS DECIVS CAESAR.
— IMP. CAESAR C. MESSIVS QVINTVS TRAIANVS DECIVS AVG.
18 *DECIVS et RVSTIC(I)VS *par consulum ficticium, Malal. X p. 260 Bonn.*
— L. Aemilius Decius Andromachus.
19 Decius Mundus, eques Romanus, Paulinae, nobilis feminae, uxoris Saturnini, amore vecors, per dolum stuprum ei intulit: cognita re a Tiberio relegatur *Iosephus ant. 18, 3, 4. Cf.* Dessius Mundus.
20 Q. Decius Saturninus, Q. f. M. n., pontifex minor Romae, tubicen sacrorum publicorum p. R. Quiritium, praefectus fabrum consulis ter, curator viarum Labicanae et Latinae, tribunus militum, praefectus fabrum iure dicundo et sortiendis iudicibus in Asia; Veronae quattuorvir iure dicundo; Aquini plurimis honoribus functus (principatu Tiberii, ante a. 29) *tituli Aquinates X 5393. 5394 cf. 5392.*
— AELIVS DECIVS TRICCIANVS.
21 Q. DECIVS VALERIANVS. *Miliarii reperti ad Bracaram, II 4756. 4759. 4788. 4816. 4826. 4828. 4831. 4834. 4853. 4858. 4870. 4874. 4886. 4887 (mutili plerique vel imperfecte lecti; Huebnerus vidit unum n. 4756).* Quintus Decius Valeri[a]nus *4816,* . . . ius Decius Val . . . *4831,* . . . . Valerinus (?) *4828 (ubi* li *superest ex* legati *vocabulo),* Quintus . . . . . . . . . . . us *4834, plerumque* Q. Decius *sine cognomine (nomen plane periit 4874).* Legatus pro pr. provinciae Tarraconensis a. 238 *tituli. Fuisse eum qui postea imperavit quidam posuerunt (cf. Huebner ad II 4756).*
22 Q. Decius Vindex, proc(urator) *t. Dacicus III 1404.*
23 DECIA TERTVLLA (Daecia *trad.)* clarissima femina *t. ab uno Accursio descriptus VI 1399.*
24 Decrianus architectus iussu Hadriani transfert colossum de loco in quo factum est templum urbis *vit. Hadr. 19, 12.*
— T. Aelius Decrianus.
25 Decrius, praefectus castelli in Africa non longe a Pagyda flumine, a. p. C. 20 contra Numidas fortiter pugnans cecidit *Tac. ann. 3, 20.*
26 Decrius Calpurnianus, praefectus vigilum, ut conscius libidinum Messallinae a. 48 interfectus *Tac. ann. 11, 35.*
27 Deculo, auctor Plinii *Plin. h. n. 1, 10. 35; 35, 70. Scripsisse post Tiberium apparet ex 35, 70.*
28 Deldo, Bastarnarum rex occisus a M. Crasso a. 725 *Dio 51, 24.*
29 Q. Dellius (δέλλιος *codd. Strabonis;* Deillius *Velleius, Seneca suasor. 1, 8, Seneca de clem. 1, 10, 1). Cf. Drumann I p. 391, 64; Bürcklein, Quellen der römisch-parthischen Feldzüge in den Jahren 713—718 (Berl. 1879) p. 7 seq.; Peter. hist. Rom. fragm. p. 250.* Anno 711 a Dolabella ad Cassium transit, deinde a Cassio ad Antonium *Seneca suas 1, 8 cf. Vell. 2, 84.* Ab hoc missus ad Cleopatram *Plut. Ant. 25,* in Iudaeam *Iosephus ant. 14, 15, 1; 15, 2. 6; bell. 1, 15, 3,* in

Digitized by Google

Armeniam *Dio 49, 39,* ad milites legendos in Thraciam Macedoniamque *Dio 50, 13.* Interest Antonii expeditioni Parthicae, *καὶ αὐτὸς ἡγεμονίαν ἔχων, Strabo 11, 13, 3 p. 523.* Transit ad Caesarem paullo ante pugnam Actiacam *Vell. 2, 84; Plut. Ant. 59; Dio 50, 23 cf. Seneca suas. l. c.; Seneca de clem. l. c.* — Historicus *Plut. Ant. 59.* Citatur *a Strabone et a Plutarcho ll. cc.* Ad eum scriptum carmen Horatii *2, 3 teste ipso Horatio v. 4, adstipulante Porphyrione.*

— P. DELPHIVS PEREGRINVS ALEIVS ALENNIVS MAXIMVS CVRTIVS VALERIANVS PROCVLVS M. NONIVS MVCIANVS *v.* M. NONIVS MVCIANVS P. DELPHIVS PEREGRINVS.

— Sergia Demetria.

— FL(AVIA) DEMETRIA FLACCILLA.

30 Demetrianus. Contra eum scripsit Cyprianus libellum qui inscribitur ad Demetrianum. *Cf. Lactantius inst. V 4; Hieronymus ep. 70, 3. Proconsulem vel proconsulis assessorem eum fuisse ex c. 12 vix recte collegit Morcellius Afr. chr. 2 p. 125.*

— Q. Iulius Maximus Demetrianus.

— Marcia Aurelia Ceionia Demetrias.

31 Demetrius, philosophus Cynicus *Tac. a. 16, 34, hist. 4, 40; Suet. Vesp. 13; Lucianus de salt. 63, adv. indoct. 19.* Ducenta milia ei oblata a C. Caesare non accipit *Seneca de benef. 7, 11.* Familiaris Senecae ('Demetrius noster' *dial. 1, 3, 3; ep. 20, 9; 62, 3; 67, 14; 91, 19)* qui passim eum laudat vel dicta eius affert. Familiaris Thraseae Paeti *Tac. ann. 16, 34,* cuius supremis interest *ib. c. 35 (inde Valla ad Iuv. 5, 36 p. 231 Jahn).* A. 70 P. Egnatium Celerem defendit *Tac. hist. 4, 40.* Contumax adversus Vespasianum *Suet. Vesp. 13.* Ab eo in insulam relegatus *Dio 66, 13.* Memoratur *Lucian. de salt. (62 Bekk.) c. 63, ubi scholiasta p. 144 Iacob. male ait eum vixisse sub Augusto, adv. indoctum (49 Bekk.) c. 19.* — Amicus Apollonii Tyanensis et sectator eius Corinthi *Philostratus vit. Apoll. 4, 25 (Corinthi degentem facit eum etiam Lucianus adv. ind. 19);* Roma pulsus a Tigellino *ib. c. 42 cf. 7 c. 16;* Athenis moratur, Nerone in Graecia praesente *id. 5, 19,* Puteolis sub Domitiano *id. 7, 10; 8, 10.* — Demetrium aliquem Suniensem inducit *Lucianus Toxar. c. 27 fortasse cogitans de hoc.*

32 Demetrius causidicus *(an* Cynicus? *Pith.)* qui multos Neroni detulit *schol. ad Iuv. sat. 1, 33. Videtur error subesse.*

33 Demetrius manceps, Neronis principatu (ab unguentariis ut videtur) apud consules accusatus quod eius opera pretia nescio quarum rerum immodice aucta essent *Plin. h. n. 33, 164.*

34 Demetrius comoediarum actor, aetate Quintiliani *Quint. inst. or. 11, 3, 178. 179; Iuvenalis sat. 3, 99.*

35 Demetrius Sagalassensis, scriptor belli Parthici L. Veri *Lucianus quom. hist. scrib. c. 32.*

Digitized by Google

36 Demetrius servus librarius Martialis *Martialis 1, 101.*

37 Demetrius Alexandrinus, Favorini amicus, rhetor Romae declamans Marci Aurelii temporibus *Galenus* περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 5 (XIV p. 627. 629 K.).*

38 Demetrius archiater sub M. Aurelio, comes expeditionis Germanicae, in qua moritur *Galenus* περὶ ἀντιδότων *1, 1 (XIV p. 4 K.).* Memoratur περὶ τῆς θηριακῆς *c. 12 (XIV p. 261 K.).*

— M. CL(AVDIVS) DEMETRIVS.

— Tib. Cl(audius) Demetrius.

— Claudius Demianus.

— Servilius Democrates.

39 Demonax praefectus Parthicus in Armenia ab Hiberis fusus *Tac. ann. 11, 9.*

40 Demosthenes adulter Iuliae *Macrobius sat. 1, 11, 17.*

41 Demosthenes capto Valeriano Caesaream Cappadociae contra Persas defendit, capta urbe effugit *Zonar. 12, 23.*

42 DEMOSTRATVS ἀνὴρ τῶν ἐκ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς *Aelianus de nat. anim. 15, 19.* Scripta eius citantur *Aelian. l. c. 13, 21* (λόγοι ἁλιευτικοί) *15, 4. 9. 19 cf. epilog. Fortasse idem qui sequitur. — Vix idem Demostratus auctor Plinii h. n. 1, 37; 37, 34; 35, 86.*

43 Demostratus (Demonstratus *codex utroque loco*) Petilianus (Pet. *om. ep. ad Verum*), defensus a Frontone *Fronto ad Anton. imp. II 8 p. 111 N., ad Verum II 9 p. 137 N.* Idem ut videtur Ti. Claudius Demostratus Atheniensis pago Melitensis *CIAtt. 3, 676. 679. 907. 1283,* adversarius Herodis Attici *Philostratus vit. soph. 2, 1, 8. 11; 2, 2.*

— Iulius Densus.

— Sempronius Densus.

— Q. CAECILIVS MARCELLVS DENTILIANVS.

44 L. Dercius, una cum uxore Paconia Agrippina honoratus a Rhodiis *Revue archéol. 13 (1866) p. 154. Aetatis fortasse Claudianae, propter nomen uxoris.*

45 Dossius Mundus, auctor Plinii *Plinius h. n. 1, 17.*

46 DESTICIVS IVBA vir clarissimus, leg. Augg. propr. Britanniae inter annos 253—259 *VII 107. Videtur diversus ab eo qui sequitur.*

47 T. DESTICIVS IVBA. *Tituli: Concordiensis Pais 1228 = Notizie 1885 p. 178 positus ei ab amico M. Claudio Moderato (1); Concordiensis V 1875 positus ei ab ordine Concordiensi (2); Industriensis V 7473 pro salute eius et uxoris et filiorum positus a servo (3). Memoratur in t. Concordiensi libertae V 1876 (4). Praenomen exhibent t. 1. 2. 4.* T. filius *t. 1. 2.* Tribu Claudia *t. 1. 2, origine sine dubio Concordiensis.* C. v. *t. 2. 3. 4.* Praetorius *t. 2.* Patronus Concordiensium *t. 2.* — Uxor Sallustia Plotina *t. 3.*

Digitized by Google

48 [DESTICIVS IV]BA ... [MA]CER ... [R]VFVS ... TILIVS ... AVIVS C. f., decemvir stlitibus iudicandis *fragmentum Concordiense V 1879 cum supplementis Mommseni valde incertis; cf. Bertolini notizie degli scavi 1885 p. 178.*

49 (T.) DESTICIVS SALLVSTIVS IVBA cl. iuvenis, filius T. Desticii Iubae *(D. 47) V 7473. Idem fortasse* T. Desticius Sal[l]ustius *t. Concordiensis Notizie 1886 p. 65 (ubi pro* LIB *post nomina conieceris* IVB).

50 T. Desticius Severus. *Tituli: Concordiensis V 8660 positus a decurionibus exercitus Raetici (1); Concordiensis alter, Notizie degli scavi 1885 p. 175 = Pais n. 1227, positus ab amico M. Claudio Paterno (2); Concordiensis tertius mutilus V 1877 (3); Aquileiensis V 1189, ex quo restat solum nomen (4); praeterea memoratur in dipl. LXI Eph. ep. 2 p. 460 (5).* T. Desticius T. f. Severus *t. 1. 2. 4* (... Dest. .. *t. 3,* ... sticius Severus *t. 5*). Tribu Claudia *t. 1. 2. 4.* Origine sine dubio Concordiensis. Primipilus legionis X geminae; subpraefectus vigilum; proc. Aug. prov. Daciae superioris; proc. prov. Cappadociae, item Ponti mediterranei et Armeniae minoris et Lycaoniae An[tioch]ianae *(hoc vocabulum suppletum a Benndorfio habet solus t. 1, om. 2);* proc. Augustorum provinciae Raetiae *t. 1. 2,* anno 166 *t. 5;* procurator provinciae Belgicae *t. 2.* Concordiae flamen divi Hadriani et pontifex; patronus coloniae *t. 1. 2. — Adfinis sine dubio T. Desticii T. f. Iubae (D. 47), cuius titulus positus a M. Claudio Moderato repertus est una cum huius titulo n. 2, vix pater eius, quod statuit Bertolinius notizie 1885 p. 178.*

51 DESTICIA PLOTINA *VI 16816. Filia, ut nomina ostendunt, T. Desticii Iubae n. 47 et uxoris eius Sallustiae Plotinae (cf. Bertolini notizie degli scavi 1885 p. 178).*

52 Deudorix Baetorigis, fratris Maelonis, filius, Sugamber, ductus in triumpho Germanici (a. p. C. 17) *Strabo 7 p. 292.*

— C. Iulius Deximachus.

— P. Herennius Dexippus.

53 DEXTER cos. ord. a. 263 cum (Nummio) Albino II *(solus Prosper collegam Albini Maximum praebet, errore repetens nomina consulum a. 227).*

54 Dexter tribunus (cohortium praetorianarum) Gai iussu Lepidum interficit *Seneca ep. 4, 7.*

55 Dexter amicus Martialis, venandi studiosus *Martialis 7, 27, 3; 11, 69, 3.*

— CN. AFRANIVS DEXTER.

— SER. CALPVRNIVS DOMITIVS DEXTER.

— P. CASSIVS DEXTER.

— Sex. Cornelius Dexter.

— C. DOMITIVS DEXTER.

— Egnatius Dexter.

— NVMMIVS AEMILIANVS DEXTER.

Digitized by Google

— Subrius Dexter.
— Q. TARRONIVS FELIX DEXTER.
— L. TVRPILIVS DEXTER.

56 .... CIVS DEXTER AVGVS[TANVS ALPIN]VS BELLICIVS SOLLERS METILIVS ...... VS RVTILIANVS *(sic. tit., Δέξτρος carmen Graecum titulo adscriptum)*, T. f., tribu Claudia, decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis tertiae Augustae, [sevir equestrium turm]a[rum], septemvir epulonum, sodalis (vel Augustalis Claudialis vel Flavialis vel Hadrianalis vel Antoninianus), quaestor, tribunus plebis, praetor fideicommissarius, legatus legionis quartae Scythicae, legatus Augusti propr. provinciae Ciliciae *tit. rep. in Cilicia, Journal of hell. studies 1890 p. 251.* Pro salute eius de provincia decedentis et consulatu vota facit Lucius medicus, amicus *ib. Vix idem Rutilianus praeses nescio cuius provinciae a. 215.*

— L. POMPONIVS DEXTER CELERINVS.
— .... SA .... ..... DVS P. CESTI[VS ... VM]BRIVS DEXTER .... DVCENIVS ...
— Caecilius Dextrianus.
— M. HELVIVS CLEMENS DEXTRIANVS.
— Diabolenus *vide* C. Octavius Tidius Tossianus L. Iavolenus Priscus.
— M. OPELLIVS DIADVMENIANVS.

57 Diadumenus, Aug. l. a rationibus *VI 8415; X 3347 (ubi cum altero apographo legendum* Diadumenus A[ug. l.] a rationib...*). Eius fortasse fistula plumbea rep. Romae in monte Caelio (Bull. com. 1886 p. 104 n. 1158):* Diadumeni Aug..... — *Fortasse idem qui sequitur.*

58 Diadumenus Aug. l., proc., Antonianus. Eius dispensator Macrinus parieti cuniculi cuiusdam inter Puteolos et Neapolim nomen suum inscripsit d. 12. Jan. anni 65 *Eph. ep. 8, 335–337 cf. Mommsen Hermae vol. 18 p. 159.*

— Cn. Haius Diadumenus.

59 Q. DIDIVS praeses Syriae a. 724 *Ios. bell. 1, 20, 2, ant. 15, 6, 7; Dio 51, 7.*

60 A. DIDIVS GALLVS. *Tituli: cippi positi ab eo cum curator aquarum esset una cum duobus collegis sive adiutoribus, VI 1248 (1); Olympius III S. 7247, mutilus, enumerans honores eius praecipuos, non omnes (2).* A. Didius Gallus *t. 1 et Frontinus,* A. Didius G..... *t. 2,* A. Didius *Tac. ann. 12, 40,* Didius Gallus *Quintilianus et Tac. Agr. 14,* Didius *Tacitus passim.* Gravis senectute anno fere 53 *Tac. a. 12, 40,* natus igitur non post a. 10 a. Chr. Pr[aefectu]s equitat(us) *t. 2, i. e., iudice Mommseno, praefectus alae (sub Augusto iuvenes ordinis senatorii etiam a praefectura alae militiam auspicabantur). (Praefectum fuisse equitatus omnis bello Britannico coniecit Domaszewskius Röm.*

*Mitth. 1891 p. 166.)* — . . . . siao *t. 2 (fort.* legatus prov. Asiae). Proconsul Siciliae *t. 2.* Consul suff. a. inc. Proconsul [Asia]e vel [Africa]e *t. 2.* Curator aquarum *t. 1,* inde a mense Iulio a. 38 ad a. 49 *Frontinus de aq. 102, ubi erratum est (vitio codicis puto) cum constet inter hos annos Didium Gallum occupatum fuisse extra Romam. Scilicet paullo ante a. 49 vel etiam ante a. 46,* pulso Mithridate, Cotyn regno Bosporano praeficit *Tacitus a. 12, 15, legatus ut videtur Moesiae.* Triumphalibus ornamentis *t. 2. Fortasse in hac legatione posuit Olympiae t. 2* [imp]eratoris i[ussu?]; *nam quod male in hoc titulo appellatur* [leg]atus [Ti.] Claudi Caesaris Aug. Germanici *sine mentione provinciae, ostendit eum eo ipso tempore quo titulum posuit, fuisse legatum, de legatione autem Britannica vix cogitari potest. (Legatum provinciae Moesiae distinguit a curatore aquarum eodemque legato Britanniae Domaszewskius l. c. p. 165.)* Legatus Britanniae, ab a. ut videtur 52 *Tac. ann. 12, 40,* usque ad a. 58 *Tac. Agr. 14 conlat. ann. 14, 29.* — Irrisus a Domitio Afro cum provinciam aliquam ambitiose petisset, mox impetrata ea tamquam coactus quereretur *Quint. inst. 6, 3, 68.* — Quindecimvir sacris faciundis *t. 2.*

61 A. DIDIVS GALLVS FABRICIVS VEIENTO. *Titulus Moguntiacensis, Korrespondenzblatt der Westd. Zeitschrift 3 p. 86 cf. p. 100.* A. Didius Gallus Fabricius Veiento *tit.,* A. Fabricius *Dio 61, 6,* Fabricius Veiento *vel* Veiento *reliqui scriptores* (Fabricius *Iuvenalis 3, 129, cum praecedat* Veiento). Initio principatus Neronis praetor, ludis circensibus canes induxit pro equis *Dio 61, 6.* A. 62 propter editos libros quibus codicillorum nomen dederat, probra in senatores continentes, Italia pulsus *Tac. ann. 14, 50.* Sub Domitiano delationes exercet *Victor ep. 12.* Cenat apud Domitianum *Iuv. 4, 113. 123. 129.* Consul ter *tit.,* annis incertis (unum certe consulatum gessit sub Domitiano *Vict. l. c.,* sed vix primum). Quindecimvir sacris faciundis, sodalis Augustalis, sodalis Flavialis, sodalis Titialis *tit.* Gratiosus etiam Nervae, apud quem cenat *Plin. ep. 4, 22, 4; Victor ep.* A 97 sententiam in senatu dicit primus inter consulares *Plin. ep. 9, 13, 13. 19. 20.* Votum solvit Moguntiaci Nemetonae deae *tit. (fortasse, ut coniecit Mommsen, inter legatos a. 97 a senatu ad Traianum nuntios adoptionis missos, sed et alia excogitari possunt).* Deformis *Iuvenalis 6, 113.* Momoratur *Iuvenalis 3, 185.* — Uxor Attica *tit.*

62 L. DIDIVS MARINVS clarissimus vir, patronus Canusinorum anno 223 *IX 338. Fortasse filius eius qui sequitur.*

63 L. Didius Marinus, vir egregius, trib. coh. I praetoriae, procurator familiarum gladiatoriarum per Asiam Bithyniam Galatiam Cappadociam et provincias adiacentes, procurator vectigaliorum populi Romani citra Padum, procurator alimentorum per Transpadanam Histriam Liburniam, procurator Minuciae, procurator familiarum gladiatoriarum per Gallias Britannias Hispanias Germanias et Raetiam, procurator Galatiae,

Digitized by Google

procurator Augusti provinciae Arabiae *titulus III 249 positus ei Ancyrae a nutritore eius, eo tempore ut videtur quo a procuratione Galatiae ad procurationem Arabiae promotus est.*

64 T. DIDIVS PRISCVS, M. f., tribu Pap. (origine sine dubio Ticinensis), triumvir capitalis, sevir turmae V equitum Romanorum, tribunus milit. legionis III Aug., quaestor pro pr. provinciae Galliae Narbonensis, tribunus plebis, praetor; patronus municipii Ticinensis *t. Ticinensis V 6419.*

65 DIDIVS PROCVLVS, filius Petronii Didii Severi, frater Didii Iuliani *vit. Didii Iul. 1.*

66 Didius Scaeva a. 69 in Capitolio a Vitellianis irrumpentibus obtruncatus *Tac. h. 3, 73.*

67 DIDIVS SECVNDVS praeses ut videtur provinciae alicuius, certe magistratus: rescriptum Traiani ad eum *Dig. 48, 22, 1.*

— PETRONIVS DIDIVS SEVERVS.

68 M. DIDIVS SEVERVS IVLIANVS. *Tituli: urbanus positus ei a civitate Africae Bisica Lucana, cum proconsul esset Africae, VI 1401 (1); lateres rep. in Germania inferiore, Brambach 1789 (2).* M. Didius Severus Iulianus *nummorum cusorum ipso imperante pars fere dimidia (Cohen ed. 2 III p. 398 seq.),* . . . . erus Iulianus *t. 1* (Severus *cognomen tuetur etiam vita c. 7),* M. Didius Iulianus *nummi alii,* Didius Iulianus *lateres n. 2 itemque scriptores plerique,* M. Iulian. *nummi nonnulli;* Didius Salvius Iulianus *Victor Caes. 19* (Didius *c. 18,* Salvius *c. 20),* Salvius Iulianus *Eutrop. 8, 17.*

Ortu Mediolanensis *Victor ep. 19 cf. Dio 73, 11.* Pater Petronius Didius Severus, mater Aemilia Clara *vit. 1, 2.* Avus paternus Insuber Mediolanensis, maternus ex Hadrumetina colonia *ib., nominibus non positis.* Nepos Salvii Iuliani qui sub divo Hadriano perpetuum composuit edictum *Eutrop. 8, 17; contra proavum ei fuisse Salvium Iulianum iurisconsultum ait vita 1, 1; illud solum verum esse potest (cf. Borghesi opp. 7 p. 529); utrumque fictum esse, eique fictioni ansam dedisse nomen Iuliani, coniecit O. Hirschfeld. Vixisse eum cum scribat Dio 73, 17 annos sexaginta menses IV d. IV, natus sit oportet d. 29 vel 30. Ian. 133; quattuor annis minorem eum facit vita 9, 3.* Educatus apud Domitiam Lucillam matrem Marci Caesaris *vit. 1, 3;* eius suffragio decemvir stlitibus iudicandis factus *vit. 1, 4 cf. t. 1.* Tribunus leg. . . . *t. 1.* Quaestor consulum *t. 1,* ante legitimam aetatem *vit. 1, 4.* Aedilis suffragio Marci factus *vit. 1, 5,* item praetor *vita l. c. cf. t. 1.* Legatus legionis vicesimae secundae Primigeniae *vit. 1, 6 (om. t. 1?).* Legatus proconsulis provinciae Achaiae; legatus proconsulis provinciae Asiae *t. 1 (om. vita).* 'Inde Belgicam sancte ac diu rexit; ibi Cauchis, Germaniae populis, qui Albim fluvium adcolebant, erumpentibus restitit tumultuariis auxiliis provincialium, ob quae consulatum meruit testimonio imperatoris, Cattos etiam debellavit' *vit. 1, 7. 8;* (leg. Aug. pr. prov.) Belgicae *t. 1, circ. a. 172—174.* Consul suff. una cum

P. Helvio Pertinace *vit. 2, 3, vit. Pert. 14, 5, anno 175 aut paullo antea* (*vide* P. Helvius Pertinax). *Cf. fr. Vat. 203:* divus Marcus Pertinaci et Aeliano (*scr.* Iuliano) conss. rescripsit. Rescriptum divi Marci ad eum *Dig. 28, 1, 20, 9.* Legatus pro pr. Dalmatiae *vit. 1, 9; t. 1.* Legatus pro pr. Germaniae inferioris *vit. 1, 9; t. 2* (. . . [German]iae *t. 1*). Praefectus alimentorum *(cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 118) vit. 2, 1 (om. t. 1).* 'Tunc factus est reus per quendam Severum Clarissimum (?) militem coniurationis cum Salvio contra Commodum' *vit. 2, 1;* absolutus *ib.;* Mediolanium relegatus *Dio 73, 11 (nisi hoc spectat ad aliud tempus)* 'Absolutus iterum ad regendam provinciam missus est; Bithyniam deinde rexit' *vit. 2, 2;* leg. Aug. pro pr. prov. Ponti et Bithyniae *t. 1.* Proconsul Africae *t. 1; vit. 2, 3;* successor Pertinacis *vit. 2, 3; vit. Pert. 14, 5, anno 191/2 aut paullo antea.* (Apud eum accusatus adulterii Septimius Severus adulescens et absolutus *vit. Sev. 2, 2, male, ubi praeterea male perhibetur Severum Iuliani in consulatu fuisse collegam et in proconsulatu successorem. Hirschfeldius Wiener Studien 6, 1884 p. 123 coniecit Septimium Severum absolutum esse a Iuliano praetore.)* Occiso Pertinace d. 28 Mart. 193 a praetorianis in castra admissus et imperator salutatus. *Praefectum vigilum cum fuisse eo tempore ait Victor Caes. 19, male.* Occisus d. 1 Iun. 193. — Iuris peritus, primus edictum composuit *Victor Caes. 19 confundens cum cum avo;* iure peritissimus *Eutrop. 8, 17 (= Victor ep. 19), hoc quoque vix recte.* — Uxor: Manlia Scantilla.

69 DIDIA CLARA, Didii Iuliani filia. Patrem incitat una cum matre ad imperium ambiendum *Herod. 2, 6, 7 (qui nomen non ponit).* Augusta a senatu appellata *vit. Did. Iul. 3; nummi ap. Eckhel 7 p. 151, Cohen² III p. 403.* Emancipata a patre dato patrimonio, quod ei occiso patre una cum Augustae nomine ablatum *vit. Iul. 8.* Maritus Cornelius Repentinus *vit. Iul. 3, 6; 8, 6.* — Vix haec filia Iuliani quam is imperante Pertinace despondebat fratris filio *vit. Pert. 14, 4 cf. vit. Iul. 2, 3.*

70 DIDIA QVINTINA uxor L. Vetinae Prisci legati *XI 1773.*

71 Didymus, Tiberii libertus, custodiae Drusi in Palatio praepositus *Tac. ann. 6, 24.*

72 Diegis *(sic Dio exc. Urs.;* Degis *Mart.)* Dacus, frater Decebali, missus a Decebalo ad Domitianum: cum Domitianus diademate regio ornavit *Dio 67, 7 cf. Martialis 5, 3.*

73 L. DIGITIVS BASSVS, frater Arvalis a. 145 *acta Arv. (bull. comunale 1886 p. 361).*

74 DIGNILLA Iunii Pastoris (consulis a. 163) uxor *t. Moguntiacensis Bramb. 1052.*

— COMINIA VIPSANIA DIGNITAS.

75 DILLIVS APONIANVS, legatus legionis tertiae (Gallicae) a. 69 *Tac. hist. 3, 10. 11;* curator riparum et alvei Tiberis a. 73 *cippus terminalis Notizie degli scavi 1886 p. 363.*

76 C. DILLIVS VOCVLA. *Titulus: VI 1402 post mortem ab uxore positus, descriptus Romae ut videtur ab Anonymo Einsidlensi.* C. Dillius A. f. Vocula *tit. cit.*, Dillius Vocula *Tacitus.* Tribu Sergia *t.* Tribunus militum legionis primae; quattuorvir viarum curandarum; quaestor provinciae Ponti et Bithyniae; tribunus plebis; praetor; legatus in Germania legionis XXII Primigeniae *tit. Quomodo in hac legatione, postquam exeunte anno 69 summa rerum ab Hordeonio Flacco legato pro praetore exercitus Germanici ei permissa est (Tac. hist. 4, 26), cum adversus hostes tum adversus milites seditiosos se gesserit, fuse narrat Tacitus hist. 4, 24–27, 33–37, 56–59.* Iussu Classici misso Aemilio Longino desertore primae legionis occiditur *Tac. 4, 59 cf. c. 62 (n. 70).* Uxor Helvia T. f. Procula *tit.*

77 Dinarchus praefectus Aegypti (Αὐγουστάλιος) sub Antonino Pio, a rebellibus occisus *Malalas l. XI (p. 280 ed. Bonn). Dubiae fidei narratio.*

— M. AEMILIVS MACER DINARCHVS = M. AEMILIVS DINARCHVS.

77 Dinis Thrax Poppaeo Sabino se tradit a. 26 *Tac. a. 4, 50.*

78 Dio Cocceianus (Cocceianus Dio *Plin. ad Trai. 81, 1; 82, 2, praeterea* Dio; Χρυσόστομος *agnomen non reperitur ante saeculum p. C. IV*), rhetor et philosophus. Pasicratis f., Bithynus ex Prusa ad Olympum *Photius Bibl. cod. 219; Suidas s. v., cf. Plin. l. c.*, ex familia honoratissima *ipse or. 44. 46 (II p. 114. 125 Dindorf).* Avus eius amicus imperatoris et ab eo civitate donatus *ipse or. 41 (II p. 103 Dindorf), ipse igitur sine dubio civis Romanus natus, nec demum per Nervam.* Discipulus Musonii *Fronto ad Verum 1, 1 p. 115 Nab.* A. 70 Alexandriae Vespasianus cum eo et Euphrate et Apollonio Tyanensi deliberat de optima rei publicae forma *Philostratus vit. Apoll. 5, 27 seq., nugans puto.* Romae docet *or. XIII 1 p. 259.* Roma pulsus a Domitiano *or. XLV 2 p. 118*, propter amicitiam viri divitis et nobilis ob id ipsum interfecti *or. XIII 1 p. 241.* Diu exul vagatur *or. XL 2 p. 89;* quo tempore adit Graeciam *or. I 1 p. 11*, adit Pontum Euxinum *or. XXXVI 2 p. 48.* Domitiano interfecto Nervam veterem amicum adire non potest morbo impeditus *or. XLV 2 p. 118.* Sub Traiano in patriam reversus calumnias perpetitur a civibus, maxime propter aedificationem aliquam cuius curam susceperat *Plin. ep. ad Trai. 81. 82; ipse or. XL 2 p. 90 seq. XLV p. 122. XLVI p. 127. XLVII p. 133 seq. Cf. Philostratus vit. soph. 1, 7; Synesius* Δίων; *Photius bibl. cod. 209.*

— CASSIVS DIO COCCEIANVS.

— Marc[i]us Dioc[les].

— Licinius Diocletianus.

80 Diodorus Siculus, ex Agyrio *ipse 1, 4* (Syracusanus *Plin. h. n. in recensu auctorum l. III. V errore, nisi forte alius Diodorus ex Sicilia significatur)*, scripsit quadraginta libris historiam mundi usque ad consulatum C. Caesaris primum (a. u. c. 695) *ipse l. c.*, quam inscripsit βιβλιοθήκην. In hac opera occupatus triginta annos; eius causa magnam partem Europae et Asiae peragrat; Romae diu moratur *ib. Scripsisse Diodorum post mortem Caesaris apparet ex 1, 4, scripsisse post a. 733 ex 16, 7 collegit Mommsen röm. Forsch. 2 p. 549 not. (ad a. Abr. 1968 = u. c. 705 mentionem eius facit Hieronymus chron.;* γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Αὐγούστου Καίσαρος καὶ ἐπάνω *Suidas s. v.). Memoratur a Plinio hist. nat. praef. 25, deinde a Iustino martyre aliisque. Cf. Fabricius bibl. Gr. ed. Harles IV p. 361 seq.*

81 Diodorus nobilis citharoedus Neronis temporibus *Dio 63, 8, 20.* A Vespasiano ducenta sestertia accipit *Suet. Vesp. 19.*

— AELIVS DIODOTVS.

82 Diogenes grammaticus, cum Rhodi Tiberium offendisset, Romae postea ab eo non admissus *Suet. Tib. 32.*

83 Diogenes, philosophus cynicus, pleno theatro in Titum et Berenicen invehitur; virgis caesus *Dio 66, 15.*

— M. Aurelius Diogenes.

— CLAVDIVS DIOGENES.

— FVLVIVS DIOGENIANVS.

84 Diognetus (Diogenetus *vitae codices)*, Marci Aurelii adulescentis magister in pingendo *vita Marci 4, 9.* Idem ut videtur Diognetus *Marc. Anton. 1, 6.*

85 Diomedes, Augusti dispensator *Suet. Aug. 67.*

86 Diomedes rhetor, Romae curatus a Galeno *Galenus* περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 5 (XIV p. 625 K.).*

87 Dionysius Arei philosophi, Augusti amici, filius, et ipse contubernalis Augusti *Suet. Aug. 89.*

88 Dionysius Halicarnassius, Alexandri f. *ipse ant. Rom. 1, 8,* rhetor, Romae degens inde ab anno 724 *ib. c. 7,* familiaris complurium nobilium virorum *ib.*, in his Q. Aelii Tuberonis (consulis sine dubio a. 743), ad quem dedit librum περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος, item Cn. Pompeii, ad quem scripsit iudicium de Platone. Scripsit Ῥωμαικῆς ἀρχαιολογίας libros XX editos anno 747 *ant. 1, 3 cf. 7;* eam ipse in epitomen redegit librorum V *Photius bibl. cod. 84. De reliquis scriptis eius cf. Fabricius Bibl. Gr. ed. Harles IV p. 394 seq.* Πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος Ἀττικιστοῦ *Suidas s. v. Memoratur ab aequali Strabone 14 p. 656, postea a Quintiliano inst. 3, 1, 16; 9, 3, 89. c. 4, 88, Plutarcho, aliis.*

89 Dionysius Milesius, rhetor. De eo *Philostratus vit. soph. 1, 22.* Auditor Isaei *Philostratus l. c. et c. 20.* Docet primum Lesbo in

Digitized by Google

insula, postea Ephesi *Philostratus l. c. cf. 2, 4.* Hadrianus ei obtrectat *Dio 69, 3;* nihilominus ab Hadriano equo publico exornatus et nescio cui provinciae praepositus, item adscriptus τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένοις *Philostratus l. c.* Sepultus Ephesi in foro *ib.*

90 Dionysius Alexandrinus, Glauci f., grammaticus *Suidas s. v., addens:* ὅστις ἀπὸ Νέρωνος συνῆν καὶ τοῖς μέχρι Τραϊανοῦ, καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν προὔστη (procurator bibliothecarum *cf. Hirschfeld Verw. p. 189)* καὶ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο καὶ ἀποκριμάτων (ab epistulis). ἦν δε καὶ διδάσκαλος Παρθενίου τοῦ γραμματικοῦ, μαθητὴς δὲ Χαιρήμονος τοῦ φιλοσόφου, ὃν καὶ διεδέξατο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Cf. Friedlaender Sittengesch. I⁶ p. 183. — Diversus Dionysius auctor descriptionis orbis quae extat; is enim vixit temporibus Hadriani (Leue Philol. 42, 1882 p. 175; O. Crusius Jahrb. f. Phil. 1888 p. 528); sed tamen etiam hunc Romae bibliothecarium (fuisse per annos viginti tradit saec. XII Guido Pisanus geogr. c. 25.*

91 Dionysius rhetor, magister Frontonis *Fronto ep. ad M. Ant. de or. p. 154, ep. ad Herodem Att. p. 244 ed. Naber.*

92 Dionysins pistor *Plinius ep. ad Trai. 74, 1.*

— P. Aelius Dionysius.

— M. Aurelius Papirius Dionysius.

— C. IVL(IVS) DIONYSIVS HONORATVS.

93 Diotimus Hadriani amicus ut videtur *M. Aurel.* εἰς ἑαυτόν 8, 37 *(cf. 8, 25).*

— CARMINIA LIVIANA DIOTIMA.

94 Divixtille e. f. Macrini leg. filie c. f. c. *t. provinciae Belgicae, bull. épigr. de la Gaule 1883 p. 125, editus a Villefossio qui legit* Divixtillae egregiae feminae, Macrini legati filiae. *Vix fuit mulier nomine Gallico filia legati provinciae Belgicae.*

95 Diurpaneus *(sic. Oros.,* Dorpan- *Jord.;* Diuppan- *VI 16903 de alio Daco),* Dacorum rex: eius proelia cum (Cornelio) Fusco duce Domitiani Romanorumque clades *Orosius 7, 10, 4 (ex Tac. hist.); Iordanes Getic. 13, 76. 77. Cf. Tillemont note sur Domitien VII; Mommsen ind. in Iord. p. 148.*

96 DOLABELLA iocatur cum Augusto *Quintil. inst. 6, 3, 79. Fortasse P. Cornelius Dolabella cos. a. p. C. 10.*

97 . . . DOLABELLA (homo sine dubio nobilis) *fragmentum Tarraconense II 4129.*

98 Dolabella auctor gromaticus *Scr. gromatici p. 302 ed. Lachmann.*

— P. CORNELIVS DOLABELLA.

— SER. CORNELIVS DOLABELLA METILIANVS POMPEIVS MARCELLVS.

— SER. CORNELIVS DOLABELLA PETRONIANVS.

— . . [CORNELIVS DOLA]BELLA VERANIANVS.

— (CORNELIA) DOLABELLINA.

— DOMITIA DOMITIANA.

99 Domitianus, dux Aureoli *vit. Gallien. 2, 6; trig. tyr. 12, 14; 13, 3.* Originem se trahere dicebat a Domitiano imp. et Domitilla *trig. tyr. 12, 14.*

100 Domitianus, sub Aureliano novarum rerum suspectus et continuo occisus *Zosimus 1, 49.*

— T. FLAVIVS DOMITIANVS = IMP. CAESAR DOMITIANVS AVG.

— IASDIVS DOMITIANVS.

— FLAVIA DOMITILLA.

— Flavia Domitilla.

101 *DOMITIVS senator a Nerone coactus mimum agere *schol. ad Iuv. sat. 8, 228, hariolans; intelligit Iuvenalis quemvis ex maioribus Neronis.*

102 Domitius, praefectus praetorio. Ei Gordianus rescripsit a. 240 *cod. Iust. 1, 50, 1.* Idem fortasse Domitius, quo hortante Romae, comperto Gordiani senioris interitu, praefectus urbis reliquique iudices a praetoriis cohortibus caesi sunt *Victor Caes. 26, 5.*

103 Domitius, amicus Martialis, Romam relinquit Vercellas profecturus *Martial. 10, 12. Vix idem cum L. Domitio Apollinari (D. 114).*

104 Domitius grammaticus, cognomento Insanus *Gellius 18, 7.*

105 M. [D]omitius . . . ., proc. Sardiniae sub Severo *milliarius Sardus X 8025.*

106 CN. DOMITIVS AFER *(sic Frontinus;* Domitius Afer *vel* Afer *scriptores plerique; modo* Cn. Domitius *modo* Afer Domitius *modo* Domitius Afer *inscriptiones operis doliaris, XV p. 268),* Nemausensis *Hieron. ad a. Abr. 2062.* Anno 26 recens praetura accusavit Claudiam Pulchram *Tac. ann. 4, 52 cf. Dio 59, 19* mox Quintilium Varum filium eius *Tac. ann. 4, 66.* Sub Gaio a. 39 periculum adiit, sed callide evasit *Dio 59, 19*, et statim consul factus est *Dio 59, 20.* Anno 42 testamentum fecit *Plin. ep. 8, 18, 5.* Curator aquarum ab anno 49 usque ad a. 59 *Frontinus aq. 102*, quo mortuus est *Tac. ann. 14, 19*, ex cibi redundantia in cena *Hier. ad a. Abr. 2062,* aetate exacta *Quintil. 12, 11, 3 cf. Tac. a. 4, 52.* Lucanum *(D. 107)* et Tullum *(D. 143)* in nomen adsumpsit eodem ut videtur testamento facto anno 42 quod memorat *Plinius l. c.* — Summus illius aetatis orator *Quint. 12, 11, 3 cf. Tac. dial. 13. Actiones eius citantur a Quintiliano passim, item a. C. Iulio Victore art. rhetor. p. 256, 33 Or., urbane dicta eius, quorum etiam libri circumferebantur (Quint. 6, 3, 42), item a Quintiliano passim et a Dione 60, 33 (Zon. 11, 10). Eloquentia praeterea celebratur a Tacito Dione Plin. ep. 2, 14. 10—12.* — Libertus eius et accensus *XI 3245 (Sutrii).* — *Incertum num hic* Cn. Dom[itius] frater Arvalis sub Claudio *act. Arv. (Claud. B): item incertum num huius uxor* Tertulla Afri *VI 9330.*

107 CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CVRVIVS LVCANVS. *Titulus Fulginias XI 5210 (1); cum fratre Tullo memoratur in cippo terminali urbano Bull. com. 1882 p. 161, 560 (2) et in inscriptionibus operis fictilis et urbani et Pompeiani, CIL. XV p. 269 (3). Cf. Dressel Ziegelstempel d. Gens Domitia p. 7, CIL. XV p. 266. Plene nomina exhibet t. 1,* Domitius Lucanus *Plinius,* Lucanus *Martialis;* duo Domitii *t. 2,* duo Domitii, Cn. Cn. Domitii, Domitii Lucanus et Tullus, duo Domitii Lucanus et Tullus, Cn. Cn. Domitii Lucanus et Tullus *t. 3, de ipso et fratre;* Cur[v]ii fratres *Martialis 5, 28, 3 ex emendatione Friedländeri.* Sex. f., tribu Volt. *t. 1.* Pater eius (Sex. Curvius Marcellus?) inter annos 42 et 59 a Cn. Domitio Afro accusatus et damnatus *Plin. ep. 8, 18, 5.* Ipse ab eodem Domitio Afro una cum Tullo fratre in nomen adsumptus *Plin. l. c.* Quattuorvir viarum curandarum; tribunus militum legionis V Alaudae; quaestor pro pr. provinciae Africae; tribunus plebis; praetor *t. 1.* Adlectus inter patricios *t. 1, a Vespasiano et Tito censoribus ut videtur, id est a. 73 vel 74.* Praefectus auxiliorum omnium adversus Germanos, a Vespasiano et Tito Caesare donatus donis militaribus; legatus praetorius imperatoris Caesaris Augusti (Domitiani) prov. Africae (scil. Numidiae); consul (a. inc.); proconsul provinciae Africae; legatus Tulli fratris proconsulis provinciae Africae *(iam proconsul, cum Tullus frater minor certe post eum fuerit proconsul, fortasse ipsa anno qui sequebatur proconsulatum ipsius);* septemvir epulonum *t. 1.* Patronus Fulginiatium *t. 1.* Gener T. Curtilii Manciae consulis a. 55 *Plin. ep. 8, 18, 4.* Consors fratris *Plin. ep. 8, 18, 4, scilicet videntur patrimonium non divisum administrasse, unde nomina eorum coniuncta leguntur t. 2. 3.* Filiam in adoptionem dat fratri, ut testamentum soceri circumscribat *Plin. l. c.* Pietatem eius et fratris mutuam celebrat *Martialis 1, 36;* rus eius et fratris commemorat *idem 3, 20, 17;* eum ipsum ut videtur adloquitur *8, 75, 15;* mortem eius plangit (anno circiter 94) *9, 51.*

108 CN. DOMITIVS AHENOBARBVS, L. f., Cn. n., cos. a. 722, moritur ipso anno pugnae Actiacae *Suet. Ner. 3; Dio 50, 13. Cf. Drumann III p. 24 seq.; Borghesi opp. 2 p. 51 seq.*

109 CN. DOMITIVS AHENOBARBVS *(sic plene act. Arv. a. 38 et III S. 6809,* Cn. Domitius *Vell. 2, 10. 72, Tac. ann. saepius,* Cn. Ahenobarbus *Tac. a. 12, 3,* Gnaeus *Tac. a. 12, 64,* L. Domitius *Suet. Galb. 6, errore,* Domitius Ahenobarbus *Vict. ep. 5, 1,* Δομέτιος Ἡνόβαρβος *Ios. ant. 20, 8. 1,* Domitius *Suet. Ner. 6; Galb. 5; Dio 58, 20. 27; 61, 2; Vict. Caes. 5, 1;* Ἀηνόβαρβος *Plut. Ant. 87; in consulatu* Cn. Domitius Ahenobarbus, Cn. Domitius *vel* Dom., Domitius Ahenobarbus, Ahenobarbus). Filius L. Domitii Ahenobarbi *(D. 110) Vell. 2, 72; Suet. Ner. 5.* Iuvenis *appellatur a Velleio 2, 10. 72*

*(a. 30)*. Comes ad Orientem C. Caesaris iuvenis *Suet. Ner. 5, vix recte, nam comes C. Caesaris, defuncti a. p. C. 4, anno 28, quo uxorem duxit Cn. Ahenobarbus, et a. 32, quo consul factus est, diu post se reliquerat aetatem vel nuptiarum vel consularem, nec iuvenis appellari potuit a. 30; fortasse comes fuerat Germanici Caesaris anno p. C. 17 et 18.* Duovir in civitate Pisidiae Antiochia *III S. 6809.* Frater Arvalis *act. Arv. inde ab a. 27, cf. Bull. dell' Inst. 1882 p. 201.* Praetor aurigarios mercede palmarum fraudat *Suet. Ner. 5.* A. 28 uxorem ducit Agrippinam Germanici filiam *Tac. a. 4, 75 cf. 6, 45; 12, 64; Iosephus ant. 20, 8, 1; Plut. Ant. 87; Suet. Ner. 5; Galb. 5.* Consul a 32 cum L. Arruntio Camillo Scriboniano, ex k. Iul. cum A. Vitellio *X 1233; fast. Arv.; cf. Suet. Vit. 2* (per integrum annum fasces tenuit *Dio 58, 20*). Delectus una cum reliquis progeneris Tiberii ad aestimanda damna incendii *a. 36 Tac. a. 6, 45.* Maiestatis et adulteriorum reus a. 37 *Suet. Ner. 5 cf. Tac. a. 6, 47; Dio 58, 27.* Moritur Pyrgis anno 40 *Suet. Ner. 5 cf. 6.* — Flagitia eius *Suet. Ner. 5. 6.* — Pater Neronis *Suet. Ner. 5. 6. 28 cf. Tac. a. 12, 3; Dio 61, 2; Vict. Caes. 5, 1; epit. 5, 1; Ps.-Senec. Octav. 249.* Memoriae eius Nero honores maximos habuit *Suet. Ner. 9 cf. Tac. a. 13, 10.* Natali eius, III idus Decembres, fratres Arvales immolant in via sacra ante domum Domitianam *act. Arv. a. 55. 57. 58. 59.* — *Hic fortasse* Domitius nobilissimus vir consulatu functus qui thermas prospicientes viam sacram aedificavit, postea declamare coepit *Seneca contr. 9, 4, 18.*

110 L. DOMITIVS AHENOBARBVS. *Tituli: Atticus CIAtt. 3, 581 (huius potius quam avi) dedicatus a populo Atheniensi (1); Uticensis VIII 1180 ab ipso positus (2); tabula patronatus VIII 68 (3).* Filius Cn. Domitii Ahenobarbi consulis a. u. c. 722 (Cn. f. *t. 3, act. Arv., Dio ind. l. 54*), nepos L. Domitii Ahenobarbi consulis a. u. c. 700 (L. n. *t. 3*, Cn. n. *Dio l. c., errore*). In adolescentia aurigandi arte clarus *Suet. Ner. 6.* Aedilis a. 732 L. Plancum censorem via sibi decedere coegit *Suet. l. c.* Praetor *Suet. l. c.* Consul a. 738 cum P. Cornelio Scipione. In praetura et consulatu quomodo se gesserit, narrat *Suet. l. c.* Proconsul Africae a. 742 *tit. 2. 3.* Postea Illyrico ut videtur praepositus (τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ χωρίων ἦρχεν *Dio*) Germaniam penetravit longius quam quisquam priorum, Albim transcendit *Tac. ann. 4, 44; Dio 55, 10ᵃ.* A. 752 ad Rhenum transgressus (πρὸς τὸν Ῥῆνον μετελθὼν) cum Cheruscis rem habet *Dio l. c.*, eodem fere tempore inter Rhenum et Amisiam pontes longos aggerat, de quibus *Tac. ann. 1, 63.* Ornamenta triumphi accipit *Suet. Nero 4; Tac. ann. 4, 44.* Frater Arvalis a. 14 *act. Arv.* Emptor familiae pecuniaeque in testamento Augusti *Suet. l. c.* Obit anno 25 *Tac. ann. 4, 44.* Ut defunctus memoratur *Vellei. 2, 72.* Uxor: Antonia M. Antonii et Octaviae filia maior *Suet. Ner. 5* [minor *Tac. a. 4, 44; 12, 64, errore ut videtur cf. Borghesi*

Digitized by Google

*opp. 5 p. 190*] destinata ei iam a. 717 *Dio 48, 54 (qui tamen pro eo patrem eius nominat, errore sine dubio) cf. Plutarch. Anton. c. 87;* filii: Cn. Domitius Ahenobarbus *(D. 109)*, Domitia *(D. 148)*, Domitia Lepida *(D. 155)*. — *Aut huius aut avi consulis a. 700 libertus XI 2638.*

111 L. DOMITIVS AHENOBARBVS *(praenomen testantur Plut. Ant. 87; Vict. Caes. 5, 1)*, filius Cn. Domitii Ahenobarbi consulis a. 32, a. 50 d. 25 Febr. adoptatus a Claudio. *V.* Nero Claudius Caesar.

112 DOMITIVS ANE . . . (ANLL *lapis*), frater Arvalis *act. a. 221.*

113 Cn. Domitius Annius Ulpianus *fistula aquaria rep. in litore suburbano, XI 3587. Fortasse non diversus a Domitio Ulpiano celeberrimo iuris auctore (cf. infra).*

114 L. DOMITIVS APOLLINARIS *(praenomen habet titulus servi eius VI 9310).* Consul designatus a. 97 sententiam dicit *Plin. ep. 9, 13, 3.* Legatus (δικαιοδότης) Lyciae *CIGr. 4236.* Ad eum data epistula *Plin. 5, 6, item 2, 9* Apollinari *inscripta. Eundem Apollinarem Martialis saepius commemorat, modo carmina sua ei varie commendans 4, 86; 7, 26; 11, 15, modo laudans villam eius Formianam 10, 30 (praeterea 7, 89, 2).* — Filius eius, tribunus ut videtur legionis XVI Flaviae Firmae, honoratur a senatu Tloensium *CIGr. 4236 (nomen filii periit).*

115 DOMITIVS ARISTAEVS ARABIANVS legatus provinciae Asiae, proconsule Tineio Sacerdote *(sub finem regni Septimii Severi), tit. Phrygius CIGr. 3882g add. p. 1100 = Waddington 1707.*

116 IMP. CAESAR L. DOMITIVS AVRELIANVS AVG. *(sic inscriptiones,* L. Dom. *vel* D. Aurelianus *nummi;* Valerius Aurelianus *epistula suppositicia ap. scriptorem vitae Aureliani c. 17, item falsus titulus VI 1123;* Cl. Domitius Aurelianus *errore nonnulli orto ex male lecta inscriptione nummorum* imp. C. L. Dom. Aurelianus).

Natus d. 9 Sept. *CIL. I p. 356, anno incerto (cf. infra).* Oriundus Dacia ripensi *Eutrop. 9, 13 (hoc repetit et alia de origine Aureliani addit vita c. 3)*, genitus patre mediocri et, ut quidam ferunt, Aurelii clarissimi senatoris colono inter Daciam et Macedoniam *Victor ep. 35. De privati eius vita multa narrat biographus c. 4—18, sed pleraque commenticia; imprimis de consulatu eius privati quae narrat c. 11, 8 et c. 13, 4 refelluntur eo, quod Aurelianus primum consulatum gessit imperator.* Auctor caedis Gallieni *Vict. Caes. 33, 21; Zonaras 12, 25.* A Claudio moriente dignus imperio pronuntiatus *Zonar. 12, 26.* Imperator factus a. 270. Consul a. 271 cum Pomponio Basso, cos. II a 274 cum Capitolino, cos. III a. 275 cum Marcellino. Apud Caenophrurium 'falsa quadam suspicione ab amicis suis interemptus' *Lactant. de mort. pers. 6 alii*, a. 275 *cf. Tillemont Aurel. not. 3, Eckhel 6 p. 485.* Vixit annos LXI *Malalas l. XII p. 301 B., quod potest verum esse,* annos LXXV *chron. Pasch. p. 509 B., male, cf. Tillemont not. 1.* Uxor: Ulpia Severina.



Digitized by Google

117 DOMITIVS BALBVS, praetorius, senex pecuniosus et orbus. Ei testamentum a propinquo subditum; quod maleficium in senatu convictum a. 61 *Tac. ann. 14, 40.*

118 Domitius Caecilianus, ex intimis amicis Thraseae *Tac. ann. 16, 34.*

119 Domitius Calvinus, auctor Plinii *Plin. h. n. 1, 11. 18.*

120 CN. DOMITIVS CALVINVS, M. f. M. n. *(patris et avi praenomina citant acta triumph. Cap. a. 718, patris praenomen etiam tituli VI 1301 et X 8043, 1).* Praetor a. u. c. 698; consul a. 701; cos. II a. 714. Triumphavit ex Hispania a. d. XVI k. Sextil. a. 718 *acta triumph. Capit. et fast. min. XVI.* Pontifex *VI 1301. Non videtur advixisse ad proelium Actiacum. Cf. Drumann III p. 3 seq.*

121 Domitius Celer, ex intima Pisonis amicitia, post nuntium de morte Germanici adlatum, in insula Co consilio habito, Pisoni, ut Syriam provinciam repeteret, suasit, ipse Laodiceam adpulsus legionem sextam temptavit *Tac. ann. 2, 77–79.*

122 CN. DOMITIVS CORBVLO *(praenomen habet Dio 59, 15)*, praetorius, a. 21 queritur in senatu de irreverentia nobilis iuvenis; mox ei satisfactum *Tac. a. 3, 31.* Vias Italiae incuria magistratuum et fraude redemptorum male habitas esse clamitans, postquam effecit ut inquisitio huius rei ei iniungeretur *Tac. l. c.*, sub Gaio potissimum multos accusationibus vel delationibus vexat *Dio 59, 15;* qua re gratus Gaio consul factus est a. ut videtur 39, sed sub Claudio amittit quae accusationibus illis lucrifecerat *Dio l. c. cf. 60, 17 (cf. Mommsen Staatsr. 2 ed. 3 p. 1078 not. 2, qui narrationem Dionis pertinere putat ad eum Corbulonem qui sequitur). — Idem fortasse* Corbulo qui Cornelium Fidum Ovidii Nasonis generum in senatu offendit *Senec. dial. 2, 17.*

123 CN. DOMITIVS CORBVLO. *Tituli ipsi positi non extant, memoratur in Armeniacis III S. 6741. 6742. 6742ᵃ (1); in Palmyreno Herm. 19 p. 514 (2); in Gabino XIV 2795 (3); in fragmento urbano VI 16983 (4). Nummi: 1) Docimensium ex Phrygia, in parte adversa imaginem Claudii cum inscriptione* Κλαύδιος Καῖσαρ *vel* Τι. Κλαύδιον Καίσαρα *habentes, in aversa Cybelen et inscriptionem* Κορβούλωνος *vel* ἐπὶ Κορβούλωνος ἀνθυπάτου, Δοκιμέων *(Waddington fastes n. 82; coll. Imhoof; corrupte Mionnet S. VII 555); 2) Dioshieritanorum ex Lydia, in adversa* Νέρων Καῖσαρ, *in aversa* Κορβούλων, Διοσιερειτῶν *(Mionnet IV 36, 186; Waddington fastes n. 68); 3) alius Dioshieritanorum, unicus (mus. Arolsen), habens in adversa* Ζεὺς Νέρων Καῖσαρ *cum capitibus Iovis et Neronis, in aversa* Διοσιερειτῶν, Κορβούλων *(Eckhel 3 p. 100, inde Mionnet IV 36, 185; melius ap. Pick Zeitschr. f. Num. 17 p. 181 not. 2).*

Cn. Domitius Corbulo *t. 1 et 3 et Dio 60, 30,* Domitius Corbulo *vel* Corbulo *reliqui.* Filius eius puto qui praecedit et Vistiliae *Plin. h.*

*n. 7, 39,* frater uterinus Caesoniae coniugis Gai principis *Plin. l. c.* Consul suffectus anno inc. Legatus in Germaniam inferiorem missus a. 47 *Tac. 11, 18,* post res bene gestas, *de quibus Tac. 11, 18–20 et Dio 60, 30,* triumphalia ornamenta accipit *Tac. et Dio ll. cc.* — Proconsul Asiae sub Claudio *numm. 1 (nummi 2. 3 quo spectent, incertum est; ipsi anno 54 proconsulatum Corbulonis attribuere non licet, propterea quod tunc proconsul erat M. Iunius Silanus; nec magis licet interpretari* Νέρων Καῖσαρ *nummorum illorum de Nerone nondum Augusto, quod voluit Waddingtonius fastes n. 82).* A Nerone retinendae Armeniae praepositus a. 54 *Tac. a. 13, 8.* Quas res gesserit in partibus Orientis adversus Parthos primum ut legatus Cappadociae et Galatiae, deinde (a. 62) ut legatus Syriae *(cf. Tac. a. 15, 6),* rursus ut legatus Cappadociae, sed aucta potestate (a. 63, *Tac. a. 15, 25),* enarrant *Tac. a. 13, 8–9. 34–41; 14, 23–26; 15, 1. 3–6. 8. 9–17. 25–31 et Dio 62, 19–23 cf. Plin. h. n. 2, 180; 5, 83; 6, 23. 40; Frontin. str. II 9, 5; IIII 1, 21. 28; 2, 3; 7, 2; Stat. silv. 5, 2, 35; Tac. hist. 3, 24; Ampelius 39, 4; Lydus de mag. 3, 34 p. 227 Becker.* Ziata castellum munit per legionem III Gallicam a. 64 *t. 1.* Rescriptum eius ad Barbarum nescio quem de vectigalibus Syriae citatur *t. 2.* — Infamatur apud Neronem secretis sermonibus Arrii Vari qui sub eo militaverat *Tac. hist. 3, 6.* Honorificentissime accitus in Graeciam a. 67, Cenchreis mori iussus *Dio 63, 17 cf. Tac. hist. 2, 76; Ammianus 15, 2, 5.* — Ut exemplum disciplinae militaris nominatur a *Iuvenali 3, 251 (scholiasta hariolatur).* Virtutes eius *Dio 62, 19;* corpore ingens, verbis magnificis et super experientiam sapientiamque etiam specie inanium validus *Tac. a. 13, 8.* — Commentarii eius adhibiti a *Tacito (a. 15, 16)* et a Plinio in rebus Orientis *Plin. h. n. 2, 180; 5, 83; 6, 23. 40 cf. ind. librorum V et VI.*

124 . . . DOMITIVS DECIDIVS. *Titulus urbanus semel descriptus VI 1403.* T. f. *t. 1.* Tribu Voltinia *t., oriundus puto ex provincia Narbonensi, ex qua etiam generum legit Cn. Iulium Agricolam (cf. infra).* Triumvir capitalis *t.* [Elect]us a Claudio qui primus [quaes]tor per triennium citra [sort]em praeesset aerario Saturni *t. (suppl. Mommsen),* a. 44 *cf. Tac. a. 13, 29; Dio 60, 24.* Praetor *t. Patrem fuisse Domitiae Decidianae, uxoris Cn. Iulii Agricolae, vidit Borghesi opp. 4 p. 148.*

125 C. DOMITIVS DEXTER. *Praenomen innotuit ex mentionibus consulatus alterius V 6649. X 1786.* Consul suffectus a. inc. Legatus pro pr. Syriae anno octavo Commodi *(anno ut videtur 183 cf. Mommsen Staats. II³ p. 800 not. 2, 801 not. 2) t. Suadensis ap. Waddington 2308.* Praefectus urbi factus in locum Bassi *vit. Sev. 8, 8,* a. 193 *cf. Borghesi opp. 9 p. 331.* Consul iterum ordinarius a. 196 cum L. Valerio Messalla Thrasea Prisco.

— SER. CALPVRNIVS DOMITIVS DEXTER.

Digitized by Google

126 M. DOMITIVS EVPHEMVS, ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς καὶ θεο[λόγο]ς τῶν τῇδε μυστηρίων; frater M. Domitius Timoleo ὁ κρ(άτιστος) μυστάρχης *titulus repertus prope Hadrianopolim Bithyniae CIGr. 3803.*

127 DOMITIVS FLORVS, sub Severo ab actis senatus, nec tamen aedilis (ut debuit) factus propter Plantianum *(ante a. igitur 203).* sub Macrino obtinuit ut tribunus plebis designaretur *Dio 78, 22.*

128 L. DOMITIVS GALLICANVS PAPINIANVS, clarissimus vir, consul (suff. a. inc.), legatus Augusti pro pr. Dalmatiae, legatus Aug. pro pr. provinciae Hispaniae citerioris, legatus Aug. pro pr. provinciae Germaniae inferioris *tit. Tarraconensis II 4115. Idem fortasse memoratur in t. Dalmatico III S. 10054.*

129 Q. DOMITIVS HISPANVS, P. f., tribu Quir., tribunus militum legionis XVI Flaviae Firmae, quaestor urbanus *VIII 5179 cf. VIII S. p. 1639 (t. positus publice a Zattarensibus). — Hunc haberem pro filio Domitii Apollinaris D. 114, nisi praenomen patris esset diversum.*

130 L. DOMITIVS HONORATVS, clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338.*

— CN. DOMITIVS LVCANVS *v.* CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CVRVIVS LVCANVS.

131 Domitius Marsus *(sic Quintil. 6, 3, 102 et Suet. de gramm. 9. 16,* Domitius *Quint. 3, 1, 18 et Philargyr. ad Buc. 3, 90,* Marsus *reliqui).* Epigrammatum scriptor notissimus *(fragmenta apud Baehrens fragm. poet. Rom. p. 346 seq.),* laudatus saepe a Martiali *(lib. I prooem., praeterea 2, 71, 3; 2, 77, 5; 5, 5, 6; 7, 29, 8; 7, 99, 7; 8, 56, 21).* Amazonis eius *Martialis 4, 29, 9.* De urbanitate diligentissime scripsit *Quint. 6, 3, 102.* — Orbilii discipulus *versiculus ap. Suet. de gramm. 9.* Maecenati familiaris *Martial. 8, 56, 21.* Vergilio et Tibullo, cuius exitum (a. 735) flevit carmine servato in codicibus Tibullianis, superstes, moritur aliquantum ante quam Ovidius relegaretur *Ovid. ex Ponto 4, 16, 5.*

132 DOMITIVS NE...(?) clarissimus vir *(casu secundo* Domiti N·E·N·C·V·), *signaculum Matriti adservatum II 4975, 18.*

133 DOMITIVS NERO *per abusum dictus Nero Caesar, Plin. h. n. 2, 92; 4, 10. 22; 7, 45. 71; 11, 238; 37, 50; Vict. ep. 5, 1.*

134 Domitius Nigrinus. Medicamentum ei cum morbo articulari laboraret compositum describit *Galenus* περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη *l. 7 c. 12 (XIII p. 1021 K.) Facile homo nobilis vel certe dives.*

135 L. Domitius Paris (Paris *scriptores; praenomen, tractum a patre patronae L. Domitio Ahenobarbo D. 110, et gentilicium firmat* L. Domitius Agathemer. Paridis lib. *XIV 2886),* Domitiae Neronis amitae libertus *Tac. a. 13, 19,* pantomimus *Dig. 12, 4, 3, 1,* histrio *Tac. l. c. Suet. Ner. 54,* ὀρχηστής *Dio 63, 18.* Familiaris Neroni *Tac. a. 13, 20. 22.* Anno 55 Agrippinam res novas moliri falso insimulat *ib.* A. 56

ingenuus iudicatus iussu Neronis *Tac. a. 13, 27; Neratius apud Ulpianum Dig. 12, 4, 3, 5.* A. 67 interfectus a Nerone, quod saltare eum non docuit *Dio 63, 18; Suet. Ner. 54.*

136 Domitius Piso, auctor Plinii *Plin. h. n. 1, 17.* An idem Cn. Domitius Piso *X 7399 (Thermis in Sicilia)? (Buecheler mus. Rhen. 40, 1885 p. 305.)*

137 Domitius Pollio *(codex* Comic- *pro* Domit-, *deinde* Polio). Eius filia sacerdos Vestalis creata a. 19, praelata filiae Fonteii Agrippae *Tac. a. 2, 86.*

— L. ANNEIVS DOMITIVS PROCVLVS.

138 L. Domitius Rogatus, L. f., tribu Quir.; praefectus cohortis primae Dalmatarum, praefectus cohortis primae Flaviae equitatae, tribunus militum legionis sextae Victricis, praefectus equitum alae primae Aravacorum; ab epistulis Lucii Aelii Caesaris *(a. 137)*; procurator monetae Augusti; procurator Augusti provinciae Dalmatiae; accensus velatus, pontifex minor *t. sepulcralis Romae repertus VI 1607.* Uxor Domitia Venusta *ib.*

— C. SALVIVS DOMITIVS RVFINVS.

139 Domitius Rufus. Ei rescripserunt divi fratres de tutela ab eo suscepta *fr. Vat. 154. Fortasse homo de plebe.*

140 Domitius Sabinus, tribunus militum in exercitu Iudaico (legione ut videtur decima quinta Apollinari) Titi lateri adhaerens fortem se praestat et in Iotapatorum et in Hierosolymorum obsidione *Iosephus bell. 3, 7, 34; 5, 8, 1.*

141 Domitius Sabinus primipilaris, a. d. XVIII kal. Febr. a. 69 iussus a Galba Germanicos milites e Libertatis atrio accessere *Tac. hist. 1, 31.*

142 Domitius Silus, amicus C. Pisonis, cui uxorem Atriam Gallam concesserat *Tac. a. 15, 59.*

143 CN. DOMITIVS . . . . . TVLLVS. *Titulus Fulginias XI 5211 acephalus coniectura Marinii ad eum relatus (1); inscriptiones operis fictilis, aliae communes ei cum fratre Lucano (v. sub hoc) (2), aliae eius solius nempe scriptae post fratris mortem, XV 1002—1007 cf. p. 269 (3); inscriptio cippi terminalis communis ei cum fratre (v. sub hoc) (4). Cf. Dressel Ziegelstempel d. Gens Domitia p. 8, CIL. XV p. 266.* Cn. Domitius Tullus *vel* Domitius Tullus *t. 2. 3*, Domitius Tullus *Plinius*, Tullus *Mart.*, Tul[lus] *titulus fratris XI 5210; praeterea Curvii nomen ei fuisse colligi potest ex Martial. 5, 28, 3 (cf. sub fratre).* Frater Cn. Domitii Afri Titii Marcelli Curvii Lucani *Plin. ep. 8, 18, 4*, natu minor *Mart. 9, 51, 4, ideoque huic postpositus t. 2 (excepto t. X 8048, 9).* Simul cum fratre a Domitio Afro in nomen adsumptus *Plin. ep. 8, 18, 5.* Decemvir stlitibus iudicandis; tribunus militum legionis quintae Alaudae; quaestor imperatoris (Neronis); tribunus plebis *t. 1.* Adlectus inter patricios *t. 1, a Vespasiano et Tito censoribus ut videtur, id est a. 73 vel 74.* Praefectus auxiliorum adversus

Germanos; 'qui cum esset candidatus Caesaris praetor designatus, missus est ab imp. Vespasiano Augusto legatus pro praetore ad exercitum qni est in Africa, et absens inter praetorios relatus'; donatus donis militaribus a Vespasiano et Tito Caesare *t. 1.* Consul suff. a. inc. Proconsul provinciae Africae *titulus fratris XI 5210, successor puto fratris (cf. sub hoc).* Fetialis *t. 1.* Patronus Fulginiatium *t. 1.* — Senex et omnibus membris captus uxorem duxit feminam nobilem, et ipsam aetate declivem *Plin. 8, 18, 8.* Fratris filiam adoptavit; eandem heredem reliquit *Plin. 8, 18, 2. 4,* nepotes et proneptem legatis prosecutus *ib., quae progenies potest orta esse ex alia uxore quam duxerat iuvenis.* De testamento recens defuncti *Plinius agit l. c. epistula scr. a. circ. 108.* — Memoratur nna cum fratre a *Martial. 1, 36, 1; 3, 20, 17; 9, 51.*

144 M. DOMITIVS VALERIANVS legatus Augusti pro praetore (Ciliciae) *t. rep. Hierapoli Ciliciae, Journal of hellenic studies 11, 1890 p. 246.* — L. SERVILIVS DOMITIVS VALERIVS FRONTO LVCIANVS.

145 (Domitius?) Ulpianus *(gentilicium coniectura nititur cf. infra),* Tyrius, grammaticus, agnomine Κειτοὺκειτος, amicus Athenaei, ab eodem inductus in convivio quod scripsit *Athenaeus I p. 1 d, e cf. V p. 209 f, 221 a, VI 228 c, 234 c.* Moritur paulo post convivium illud *Athenaeus XV p. 686 c. De Domitio Ulpiano iuris consulto, et ipso Tyrio, certum est non cogitavisse Athenaeum, cum non solum longe diversa tradat, sed etiam scripserit ante hunc adultum, potest cogitavisse de patre eius praeterea ignoto.*

146 Domitius Ulpianus. Domitius Ulpianus *Alexander imp. cod. Iust. 4, 65, 4; 8, 37, 4, Modestinus Dig. 27, 1, 13, 2, Dio 80, 1, vita Alexandri 68, Diocletianus cod. Iust. 9, 41, 11, Victor Caes. 24, 6,* Domitius *Lactantius inst. 5, 11 extr.,* Ulpianus *reliqui. Cf. Hirschfeld Unt. p. 234 n. 72.* Tyro oriundus *ipse libro de censibus (Dig. 50, 15, 1 pr., de se ipso agit etiam Dig. 4. 2, 9, 3; 40. 2, 8).* Papiniano praefecto praetorii in consilio, *vit. Pesc. Nigri 7; Alex. 26,* postea aut memoriae magister aut libellorum *(utrum non adparet). vit. Pesc. Nigri 7.* Ab Elagabalo remotus *vit. Elag. 16.* Praefectus annonae mense Martio a. 222 *cod. Iust. 8, 37, 4.* Mamaeae Aug. gratia Flaviano et Chresto praefectis praetorii collega additus, ante kal. Dec. 222, quo die praefectus praetorio appellatur ab Alexandro *cod. Iust. 4, 65, 4,* mox eos subvertit *Dio 80, 2; Zosim. 1, 11. (Iam sub Elagabalo fuisse eum praefectum praetorio perhibet Victor Caes. 24, 6 cf. vit. Alex. 26, 5).* Multum potest sub Alexandro *vit. Alex. 15, 6; 26, 5; 27, 2; 31, 2; 34. 6; 51, 4; 67, 2; Syncellus p. 673 B.,* parens ab eo appellatus *cod. Iust. 4, 65, 4.* (Consiliarius Alexandri et magister scrinii *vit. Alex. 26,* adsessor vel scrinii magister *Eutrop. 8, 23,* assessor Alexandri *Hieronymus chr. ad a. Abr. 2242 = p. C. 228; Orosius 7, 18, 8).* Praetorianis suspectus *Zos. 1, 11,* seditione coorta

Digitized by Google

ab eis occiditur, nequicquam ab Alexandro protectus *Dio 80, 2, Zos. 1, 11, Syncellus p. 673 B. cf. vit. Alex. 51, 4.* — *Auctor plurimorum de iure civili librorum: scriptorum eius nonnulla emissa imperantibus Severo et Caracalla, pleraque inter annos 211 et 217; cf. Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. 9 (1870) p. 113.* — *Fortasse idem* Cn. Domitius Annius Ulpianus *(D. 113).*

147 DOMITIA Bibuli (uxor) *tituli libertorum et servorum VI 5876 (num genuinus? cf. VI 5, 898*. 899*). 9523. Maritus potest fuisse Bibulus Syriae praefectus ab Antonio (Appian. b. c. 4, 38), filius ut videtur M. Calpurnii Bibuli cos. a. u. c. 695. Filia ut videtur Cn. Domitii Calvini consulis a. 701 et 714. (Cn. filiam fuisse ostendit libertus eius VI 5876 hoc praenomine usus). Cf.* Domitia Calvina.

148 DOMITIA, amita Neronis *Tac. et schol. Iuv.*, soror Ahenobarbi *Quint.*, filia igitur L. Domitii Ahenobarbi consulis a. u. c. 732 et soror Domitiae Lepidae. (Neronis filia *Dig. 12, 4, 3, 5 errore).* Uxor C. Passieni Crispi cos. II a. 44, qui eam in pecuniaria lite contra fratrem eius Ahenobarbum defendit *Quint. 6, 1, 50; 6, 3, 74, schol. Iuv. 4, 81,* postea, relicta ea, Agrippinam in matrimonium duxit *schol. cit.* Inimicitiae inter eam et Agrippinam; per libertos eius insidiae Agrippinae struuntur a. 55 *Tac. a. 13, 19–21.* Paris histrio libertus eius *Tac. a. 13, 19,* eripitur ei ingenuus iudicatus iussu Neronis *ib. c. 27; Neratius apud Ulpianum Dig. 12, 4, 3, 5.* Veneno interimitur a Nerone a. 59 vel paullo post *Suet. Ner. 34, Dio 61, 17.* — Praedia eius Baiana et Ravennatia *Dio l. c., Tac. a. 13, 21 cf. Suet. l. c.* — *Huius fortasse Domitiae* horti Domitiae trans Tiberim *Notitia urbis, vit. Pii 5, vit. Aureliani 49, cf. Lanciani bull. comunale 1889 p. 173, 174.*

149 DOMITIA *(nomen non ponitur),* Cn. Domitii Corbulonis filia, Annii Viniciani uxor *Tac. a. 15, 28; Dio 62, 23.*

150 DOMITIA CALVINA, Bibuli f. *VI 16988, filia igitur Domitiae Bibuli uxoris (nisi forte in titulo turbato filiae vocabulum hoc loco errore positum est). Eadem* Calvina *VI 16989. 16990. Mommsenus eph. ep. I p. 64 n. 5 coniecit hanc nuptam Silano alicui matrem extitisse M. Silani consulis anno p. C. 19 et aviam Iuniae Calvinae. Stemma potest hoc fuisse:*

M. Calpurnius Bibulus, cos. a. u. c. 695, — Cn. Domitius Calvinus, cos. a. u. c. 701, cos. II a. 714,

L. (Calpurnius) Bibulus, legatus M. Antonii, ⌣ Domitia,

Domitia Calvina, Bibuli f., ⌣ M. Silanus,

M. Silanus M. f., cos. a. u. c. 772 = p. C. 19, ⌣ Aemilia Lepida, proneptis Augusti,

M. Silanus, natus a. u. c. 767 = p. C. 14, cos. a. 46. — L. Silanus, D. Silanus, Iunia Lepida, Iunia Calvina. — cos. a. 53.

Digitized by Google

151 DOMITIA DECIDIANA, nupsit Cn. Iulio Agricolae a. 61 *Tac. Agr. 6. Filia sine dubio Domitii Decidii praetoris a. 44, ut perspexit Borghesius opp. 4 p. 118.*

152 DOMITIA DOMITIANA, clarissima femina, uxor ut videtur Vibii Cominiani Valerii Pii *V 5228.*

153 DOMITIA FAVSTINA, M. Aurelii Caesaris filia, mortua antequam pater Augustus fieret (a. 161) *t. sepulcralis VI 995. Faustina de cuius aegrotatione Marcus Caesar queritur non ita multum post uxorem ductam (cf. Mommsen Herm. 8 p. 205) et respondet Fronto (ep. ad M. Caes. 4, 11, 12 p. 72 Nab.) non haec videtur fuisse, sed soror eius* Annia Galeria Aurelia Faustina *(cf. Dittenberger archäol. Zeitung 36, 1878, p. 103).*

— FABATIA POLLA FABIA DOMITIA GELLIOLA.

154 DOMITIA HERACLIA, clarissimae memoriae femina *VI 1404.*

155 DOMITIA LEPIDA *(sic Tac. a. 12, 64.* Lepida *Tac. a. 11, 37; Suet. Ner. 5. 6).* Soror Cn. Domitii Ahenobarbi *(D. 109) Tac. a. 12, 64: Suet. Ner. 5,* amita Neronis *Tac. l. c.; Suet. Ner. 6. 7,* filia igitur L. Domitii Ahenobarbi *(D. 110)* et Antoniae maioris (minoris *Tac. a. 12, 65).* Mater Valeriae Messallinae, quae postea Claudio nupsit *Tac. a. 11, 37,* uxor igitur aliquando Valerii Messallae Barbati. Sub finem Tiberii frater eius incesti cum ea accusatus *Suet. Ner. 5.* Sub Gaio fratris filius (Nero) apud eam educatus *Suet. Ner. 6.* Claudio auctore nubit C. Ap. Iunio Silano *Dio 60, 14 (nomen non ponit).* Ex huius caede ortae sine dubio discordiae eius cum filia Messallina *Tac. a. 11, 37.* Tamen supremis Messallinae necessitatibus non deest *ib. c. 37. 38.* Anno 54 Agrippinae artibus accusata; mors ei indicta *Tac. a. 12, 64. 65 cf. Suet. Ner. 7.* — Latifundia eius Calabrica *Tac. a. 12, 65.*

156 DOMITIA LONGINA. *Cognomen habent nummus Lappensium ex Creta (Eckhel 6 p. 401; Mionnet Suppl. IV p. 326, 199) et Suetonius Dom. 1.* Filia Cn. Domitii Corbulonis *XIV 2795 (cf. VI 16983); Dio 66, 3* (Cn. f. *X 1422).* Nupta L. Aelio Lamiae (qui et L. Lamia Aelianus) *Suet. Dom. 1; Dio 66, 3.* Huic abducta a Domitiano a. 70 *Suet. l. c.; Dio l. c.* Domitia Cn. f. Domitiani Caesaris *t. theatri Herculanensis X 1422.* Domitianus ex ea filium suscepit in secundo suo consulatu (a. 73) *Suet. Dom. 3. — nescio an eum quem defunctum et consecratum memorant Statius silv. 1, 1, 99, Martialis 4, 3, 8, Silius 3, 629 quique dicitur* divus Caesar *in nummis matris,* — 'alteroque anno consalutavit Augustam' *Suet. l. c.* (consulatu filium vit *pro* consalutavit *cod. Memm.; sed etiam* altero anno *videtur corruptum); cf. Hieronymus ad a. Abr. 2097.* Augusta *act. Arv. inde a kal. Oct. 81 saepius; nummi ap. Eckhel 6, 401, Cohen I ed. 2 p. 535 seq.; t. Cretensis Bull. de corr. hell. 1885 p. 22; Notizie 1890 p. 13; t. servorum et libertorum VI 8570. 8667; IX 3419. 3432 (hi fortasse scripti post a. 96).* Romana Iuno

Digitized by Google

*Statius silv. 3, 4, 18.* Titus eum ea putabatur consuetudinem habuisse *Suet. Tit. 10; Dio 66, 28 = Zon. 11, 18.* Ob adulterium cum Paride histrione commissum repudiata a marito, sed mox reducta *Suet. Dom. 3; Dio 67, 3; Zon. 11, 19; cf. schol. Iuven. sat. 6, 87.* Filium ex ea ut videtur Domitiano natum iri nuntiat a. 90 *Martialis 6, 3.* Conscia coniurationis in maritum a. 96 *Dio 67, 15 = Zon. 11, 19; Victor Caes. 11; epit. 11.* — Favet Iosepho *Iosephus vit. 76.* — *Multum supervixit marito; appellatur enim* Domitia Domitiani *(sic X V 548. 550,* Domitia Domit., Domit. Domitian., Domit. Dom., Dom. Domit., Dom. Dom., Dom. Do., D. D. *alibi) in tegulis urbanis factis a. 123 et 126 et aliis eiusdem fere aetatis, XV 548. 549. 553. 554 cf. 550–552. 555–557.* Domitia Domitiani *t. servorum et libertorum VI 8959. 11569. 17115. 19718. 20192. 24655; Notizie 1884 p. 80; IX 3469; X 1738. 7649 item puto a. 96 recentiores, cf. Dressel CIL. XV p. 158.* — 'In honorem memoriae domus Domitiae Augustae' aedes extructa Gabiis eaque a. 140 reipublicae Gabinorum in tutelam data *XIV 2795.* Natalis eius, III idus Februarias, celebratus, vivo marito *X 444,* post mortem ipsius a libertis eius *XIV 2795.*

157 DOMITIA LVCILLA maior. Domitia Cn. f. Lucilla *tegulo urbana semel descripto XV 1010,* Domitia Lucilla *tegulae aliae permultae, sed quarum pars maior pertinet ad Domitiam Lucillam minorem (discernere duorum Domitiarum tegulas studuit Dressel XV p. 269 seq.); apud scriptores nomen eius non ponitur.* Filia Cn. Domitii Lucani; heres instituto ab avo materno Curtilio Mancia, si manu patris esset emissa; propter hoc adoptata a patruo Cn. Domitio Tullo; quo defuncto et huius et patris extitit heres *Plin. ep. 8, 18, ubi nomen non ponitur, significari hanc vidit primus Marinus iscr. dol. ad n. 46. Idem vidit matrem eam fuisse Domitiae P. f. Lucillae matris Marci imperatoris, uxorem igitur P. Calvisii Tulli cos. a. 109. Defunctam esse a. 123 probare studuit Dressel Ziegelstempel p. 34 seq., C. XV p. 271.*

158 DOMITIA LVCILLA minor. *Cf. Marini iscr. dol. ad n. 46; Borghesi opp. 3 p. 36 seq.; Dressel Ziegelstempel der Gens Domitia p. 14, CIL. XV p. 266.* Domitia P. f. Lucilla (*vel* Dom. P. f. Lucill. *vel* Dom. P. f. Luc. *vel* D. P. f. L.) *tegulae urbanae, XV n. 1025 seq.* Domitia Lucilla *aliae tegulae, nummus Nicaeensium ap. Cohen ed. 2 III p. 134, vit. Did. Iul. 1, 3,* Domitia Calvilla *vit. Marci 1, 3, ubi* Calvilla *aut alterum cognomen est aut corruptum ex altero gentilicio* Calvisia *aut denique totum ortum ex errore,* Lucilla *vit. Marci 6, 9.* Mater Marci imperatoris *vit. 6, 9, vit. Did. Iul. 1, 3, item vit. Marci 1, 3 quamquam variatur in nomine cf. supra,* quem peperit VI kal. Maias a. 121 *vit. Marci 1, 4* et Anniae Cornificiae *ib. 1, 8 cf. 7, 4.* Filia P. Calvisii Tulli cos. a. 109 *vit. Marci 1, 3. Matrem ei fuisse Domitiam Lucillam Cn. Domitii Lucani filiam vidit Marinius. Ipsam natam esse circa a. 105 argumentis non certis probare studuit Dressel.*

Digitized by Google

Uxor Annii Veri *vit. Marci 1, 1 cf. tegulae inscriptae* Domitia Lucill. Veri *et* Lucilla Veri *XV 131. 617–619. 1068. 1071. 1072. 1077. 1078. 1080–1082. 1085. 1086. 1089. 1090, cf. item Marcus imp.* εἰς ἑαυτόν *8, 25. Ad eam datae Frontonis epistulae duae Graecae p. 239–243 ed. Naber* (μητρὶ Καίσαρος *inscriptae). Haec* domina mater *(M. Caesaris)* (parens *p. 5) saepissime memorata in epistulis Frontonis ad M. Caesarem et invicem, Fronto ed. Naber p. 8. 25. 27. 36. 37. 47. 48. 49. 55. 57. 71. 78. 79. 80. 81. 83. 84. 85. 87. 88. 89. 90. 92* (domina *nude potest esse etiam Faustina, cf. Mommsen Herm. vol. 8 p. 208 not. 1).* In vivis est a. 155 *XV 1090.* Mortua ante quam filius fieret Augustus.

159 DOMITIA MELPIS, clarissima femina, coniux Q. Petronii Melioris viri consularis, patrona Tarquiniensium *t. Tarquiniensis XI 3368.*

160 DOMITIA PAVLINA, Gadibus orta, mater Hadriani postea imperatoris *vit. Hadr. 1.*

161 DOMITIA PAVLINA. *Tituli: Fundanus X 6220 (1); Cretensis, ap. Halbherr Museo Italiano di antich. class. 3, 1890 p. 669 (2); Attaliensis Pamphyliae, Lebas-Waddington 1360 (3).* Domitia Paulina *t. 1,* Paulina *reliqui.* Filia eius qui praecedit, soror imp. Hadriani *tituli; vit. Hadr. 1, 2; Dio 69, 12.* Nupta L. Iulio Urso Serviano *vit. Hadr. l. c. cf. 2, 6. 15, 8.* Mortuae Hadrianus nullos honores tribuit *Dio l. c.*

— CALPVRNIA RVFRIA AEMILIA DOMITIA SEVERA.

162 DOMITIA VETTILLA, Patruini f., uxor L. Roscii Paculi consulis designati *t. Vercellensis V 6657. — Eadem sine dubio* Vettilla Paculi *II 468.*

163 DOMITIA VICTORINA, clarissima femina, Aureliani clarissimi viri uxor *t. Brixianus V 4331.*

— IVLIA DOMNA.

164 Donatius Valens, centurio legionis XXII Primigeniae, kal. Ian. a. 69 Galbae imagines cum protegeret, a militibus vinctus, mox iussu Vitellii occisus *Tac. hist. 1, 56. 59.*

— IVLIVS DONATVS.

— C. IVNIVS DONATVS.

— M. SAENIVS DONATVS.

— C. MEVIVS DONATVS IVNIANVS.

165 Donnes apud Artagira C. Caesarem vulneravit, statim interfectus *Ruf. Fest. 19.*

166 Donnus *(sic V 7231,* Domn- *vel* Don- *traditur ap. Ovid.,* Ἰδεοννap. *Strabonem; nomen* Donnus *reperitur etiam in nummis ap. Eckhel 1 p. 74, Mionnet I p. 89, 52).* Rex *V 7231,* regionis postea a filio eius Alpium Cottiarum vocabulo nuncupatae *cf. Strabo 4, 6, 6 p. 204.— Quando vixerit, inde apparet, quod filius arcum Augusto dicavit Segusione a. u. c. 745 vel 746. Incertum num eius liberti* C. Iulius Donni l. Erastus, Iulia Donni l. Cypris *V 7232; si fuerunt, ipse civis*

Digitized by Google

*Romanus fuit et dictus* C. Iulius Donnus. Filius: (M. Iulius) Cottius; ex posteris eius: Vestalis *Ovid. ex P. 4, 7.*

— L. FLAVIVS SVLPICIANVS DORIO POLYMNIS.

167 Doryphorus Aug. l., Neroni a libellis *Dio 61, 5.* Ei Nero denupsit *Suet. N. 29 (idem Tac. a. 15, 37 narrat de Pythagora).* Sestertium centies donatur a Nerone *Dio l. c.* Obit anno 62, veneno interemptus, ut credebatur, a Nerone *Tac. 14, 65.*

— TI. CL(AVDIVS) DRACO.

168 Druncianus, gener Avidii Cassii, a Marco servatus *vit. Marci 26, 12 — vit. Avid. Cass. 9, 3.*

— M. Flavius Drusianus.

— AELIA FLAVIA DRVSIANA.

169 Drusilla, Agrippae maioris, Iudaeorum regis, et Cypri, Phasaeli filiae, Herodis neptis, filia *Iosephus ant. 18, 5, 4, bell. 2, 11, 6.* Desponsata a patre Epiphani regis Commagenae filio *id ant. 19, 9, 1;* ab hoc spreta nubit Azizo Emesenorum regi *ib. 20, 7, 1,* et hoc relicto Antonio Felici procuratori Iudaeae *ib. 2; act. apost. 24, 24.*

170 Drusilla, uxor Antonii Felicis, Cleopatrae et Antonii neptis *Tac. hist. 5, 9.*

— IVLIA DRVSILLA.

— LIVIA DRVSILLA.

171 Drusius Proculus, procurator Augusti (Norici) *titulus quem Celeiae posuit beneficiarius eius III 5170. Idem fortasse* [Dr]ussi[us Pr]ocul[us] *fr. Venusinum IX 506.*

172 Drusus, Agrippae maioris, Iudaeorum regis, filius, in pueritia defunctus *Iosephus ant. 18, 5, 4.*

— NERO CLAVDIVS DRVSVS.

— (RVBELLIVS) DRVSVS.

— M. SCRIBONIVS LIBO DRVSVS.

— DRVSVS IVLIVS CAESAR.

— M. LIVIVS DRVSVS LIBO.

— FL(AVIVS) DRYANTIANVS.

— SVLP(ICIA) DRYANTILLA AVG.

— M. AVR(ELIVS) DVBITATVS.

— .... SA .... .... DVS P. CEST[IVS] .... [VM]BRIVS DEXTER ... DVCENIVS ...

173 A. DVCENIVS GEMINVS *(sic III S. 9973;* Ducenius Geminus *Tac.;* Mecenius Geminus *male traditur III 2883).* Consul suff. a. inc. A Nerone una cum aliis duobus consularibus vectigalibus publicis praepositus a. 62 *Tac. a. 15, 18.* Legatus pro praetore provinciae (Dalmatiae) *III 2883. III S. 9973.* Praefectus urbis sub Galba *Tac. hist. 1, 14.*

174 C. DVCENIVS PROCVLVS, consul suffectus a. 87 mense Maio cum C. Bellico Natale Tebaniano *act. Arv.*

— .... [PO]MPONIANVS SECVNDVS P. CEST[IVS] .... IVS PRISCVS DVCENIVS PROC[VLVS].

— . . . Quintius Cestianus Ducenius Proculus.
— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA *cet.* DVCENIVS PROCVLVS *cet.* SOSIVS PRISCVS.
175 DVCENIVS VERVS consul *Celsus Dig. 31, 29, suff. a. inc., temporibus ut videtur Flaviorum, cum in consilio ei fuerit Iuventii Celsi praetoris a. 106 vel 107, consulis II a. 129 pater.*
176 L. Dudistius Novanus, L. f., tribu Vol., praefectus alae Hispanae, adiutor ad census provinciae Lugdunensis, procurator Augusti Alpium Cottianarum; pontifex Laurentinorum, flamen coloniae Aquensis *t. Massiliensis XII 408.*
177 *DVLIVS (an DVILIVS? *Casaub.*) SILANVS, occisus a Commodo *vit. Comm. 7, 5. Fortasse hic* Silanus cos. ord. a. 189 cum Q. Servilio Silano.
178 Dumnobellaunus (*sic Mon. Anc. Lat.; Δομνοελλαῦνος Graec.;* Dubnovellaunos *nummi*) rex Britannorum qui supplex confugit ad Augustum *Mon. Anc. Lat. 6, 2 cf. Mommsen comm. ed. 2 p. 139, ubi et de nummis eius agitur.*
179 Duras Decebalo Dacorum regi principatu sponte cedit *Dio 67, 6 (exc. Val.).*
180 M. DVRMIVS, triumvir monetalis sub Augusto *nummi apud Cohen ed. 2 August. n. 426—433. Idem fortasse* M. Durmius aedilis Tusculanus *XIV 2627 (cf. VI 17079. X 6582).*
— C. VMMIDIVS DVRMIVS QVADRATVS.
181 L. DVVIVS AVITVS. *Titulus: XII 1354 agri Vasionensis acephalus, sed coniectura valde probabili Renieri ad eum relatus.* L. Duvius Avitus *tabula cerata Pompeiana (ap. de Petram n. 14),* L. Duvius *aliae tabulae eiusdem generis (ap. de Petram n. 13. 15–17),* [L. D]uvius *X 826;* Dubius Avitus *codices Pliniani et Taciteus. Origine ut videtur Vasionensis, cf. Hirschfeld ad tit. cit. Honores ante praeturam ignorantur.* Praetor *tit.* Legatus pro pr. provinciae Aquitanicae *tit.; Plin. h. n. 34, 47.* Consul exeunte a. 56 cum P. Clodio Thrasea Paeto *tabulae ceratae Pompeianae (vide supra; cf. Mommsen Herm. 12 p. 128).* Legatus pro pr. exercitus Germaniae inferioris, a. 58 *tit. et Tac. a. 13, 54.* Res ab eo in Germaniae gestae *Tac. a. 13, 54–56.*
182 Dynamis. *Tituli: Phanagorienses, CIGr. 2122 = Latyschev inscr. orae Ponti II n. 354 positus ab ea Augusto (1); Latyschev l. c. n. 356 (2). Memoratur in Panticapaensi, Latyschev l. c. n. 25 (3). Nummus aureus ann. inst. arch. 1841 p. 320, item ap. Koehne mus. Kotchoubey II p. 156 cf. Sallet Beiträge zur Numism. der Könige des cimm. Bosporus p. 15, cum nomine* Βασιλίσσης Δυνάμεως *et anno* ΑΠΣ *(a. 281 aerae Bosporanae = 737/8 u. c.) Monogrammate aliquo quod cernitur in quibusdam aliis nummis regni Bosporani nomen eius contineri aliquando creditum est, sed vix recte, cf. Sallet l. c. p. 63 seq.; Mommsen eph. ep. 1 p. 272.* Pharnacis, regis Bosporani filia, Mithri-

Digitized by Google

datis neptis *t. 2; Dio 54, 24. Haec est fortasse filia Pharnacis a patre Caesari dictatori ut uxorem duceret oblata a. 707, Appian b. c. 2, 91.* Nubit Asandro patris interfectori et postea regi Bospori *Dio l. c.* Una cum hoc marito appellatur βασιλίσσα Δύναμις *t. 3.* Eo defuncto nubit Scribonio *Dio l. c. Hoc fere tempore videtur cusus esse nummus cit., cf. Sallet l. c. p. 16.* Hoc quoque occiso auctore Augusto nubit Polemoni, a. 740 *Dio l. c. Non multo post videtur defuncta esse cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 272.*

183 Dyteutus, Adiatorigis Galli f., ab Augusto post triumphum Actiacum sacerdotio Comanensi exornatus *Strabo 12 p. 558—560.*

# E

— Flavius Earinus.

1 Echio citharoedus *Iuvenalis 6, 76.*

— Eclectus, Ecloge *v.* Eglectus, Egloge.

2 Q. EG . . . . PERPETVVS v. c., pater Q. Eg. . . . (Q·E·C·L·L *traditur)* Tarronii Pisonini c. v. *titulus Allifanus semel tantum descriptus IX 2340.*

— T. Aurelius Egatheus.

3 L. Eggius, praefectus castrorum sub Varo in Germania *Velleius 2, 119, 4.*

4 C. EGGIVS AMBIBVLVS POM[PONIVS LON]GINVS CASSIANVS L. MAECIVS POS[TVMVS]. *Titulus Aeclanensis IX 1123 (1). Ad eundem pertinent fragmenta duo minuta alterius tituli Aeclanensis IX 1124 (2).*

[C. Eggius] Ambibulus Pom[ponius] *(potius quam* Pom[peius], *cf. Mommsen ad IX 1165)* [Lon]ginus Cassianus L. Maecius Pos[tumus] *t. 1,* . . . L. Ma[ecius] *t. 2; in consulatu plerumque nude* Ambibulus ( . . . . olus *VI 10299,* Bibulus *vit. Pert. 15, 6,* Ambiguus *Prosper),* Eggius *tegula XV 108,* Egg. *XV 109,* Egg. Amb. *XV 506,* Eggius Ambibulus *VI 4228,* C. Egg[ius Ambibulus] *VI 970. — Pater ignotus; mater videtur fuisse soror M. Pomponii Bassuli Longiniani, cf. IX 1165.* Tribu Cornelia *t. 1,* origine sine dubio Aeclanensis. Decemvir stlitibus iudicandis *t. 1. 2;* tribunus militum legionis undecimae Claudiae piae fidelis *t. 1;* sevir equitum Romanorum *t. 1;* a Traiano adlectus inter patricios *t. 1 cf. t. 2;* quaestor candidatus Traiani *t. 1. 2;* [legatus (*non* proconsul) pro]vinciae Macedoniae *t. 1;* praetor candidatus *t. 1.* Consul ordinarius a. 126 cum M. Annio Vero III. Salius Collinus, flamen Claudialis *t. 1.* Aeclani duovir quinquennalis, item patronus vel curator *t. 1. — Idem ut videtur* Ambibolus iun(ior), *qui avunculo Pomponio Bassulo Longiniano posuit titulum IX 1165. Eiusdem fuit signaculum originis incertae X 8059, 144 inscriptum* C. Eggi (*traditur* Eccii) Amb.

5 C. EGGIVS MARVLLVS, curator riparum et alvei Tiberis sub Claudio *Bull. comunale 1887 p. 306.*

6 L. Eggius Marullus, curator municipii Canusinorum (vel operis alicuius publici apud Canusinos) *fistulae plumbeae IX 343. Videtur diversus a L. Cossonio Eggio Marullo consule a. 184.*

— L. COSSONIVS EGGIVS MARVLLVS.

7 Eglectus (Electus *traditur vit. Comm. 15, vit. Pert. 4,* Eiectus *vit. Pert. 11;* Ἔκλεκτος *Graeci*) natione Aegyptius *Herod. 1, 17, 6,* cubicularius Quadrati interfecti a Commodo a. 182 *Dio 72, 4,* mox ipsius Commodi, cui in harena depugnanti astitit *Dio 72, 1.* Commodum interficiendum curat una cum Marcia et Aemilio Laeto *Dio 72, 22; vit. Comm. 15; Herod. 1, 16, 5 c. 17.* Cum eisdem Pertinaci imperium defert *Dio 73, 1; Herod. 2, 1, 2; vit. Pert. 4.* Occisus una cum Pertinace *Dio 73, 10 (Zon. 12, 6); vit. Pert. 11.*

8 Eglectus (Ecl- *traditur*) unus ex improbis libertis Veri, post mortem patroni non cum aliis similibus a Marco abiectus, sed retentus *vit. Veri 9.* Idem cum Commodi interfectore *ib., vix recte.*

9 . . . itius Eglectus Iulianus, perfectissimus vir, magister a studis Augustorum duorum, procurator provinciae Asiae, procurator . . ., procurator hereditatium . . ., *VI 1608.*

10 Egloge (Ecl- *traditur*) Neronis nutrix, reliquias eius composuit *Suet. Ner. 50.*

11 CI . . . EGNATIANVS (Eign- *traditur*) legatus (Germaniae superioris? an legionis XXII Primigeniae) a. 217 *t. Moguntiacensis semel descriptus. Brambach n. 974.*

12 Egnatius Calvinus, praefectus Alpium, auctor citatus a *Plin. h. n. 10, 134.*

13 EGNATIVS CAPITO, consul *vit. Comm. 4,* suff. a. inc. Magister fratrum Arvalium sub Marco anno incerto *act. Arr. VI 2091.* Occisus a Commodo *vit. Comm. 4, fortasse a. 182 cf. Marini atti p. 492.*

14 Q. EGNATIVS CATVS, legatus legionis decimae quintae Apollinaris a. 73 *t. Carnuntini III S. 11194—11196.* Legatus Augusti pro pr. legionis III Augustae a. 75 *VIII 10119,* a. 76 *VIII 10016 cf. VIII 1851 (ubi v. 2 scr.* Cato *pro* gato*).*

15 P. Egnatius Celer *(tria nomina coniuncta posuit Dio;* P. Egnatius *Tac. a. 16, 32;* Publius Celer *Tac. hist.;* Ignatius *schol. ad Iuv. sat. 6, 552;* Celer *schol. ad Iuv. 1, 33),* Berytius *Dio 62, 26 cf. Iuv. 3, 117,* philosophus sectae stoicae Baream Soranum amicum et patronum filiamque testimonio suo perculit *Tac. a. 16, 32; Dio 62, 26; schol. ad Iuv. sat. 1, 33. 47; cf. Iuv. 3, 116,* quamquam filiam ad magicam discendam ipse hortatus *schol. ad Iuv. sat. 6, 552;* ideo praemiis et honoribus affectus *Dio l. c.* Exeunte a. 69 accusatus in senatu a Musonio Rufo *Tac. hist. 4, 10,* a. 70 damnatus et in exilium pulsus *ib. c. 40; Dio l. c.; schol. ad Iuv. 1, 33.*

Digitized by Google

16 C. EGNATIVS CERTVS, C. f., consul suffectus a. inc. *IX 1578; Eph. ep. 8, 862 cf. 376.*
17 Egnatius Dexter: ad eum Herennius Modestinus dedit libros de excusationibus *Dig. 27, 1, 1 pr.*
— IMP. CAESAR P. LICINIVS EGNATIVS GALLIENVS AVG.
18 EGNATIVS LEO, A. Egnatii Proculi et Laberiae Gallae filius *VI 1406.*
19 EGNATIVS LVCILIANVS, legatus Augusti pro praetore provinciae Britanniae sub Gordiano *VII 445. 1030.*
20 EGNATIVS MARCELLINVS, quaestor provinciae cuiusdam *Plin. ep. 4, 12. Fortasse ad eum scripsit Plin. ep. 5, 16 et 8, 23* Marcellino *inscriptas.*
21 EGNATIVS POSTVMVS, consul suff. mense Maio a. 183 cum M. Herennio Secundo *act. Arv.*
22 EGNATIVS PROCLIANVS, A. Egnatii Proculi et Laberiae Gallae filius, quattuorvir viarum curandarum *VI 1406.*
23 A. EGNATIVS PROCVLVS, A. f., tribu Palatina, legatus Augusti provinciae Africae dioeceseos Numidiae, legatus legionis octavae Augustae piae fidelis, praefectus frumenti dandi, praefectus aerarii Saturni, consul (suff. a. inc.); curator Concordiensium, Albensium Fucentium, Bovianensium *VI 1406.* Uxor: Laberia Galla; filii: Egnatii Secundilla, Proclianus, Leo *ib.*
24 Q. EGNATIVS PROCVLVS, consul suff. a. inc. *IX 6414 b.* Uxor: Maria Aurelia *vel* Aureliana Violentilla *ib.*
25 EGNATIVS PROC(V)LVS, corrector civitatium Achaiae *tit. Laconicus CIGr. 1341. Fortasse non diversus ab A. Egnatio Proculo.*
— C. LVXILIVS SABINVS EGNATIVS PROCVLVS.
26 M. EGNATIVS RVFVS *(tria nomina habet Dio 53, 24;* M. Genatius *vel* Genutius *traditur ap. Suet. Aug. 19)* in aedilitate favorem populi colligit, incendiis privata familia opem ferens *Vell. 2, 91; Dio 53, 24.* Aedilitati praeturam continuat (a. 728) *Vell. l. c.; Dio l. c.* Edictum eius superbe de Augusto *Dio l. c.* Prohibitus consulatum petere a C. Sentio Saturnino consule a. 735 *Vell. 2, 92.* Coniurat in Augustum *Vell. 2, 91; Seneca brev. vit. 4, 5, de clem. 1, 9, 6; Suet. Aug. 19.* In carcere interfectus *Vell. 2, 91, Tac. a. 1, 10.*
27 EGNATIVS SATTIANVS clarissimus vir, patronus collegii cuiusdam Beneventani cooptatus a. 257 *IX 1681.*
— Q. VI[R]IVS EGNATIVS SVLPICIVS PRISCVS.
28 EGNATIVS TAVRINVS, proconsul Baeticae sub Hadriano *Ulpianus de officio proconsulis (coll. I, 11).*
29 L. EGNATIVS VICTOR LOLLIANVS. *Tituli: Atheniensis CIA. 3, 632 positus ei ab Areopago (1); Thebanus CIGr. 1624 = Lebas 2, 518 positus a Plataeensibus (2); alter Thebanus CIGr. vol. II p. 844 ad n. 3516 = Lebas 2, 519 positus a Thespiensibus (3); Prusiacus Rh. Mus. 27 p. 149 = arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 7 (1883) p. 171 (4). Memoratur praeterea in Pannonico III 4364 (5); in miliario Ancyrano*



Digitized by Google

*III S. 6900 (6); in fastis sacerdotum qui videntur esse sodales Antoniniani VI 2001 (7). (Falsum est fragmentum mus. Rhen. 21 p. 401).* L. Egnatius Victor Lollianus *t. 1–4. 6. 7*, Egnatius Victor *t. 5*. Consul suff. a. inc. Corrector Achaiae *t. 2 (cf.* χηδεμονία τῶν Ἀθηνῶν *t. 1:* εὐεργέτης *dicitur a Thespiensibus t. 3;* ὁ λαμπρότατος ὑπατικός *t. 2. 3).* Legatus Augusti pro pr. provinciae Bithyniae et Ponti *t. 4*. Legatus Augustorum duorum pro pr. provinciae Pannoniae superioris a. 207 *t. 5*. Cooptatus inter sodales Antoninianos a. 213 *t. 7*. Legatus pro pr. provinciae Galatiae a. 218 *t. 6*. — Ὁ ῥήτωρ *t. 1; 'intelligendus homo facundia insignis, non qui artem rhetoricam docuerit' Dittenberger ad hunc t. Pater ut videtur eius qui sequitur.*

30 L. EGNATIVS VICTOR LOLLIANVS. *Tituli Asiae CIGr. 2870 (1). 3516 (2). 3517 (3). CIL. III 468 (4). Mitth. d. athen. Inst. 8 p. 316 (5); ineditus descriptus Magnesiae ab Hillero von Gaertringen (6); titulus urbanus VI 1405 (7).* L. Egnatius Victor Lollianus *t. 6*, L. Egnatius Lollia[nus] *t. 7*, Egnatius Lollianus *t. 1. 2*, Lollianus *t. 3. 4. 5, item chronographus. Filius ut videtur eius qui praecedit.* Proconsul Asiae *t. 1–7*, per annos tres *t. 4–6 (secundus annus memoratur t. 1. 3)*, anno tertio sub Philippo *t. 6 (idem ex t. 5 nummisque quibusdam collegit Waddington ad Borghesii opp. 9 p. 384 not.). Hunc esse Lollianum proconsulem memoratum in actis SS. Leonis et Paregorii, act. Sanct. mens. Febr. III p. 59, coniecit Sterrett Mitth. d. athen. Inst. 8 p. 312.* — Praefectus [urbi] *t. 7*, a. 254 *chronographus a. 354. — Hunc Lollianum Borghesius opp. 4, 520 significari putavit his Firmici Materni mathes. (2, 32) ad Mavortium Lollianum praefectum urbis a. 342 verbis:* ob adulterii crimen in exilium similiter datus, sed demum de exilio raptus in administrationem Campaniae primum destinatus est; deinde in Achaiae proconsulatum, post vero ad similem Asiae proconsulatum devectus est, ac postremo ad urbis Romanae praefecturam omnium patrum est consensu promotus *(ed. Venet. 1497 f. 1s', ed. Basil. 1551 p. 42), non recte; nam hic fuit, ut ex praecedentibus apparet, filius consulis ordinarii iterum; praeterea hic cursus honorum mihi videtur indicare aetatem aliquanto posteriorem.*

31 EGNATIA CERTIANA clarissima femina, C. Egnatii Certi consulis filia *IX 1578.*

32 Egnatia Maximilla, uxor Glitii Galli, maritum in exilium comitatur a. 65, 'magnis primum et integris opibus, post ademptis' *Tac. a. 15, 71.* Ab Andriis statua honoratur una cum marito *CIGr. 2349 i (vol. II p. 1068).* Marito titulum ponit Faleriis *XI 3097.* Ancilla eius Romae sepulta; huius ancillae maritus C. Egnatius *VI 9540.*

33 EGNATIA SECVNDILLA, A. Egnatii Proculi et Laberiae Gallae f. *VI 1406.*

34 Egnatuleius Honoratus, vir nobilis a Severo occisus *vit. Sept. Sev. 13.*

Digitized by Google

35 L. Egnatuleius Sabinus, P. f., tribu Galeria (origine ut videtur Thysdritanus). Tribunus legionis quartae Scythicae et . . . . . Geminae, praefectus gentis Cinithiorum, procurator Aug. ad census accipiendos Macedoniae, procurator Aug. ad epistrategian Thebaidos, procurator Aug. quadragesimae Galliarum, pontifex Palatualis *tit. Thysdritanus VIII 10500.*

— C. VIBIVS MAXIMVS EGRILIANVS.

36 A. Egrilius Plarianus, Ostiensis, pater consulis et patroni coloniae Ostiensis (nempe ut puto M. Acilii Prisci Egrilii Plariani pater naturalis) *XIV 399 cf. 346. 467; idem fortasse* O(lus) Aegrilius Plarianus *XI 1075. (Patronus dendrophorum Ostiensium XIV 281 non videtur fuisse hic, sed* Larcius Lepidus Plarianus).

37 Q. EGRILIVS PLARIANVS, legatus proconsulis Africae a. 159 *VIII 800. 1177. VIII S. 11026 cf. 11030.* Ad hunc ut videtur dedit *Fronto epistulam ad am. 1, 4 p. 202 M., p. 176 Nab.* (Acrilius Plarianus *legit Maius, correxit Borghesi in epistula ad Gerhardium, arch. Zeitung 1845 p. 111*).

— M. ACILIVS PRISCVS EGRILIVS PLARIANVS.

38 Eleazarus cognomento Gigas, ab Artabano dono Tiberio missus *Iosephus ant. 18, 4, 5.*

39 Eleazarus (alazarus *cod. Tac.*), dux Iudaeorum rebellium templum Hierosolymitanum occupat *Tac. hist. 5, 12.* Est Eleazarus Simonis f., de quo *Iosephus bell. 2, 30, 3; 4, 4, 1; 5, 1, 2.* Opprimitur ab Iohanne Gischaleno *Tac. l. c. cf. Iosephus l. c. 5, 3, 1.*

40 Eleazarus castellum Masadam fortiter contra Romanos defendit, postremo se ipsum cum suis interfecit *Iosephus bell. 7, 8, 1 seq. c. 9, 1.*

— APPIA ANNIA ATILIA REGILLA AGRIPPINA ELPINICE ATRIA POLLA.

— P. MANILIVS VOPISCVS VICINILLIANVS L. ELVFRIVS SEVERVS IVLIVS QVADRATVS BASSVS.

41 Encolpius, familiaris Severi Alexandri, cuius vitam scripsit *vit. Alex. 17, 1; 48, 7.*

42 Encolpius servus Plinii, lector *Plin. ep. 8, 1, 2.*

43 Encolpus, Pudentis centurionis puer delicatus, capillos Apollini vovit pro primipilatu domini *Martialis 1, 31; 5, 48.*

44 L. Ennius eques Romanus: eum maiestatis postulatum a. 22 recipi inter reos vetuit Tiberius *Tac. a. 3, 70.*

45 Manius Ennius *(sic Dio;* Mennius *traditur ap. Tac.)* φρούραρχος Σισκίας a. p. C. 8 *Dio 55, 33.* Praefectus castrorum, a. 14 vexillariis legionum Germaniae inferioris in Chaucis tendentibus praepositus, seditionem eorum reprimit *Tac. a. 1, 38.*

46 ENNIVS PROCVLVS, proconsul Africae sub Antonino Pio *Dig. 50, 6, 6, 1.*

47 Ennia Thrasylla *(sic Dio 58, 28; praeterea* Ennia, *nam apud Suetonium Cal. 12 scribendum* Ennia Naevii, *non, ut traditur,* Naevia), uxor

Naevii Sertorii Macronis praefecti praetorio sub Tiberio, impulsu mariti Gaium Caesarem adulescentem amorem fingendo sibi devincit *Tac. a. 6, 45; Dio 58, 28,* nesciente marito amorem cum C. Caesare exercet *Philo leg. ad Gaium p. 551. 554;* is ei matrimonium promittit, si imperio potitus fuisset *Suet. Cal. 12.* Postea ab eodem mori coacta una cum marito *Philo leg. ad Gaium p. 554, in Flaccum p. 519; Suet. Cal. 26; Dio 59, 10.*

48 Entellus, Domitiano a libellis, coniurationis in eum particeps *Dio 67, 15 (Zon. 11, 19).* Domus eius *Martialis 8, 68. Ex servis eius* M. Ulpius Aug. lib. Cladus Entellianus *Wilmanns 286 (cf. Friedländer Sitteng. I⁶ p. 178).*

49 Epagathus Aug. l. (Καισάρειος), multum potest sub Caracalla *Dio 77, 21.* Idem ut videtur post pugnam Antiochensem a Macrino Diadumenianum ad Parthos ducere iussus *Dio 78, 39.* Idem puto sub Alexandro, cum causa necis Ulpiano fuisset, sub specie praefecturae Aegypti Roma remotus et in insula Creta interfectus *Dio 80, 2.*

50 Epaphroditus Caesaris Aug. l., capta Alexandrea Cleopatrae custos datus a Caesare *Plut. Anton. 79; Dio 51, 10. 13; Zon. 10, 31.*

51 Epaphroditus, Neronis libertus *Tac. a. 15, 55,* a libellis eius (successor ut videtur Doryphori defuncti a. 62) *Suet. Ner. 49* (τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος *Suidas s. v.* Ἐπίκτητος, *errans, vix alium intellegens),* postea Domitiano a libellis *Suet. Dom. 14.* Memoratur primum a. 65 *Tac. a. 15, 55.* A. 68 patronum Roma profugum comitatur *Dio 63, 27; Victor ep. 5,* eumque ferrum sibi adigentem adiuvit *Suet. Ner. 49, Dom. 14; Dio 63, 29.* Ob id a Domitiano interfectus *Suet. Dom. 14; Dio 67, 14.* — Eius monitu Iosephus res Iudaicas scribere adgressus est *Iosephus ant. I prooem. 2, vit. c. 76.* Ad eum dati libri contra Apionem duo *Iosephus c. Ap. 1, 1; 2, 1. 41. (Alium hunc Epaphroditum putaverunt nonnulli, cf. Friedländer Sittengesch. I⁶ p. 178, quod vita Iosephi scripta esset post a. 100; sed ea vita edita est vivo Domitiano).* Eius libertus Pinytus grammaticus *Stephanus Byz. s. v.* Βιθύνιον. Eius servus Epictetus philosophus *Suidas s. v.* Ἐπίκτητος *(memoratur diss. Epict. 1, 1. 19. 26).* Ab eo appellati horti Epaphroditiani *Frontinus aq. 68.*

52 Epaphroditus, Aug. l., ab epistulis, frater Fortunati Aug. l., accensi divi Vespasiani *VI 1887.*

— T. AELIVS AVRELIVS EPIANVS.

— Asinius Epicadus.

53 Epicharis, mulier libertina, nomina coniuratorum in Neronem, quamvis tormentis dilacerata non prodidit, postremo se ipsam enecavit *Tac. a. 15, 51. 57; Dio 62, 27; Polyaenus strat. 8, 62.* Amica Annaei Melae *Polyaen. l. c.*

54 Epictetus, philosophus stoicus. Oriundus Hierapoli Phrygiae *Suidas s. v.* Epaphroditi (τῶν σωματαφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος?) servus *id. (ser-*

*visse eum testantur etiam Fronto ad Verum 1, 1 p. 115 N.; Gellius 2, 18, 10 = Macrob. sat. 1, 11, 45; Anth. Pal. 7, 676).* Claudus *Fronto l. c.; Anth. l. c.; Suidas.* Sub Domitiano Nicopolim secedit *Gellius 15, 11, 4. 5; Suidas s. v.; cf. diss. Epict. 1, 19. 25; 2, 6, 21 cet.* Eum in summa familiaritate habuit Hadrianus *vit. Hadr. 16, 10.* Vixit usque ad Marcum Antoninum *Suidas.* Dicta eius memorabilia edidit Flavius Arrianus *cf. Gellius 1, 2, 6; 17, 19, 1; 19, 1, 14; M. Antonin. 1, 7; 4, 41; 11, 34 seq., quorum extant libri IV; ab eodem etiam enchiridion Epicteti quod extat editum esse ait Simplicius (comm. ad enchir., praef.).*

55 L. EPIDIVS TITIVS AQVILINVS *(plene nomen exhibet t. Cretensis CIGr. 2562 v. 19 cf. Mnemosyn. vol. 2 p. 38*, Tit. Aquil. *tegula XV 504, plerumque* Aquilinus *tantum;* Quintillus *Prosper, errore)* consul ordinarius a. 125 cum L. Valerio Asiatico II *fasti.*

56 Epigonus Chrysippi fil.: ei Plinius civitatem impetrat *Plin. ad Trai. 11.*

57 Epiphanes (Epiphanes Antiochus *Iosephus bell. 5, 11, 3)*, Antiochi (IV) regis Commagenae filius (rex *Tacitus,* βασιλεύς *titulus filii III 552, 4). Imagines eius et fratris Callinici, quibus adscriptum* βασιλέως υἱοί, *in nummis patris, ap. Eckhel 3 p. 258, Mionnet 5 p. 132. 133, S. 8 p. 102. Civem Romanum fuisse et C. Iulium dictum probabile est propter titulum filii III 552, 1.* Ei desponsata Drusilla Agrippae Iudaeorum regis filia, sed postea spreta *Iosephus ant. 19, 9, 1; 20, 7, 1.* A. 69 apud Bedriacum pro Othone impigre pugnam ciens vulneratur *Tac. hist. 2, 25.* A. 70 in exercitu Titi frustra murum Hierosolymorum oppugnat *Ios. bell. 5, 11, 3.* A. 72 una cum patre regno privatur *ib. 7, 7, 1–3.* — Pater Philopappi (qui et C. Iulius Antiochus Epiphanes Philopappus). — C. IVLIVS ANTIOCHVS EPIPHANES PHILOPAPPVS.

58 Epitynchanus Diotimi, Hadriani amici, amicus, Marco Aurelio adulescenti ut videtur notus *Marc. Anton. 8, 25.*

59 T. Eppius Latinus, T. f., tribu Quirina, procurator imp. Hadriani ad c[ensus a]cc[ipiendos] . . . ., procurator quattuor publicorum Africae; duovir Latobici in Pannonia *III 3925.*

60 EPPIA (*v. l.* Ippia; *cf.* Oppia), senatoris uxor, quae relicta domo gladiatorem adamatum secuta est Alexandriam *Iuvenalis 6, 82 seq., 104 seq., 114.*

61 Epponina *(sic Tacitus;* Empona *Plutarchus, addens significari hoc vocabulo* ἡρωΐδα; Πεπονίλλα *Dio)* uxor Iulii Sabini Lingonis, una cum marito per novem annos sub terra delitescit, duos filios eo tempore enixa, a. 79 interficitur una cum marito *Plut.* ἐρωτικός *c. 25 p. 770 D.; Dio 66, 16; cf. Tac. hist. 4, 67.*

62 M. EPPVLEIVS PROCVLVS TI. CAEPIO HISPO. *Tituli: Ravennas XI 14, fortasse in fine mutilus (1); Mediolanensis vel certe Mediolani adservatus, positus a Patavinis, acephalus, propter munera plane eadem a me huc relatus, V 5813 (2). Nomen servavit t. 1.* L. f., tribu

Claudia *t. 1.* Tribunus militum legionis septimae Claudiae Piae fidelis, decemvir stlitibus iudicandis, quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor *t. 2.* Proconsul provinciae Hispaniae Baeticae *t. 1. 2.* Praefectus aerari militaris *t. 1. 2.* Consul *t. 1,* suff. a. inc. Pontifex *t. 1.* Proconsul provinciae Asiae *t. 1. 2.* — Idem ut videtur Caepio Hispo sententiam in senatu tulit, fortasse consul designatus, a. 103 vel 104 *Plin. ep. 4, 9, 16 (consularem eum tunc fuisse putat Waddington fastes n. 119, qui proconsulatum eius Asiaticum collocat c. a. 113);* consul cum Rubrio Gallo sub Traiano *Dig. 40, 5, 26, 7 (traditur* Caelio *pro* Caepione). — *Huius servus* Onesimus Caepionis Hisponis dispensator *VI 9357, libertus ut videtur* Ti. Caepio Hieronymus *ib.* — *Vix idem (quod coniecerat Waddington)* M. Ca.... *III 6079 = III S. 7128.*

— T. CLODIVS EPRIVS MARCELLVS.

— Aemilius Equester.

63 Erato Tigranis (II) regis Armeniorum filia, mortuo patre cum fratre Tigrane (III) eodemque marito regnum per aliquot annos exercet, (paullo ante a. 748) *nummi inscripti* Ἐρατὼ βασιλέως Τιγράνου ἀδελφὴ *ap. Langlois num. de l'Arménie p. 39; Tac. a. 2, 3 (qui nomen hoc loco non ponit); significat eam et fratrem Ovidius art. amat. 195.* Defuncto fratre regno se abdicat *Dio 55, 10ᵃ.* Postea rursus in regnum admissa, sed brevi pulsa *Tac. a. 2, 4. Cf. Mommsen mon. Anc. p. 113, 114.*

64 Eros, rerum Augusti in Aegypto procurator (ὁ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ διοικῶν), propter luxuriam ab Augusto servili supplicio affectus *Plutarchus apophthegm. p. 207 B.*

65 Eros, Aureliano τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτὴς τεταγμένος, (ὡς δέ τινες ἱστοροῦσιν, ὠτακουστὴς καὶ προσαγγέλλων τῷ βασιλεῖ τὰ παρά τινων περὶ αὐτοῦ λεγόμενα *addit Zonaras)* auctor caedis Aureliani *Zosim. 1, 62; Zonaras 12, 27* (Mnesteus *appellatur vit. Aurel. 36).*

66 Erotion puella, deliciae Martialis, defuncta anno vitae sexto *Martialis 5, 34. 37; 10, 61.*

— Q. OCTAVIVS FORTVNATVS ERVCIANVS STELLA STRATONIANVS.

67 C. ERVCIVS CLARVS. *Memoratur in titulo uxoris Ephesino, ap. Waddington ad n. 1842ᵃ (1) et in Berytio filii III 175 (2).* Erucius Clarus *t. 1,* C. Eruccius Clarus *(traditur* CIAPI *pro* CLARI) *t. 2; in consulatu* C. Erucius Clarus *XI 619, praeterea* Clarus. Consul ordinarius a. 170 cum M. Cornelio Cethego *fasti.* Legatus pro pr. provinciae Iudaeae imp. M. Aurelii Antonini *(fortasse anno 170, cum in titulo appelletur* ὕπατος, *non* ὑπατικός) *t. 1.* Uxor: Pomponia Triaria *ib.* Filii: Pomponius Erucius Triarius *t. 2;* item ut videtur C. Iulius Erucius Clarus.

68 M. Erucius Clarus *(praenomen innotuit ex t. VIII 170 = VIII S. 11451, modo recte suppletus sit),* pater eius qui sequitur, causarum patronus 'vir sanctus, antiquus, disertus' *Plin. ep. 2, 9, 4.* Aut hic aut filius Erucius ad quem scripsit *Plin. ep. 1, 16.*

Digitized by Google

69 SEX. ERVCIVS CLARVS. Sextus Erucius *Plin. ep. 2, 9, 1*, Erucius Clarus *reliqui scriptores*, [Sex. Eru]ciu[s] M. f. Clarus *VIII 270 = VIII S. 11451 (modo recte suppletus sit); in consulatu* Sex. Erucius Clarus *VI 678. 1008*, Erucius Clarus *IX 1617, vit. Sever. 1, 3, praeterea* Clarus.

259 FLAVIVS VALERIANVS clarissimus iuvenis *fistula plumbea Romae rep., bull. communale 1886 p. 103 n. 1154.*

260 F(LAVIVS) VAL(ERIVS) THEOPOMPVS (THEOPONP- *lapis*) ROMANVS clarissimus puer, patricius natus, quaestor candidatus designatus *VI 6993.*

261 . . . FL(AVIVS) VEDIVS ANTONINVS, clarissimus vir *fistula aquaria Romae rep., ap. Lancianium syll. aq. n. 77a (vidit Henzen). Cf.* Vedius Antoninus, *item* M. Cl. P. Vedius Antoninus Phaedrus Sabinianus *(titulus Ephesius, Herm. 7 p, 32).*

262 (FLAVIVS) VESPASIANVS: ita, abolito nomine priore, appellatus alter e Flavii Clementis filiis, quos Domitianus successores sibi destinavit *Suet. Dom. 15.* Quintilianus praeceptor eius *Quint. inst. or. 4 prooem. Nummum Smyrnaeorum cum capite iuvenili et inscriptione* Οὐεσπασιανὸς νεώτερος *(Eckhel 6, 402; Cohen I² p. 339) ad hunc pertinere coniecit Eckhel (l. c.) sed dubitans.*

263 T. FLAVIVS VESPASIANVS = IMP. CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS. Natus a. p. Chr. 9 *Suet. Vesp. 2 cf. Dio 66, 17,* d. 17 Nov. *Suet. l. c., Philocalus CIL. I p. 354. 356.,* in Sabinis ultra Reate, vico cui nomen Falacrine *Suet. l. c. cf. Sil. Ital. 3, 594 seq.,* patre Flavio Sabino, matre Vespasia Polla *Suet. 1.* Compulsus a matre latum clavum sumpsit *Suet. 2.* Tribunus militum in Thracia *ib.* Quaestor Cretae et Cyrenarum *ib.* Aedilis a. 38 *Dio 59, 12; Suet. 2. 5.* Praetor a. 40 *Suet. 2;* infensus senatui foede Gaio adulatur *ib.* Uxorem ducit Flaviam Domitillam *Suet. 3,* ex qua liberos tulit Titum a. 39, Domitianum a. 51, Flaviam Domitillam. Defuncta uxore Caenidem Antoniae Augustae libertam, dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium, habuitque etiam imperator paene iustae uxoris loco *Suet. Vesp. 3, Dom. 12; Dio 66, 14.* Huius defunctae loco complures concubinas habuit *Suet. Vesp. 21.* — Sub Claudio Narcissi gratia missus in Germaniam legatus legionis secundae Augustae, cum qua mox in Britanniam transiit *Suet. 4 cf. Tac. hist. 3, 44, Iosephus bell. 3, 1, 2.*

Digitized by Google

Fortiter facta eius in Britannia A. Plautii ipsiusque Claudii ductu *Suet. l. c., Dio 60, 20. 30, cf. Iosephus l. c., Tac. Agr. 13, Valerius Max. Argon. 1, 7, Sil. Ital. 3, 597.* Triumphalia ornamenta accipit et duplex sacerdotium *Suet. l. c.* Consul suff. mense Nov. Dec. a. 51 *Suet. ib. et Dom. 1. 17.* — Arbiter electus a Licinio Crasso Scriboniano et L. Calpurnio Pisone Liciniano, filiis M. Licinii Crassi consulis a. 27, ad nescio quos fines regendos *VI 1268.* — Proconsul Africae *Suet. 4, Tac. h. 2, 97, Sil. Ital. 3, 599.* Inter comites Neronis peregrinationo Achaica (a. 66) *Suet. 4, Iosephus bell. 3, 1, 3,* spectaculi incuriosus gravissimam contraxit offensam *Suet. l. c.;* a Phoebo Neronis liberto increpitus est *Dio 66, 11 (id Romae a. 65 factum esse narrat Tac. a. 16, 5, simile quiddam Suet. 14).* Cum extrema motueret, missus est in Iudaeam legatus pro praetore *Suet. l. c., Iosephus bell. 3, 1, 3; Tac. h. 5, 10.* Res ab eo gestae in Iudaea per duas aestates *Iosephus bell. 3, 6 seq.* Imperator appellatus d. 1 Iul. 69 Alexandriae a Ti. Alexandro *Tac. h. 2, 79, Suet. 6,* praesens a Iudaico exercitu d. 3. Iul. *(sic Tac.;* V idus *pro* V nonas Iul. *Suet.) ib.* Alexandriam proficiscitur *Iosephus bell. praef. 9; 4, 11, 5. Suet. Vesp. 7, Tac. h. 2, 82; 3, 48; 4, 81, Dio 66, 8, Orosius 7, 9, 3 cf. Philostratus vit. Apoll. 5, 27.* Brundisium navigat *Dio 66, 9,* Romam ingreditur *Iosephus bell. 7, 4, 1.* Triumphat cum filio *Ioseph. bell. 7, 5, 4 seq.; Suet. Vesp. 8; Eutrop. 7, 20,* quamvis senatus utrique suum triumphum decrevisset *Ios. bell. 7, 5, 3,* Domitiano consule, id est mense Aprili vel Maio vel Iunio 71 *Zon. 11, 17.* Consulatus octo vetori addidit *Suet. 8;* consul II a. 70 cum Tito filio, III a. 71 cum M. Cocceio Nerva, IIII a. 72 cum Tito II, V a. 74 cum Tito III, VI a. 75 cum Tito IIII, VII a. 76 cum Tito V, VIII a. 77 cum Tito VI, IX a. 79 cum Tito VII *fasti.* Suscepit et censuram *Suet. l. c.,* ante kal. Iulias a. 73 *VI 1238 cf. Plin. h. n. 3, 66; 7, 162* (censor designatus *II S. 5217, XI 3605*); lustrum condidit a. 74 *Censorinus de die nat. 18.* — Defunctus d. 24 Iun. 79 *Suet. Vesp. 24, cf. Dio 66, 17, Eutrop. 7, 20. — Subieci stemma domus Flaviae imperatoriae:*



264 T. FLAVIVS VESPASIANVS = IMP. T. VESPASIANVS AVGVSTVS filius eius qui praecedit et Flaviae Domitillae. Natus d. 30 Dec. *Suet. Tit. 2, Philocalus CIL. I p. 356,* a. p. Chr. 39, natus scilicet annos XXXIX menses V dies XXV, cum patri succederet (d. 24 Iun. a. 79) *Dio 66, 18,* defunctus anno 81 altero et quadragesimo aetatis anno *Suet. Tit. 11; erravit igitur Suetonius c. 2 cum scripsit eum natum anno insigni Gaiana nece, cf. Tillemont Tit. not. 1; O. A. Hoffmann de temporibus Titi imperatoris recte definiendis (diss. Argent. 1883) p. 1. 2.* Educatus cum Britannico *Suet. Tit. 2.* Eximiae dotes eius *ib. c. 3 (inde Eutrop. 7, 21); actiones et carmina eius memorat etiam Plin. h. n. praef. 5. 2, 89.* Tribunus militum in Germania *ib. c. 4 cf. Tac. h. 2, 77,* et in Britannia *Suet. l. c.* (In Britannia patrem ab hostibus circumventum servat *Dio 60, 30, ubi error videtur subesse*). Foro operam dedit 'honestam magis quam assiduam' *Suet. c. 4.* Uxorem ducit Arrecinam Tertullam *ib.,* et ea defuncta Marciam Furnillam, cum qua, sublata filia Iulia, divortium fecit *ib.* Quaestor *ib.* Legatus legionis in Iudaea sub patre *ib.* Iussu patris quintam et decimam legiones Alexandria in Iudaeam ducit *Iosephus bell. 3, 1, 3; 3, 4, 2.* Fortiter facta eius in Iudaea *3, 7, 31; 3, 10, 1 seq.; 4, 1, 10 alibi; Suet. l. c.* Missus ad Galbam ad gratulandum *Iosephus 4, 9, 2, Tac. h. 1, 10; 2, 1, Suet. 5,* cum Corinthi audisset Galbam interfectum, revertitur *Iosephus l. c., Tac. h. 2, 1–4, Suet. l. c., Zonaras 11, 16.* Consiliorum inter Vespasianum et Mucianum nuntius *Tac. h. 2, 79 cf. Iosephus 4, 1, 5.* Patrem imperatorem factum comitatur Alexandriam *Iosephus bell. praef. 10; 4, 11, 5; 5, 1, 1.* Cura belli Iudaici ei commissa *Tac. h. 2, 82; 4, 51; Dio 66, 4; Suet. Tit. 5.* A. 70 Hierosolyma obsidet *Iosephus 5, 1, 6 seq.; Tac. h. 5, 1 seq.,* et expugnat, partim die 10. 11 Loi mensis *Iosephus bell. 6, 4, 5–6; 6, 1, id est ut videtur d. 10. 11 Aug.,* imperator a militibus acclamatus *ib. 6, 6, 1 cf. Suet. Tit. 5,* partim d. 7. 8 mensis Gorpiaei *Iosephus bell. 6, 7, 4. 5, id est ut videtur d. 6. 7 mensis Septembris (cf. O. A. Hoffmann de temporibus Titi imperatoris p. 4. 24).* Romam reversus triumphat cum patre *Ioseph. 7, 5, 4 seq., Suet. Tit. 6,* mense Apr. vel Mai. vel Iun. a. 71 *(cf. sub patre).* Praefectus praetorio *Plin. h. n. praef. 3, Suet. Tit. 6, Vict. Caes. 9, 10, epit. 10, 4.* Collega patris in septem consulatibus *Suet. 6,* scilicet consul ordinarius a. 70, II a. 72, III a. 74, IIII a. 75, V a. 76, VI a. 77, VII a. 79 *fasti.* Censuram suscepit una cum patre *Suet. l. c.,* ante kal. Iulias a. 73 *t. Sestinas Bull. dell' Inst. 1856 p. 141,* lustrum condidit a. 74 *(cf. sub patre).* Defuncto patre Augustus appellatus d. 24 Iun. 79 *(cf. sub patre).* Consul octavum cum Domitiano septimum a. 80 *fasti.* Defunctus d. 13 Sept. a. 81 *Suet. Tit. 11 cf. Dio 66, 26; Eutrop. 7, 22, 1.*

265 T. Flav(ius) Victor agens vices legati *(sic Mommsen qui coniecit litteras a. v. l. contignatas fuisse in lapide, cum in apographo sit con-*

*tignatio nescio quarum litterarum)* et (p. *traditur*) legionis secundae Adiutricis *t. Aquincensis III 3426 semel descriptus.*

266 T. FL(AVIVS) VICTORINVS PHILIPPIANVS clarissimus iuvenis, tribunus militum legionis V Macedonicae; filius T. Flavii Secundi Philippiani *tit. Lugdunensis, Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 128.*

267 Fl[avius] V[i]talinus, epistrategus Thebaidis (ann. inc.) *CIG. 4753 (add. p. 1205).*

268 M. FL(AVIVS) VITELLIVS SELEVCVS Commodo statuam posuit Romae *Bull. comunale 1884 p. 7. Aut idem qui sequitur, aut pater eius.* — Vitellius consul cum Severo (anno ut videtur 189) *vita Getae 3, 1, fortasse idem.*

269 M. FL(AVIVS) VITELLIVS SELEVCVS (*sic Dio ind. l. 79, quamquam pro* Φλ. Βιτελλ. *in codice legerint* ΦΑΒΙΤΕΛΑ.; M. Vitellius Seleucus *dipl. mil. a. 221, Eph. 2 p. 465,* Οὐ[ιτέλ]λιος Σέλευκος *t. Laodicensis Lebas-Waddington 3 1839 expl. p. 437; praeterea* Seleucus), consul ordinarius a. 221 cum C. Vettio Grato Sabiniano *fasti.*

270 FL(AVIVS) VLPIANVS legatus Moesiae inferioris sub finem regni Severi, cum etiam Geta dictus esset Augustus, id est inter annos 209 et 211 *nummi Marcianopolitarum (Mionnet I, 358, 32, S. 73, 109—74, 114; 77, 132–134; 80, 149–151; 86, 189–191; Brit. Mus. p. 28, 5; 29, 11; 31, 25 seq.; Mus. Berol. p. 31, 25. 26; p. 59, 16. 17; p. 60, 20; Revue num. 1883 p. 376, 6) et Nicopolitanorum (Mionnet S. II, 123, 391—124, 395; 139, 481–483. 485—140, 489; 145, 520—146, 525; Brit. Mus. p. 45, 32; 46, 38; Mus. Berol. p. 81, 46. 47; Leake num. hell. Europa p. 78), Severi caput, vel Caracallae, vel Getae Augusti, alii Caracallae et Getae capita coniuncta, nonnulli (Mionnet S. I p. 77, 132–134) Caracallae et Domnae capita praeferentes. (Male Elagabali caput dicitur esse ap. Mionnet S. II 175, 686).*

271 FL(AVIVS) VLP(IVS) A . . . . IVS legatus propraetore Thraciae saec. ut videtur p. C. III *titulus Thracicus bull. de corr. hell. 6 p. 183 n. 5.*

272 T. FL(AVIVS) VMBRIVS ANTISTIVS SATVRNINVS FORTVNATIANVS *signo* Hydatius, clarissimus vir *titulus Hadrumetinus VIII 61.*

273 Flavius Ursus. Eum consolatur Statius de amissione pueri delicati *Statius silv. 2, 6 cf. prooem. libri 2.* 'Iuvenis candidissimus et sine iactura desidiae doctissimus' *prooem. Filium fuisse Ursi consulis sub Domitiano (Dio 67, 3. 4) coniecerunt nonnulli.*

274 FLAVIA. *Tituli arcae Histoniensis, in qua cum marito condita est, IX 2846 (1) spectans ad ipsam, 2845 (2) spectans ad maritum. Titulus urbanus libertorum et familiae eius et mariti VI 1484 (3).* Filia C. Consi *t. 1. 2 (praenomen patris dat t. 3)* et Sinniae *t. 1,* Scapulae et Sinniae neptis *t. 1 cf. 2,* Barbi et Dirutiae proneptis *t. 1 cf. 2.* Consobrina eademque uxor P. Paquii Scaevae *t. 1. 2 cf. t. 3. Cf. stemma propositum sub P. Paquio Scaeva.*

Digitized by Google

275 FLAVIA ALEXANDRIA (Flab- *titulus*) clarissima fomina *titulus uni Sirmondo visus VI 1420.*

276 FL(AVIA) DEMETRIA FLACCILLA ὑπατική *t. Teius CIG. 3104.*

277 Flavia Domitilla Statilii Capellae equitis Romani Sabratensis delicata, Latinae condicionis; mox ingenua et civis Romana recuperatorio iudicio pronuntiata, patre asserente Flavio Liberali Ferentini genito, scriba quaestorio; postremo uxor Vespasiani, cui peperit Titum et Domitianum et Domitillam; obiit marito adhuc privato *Suet. Vesp. 3, cf. Vict. ep. 10, 1; 11, 1. Vespasiano imperante nondum Augustae positus ei tit. X 1419.* — Diva Domitilla Aug. *nummi apud Eckhel. 6 p. 345, Cohen I² p. 426;* sacerdos divae Domitillae, mulier, Patavii *V 2829; consecrata igitur, fortasse sub Tito demum. (Nummus Alexandrinus inscriptus* Φλαούια Δομιτίλλα *ap. Eckhel 6 p. 349, nullius fidei videtur esse).*

278 FLAVIA DOMITILLA Vespasiani et Domitillae filia, mortua patre adhuc privato *Suet. Vesp. 3.* Soror Domitiani *Quintil. inst. 4 proœm. 2 qui nomen non ponit; similiter nomine non posito memoratur apud Statium silv. 1, 1, 89.* 'Memoriae Domitillae s. p. q. R.' *nummi cusi sub Tito, ap. Eckhel 6 p. 346 = Cohen I² p. 427. 428, ad hanc recte ut videtur ab Eckhelio relati.*

279 FLAVIA DOMITILLA συγγενὴς Domitiani *Dio 67, 14,* [divi] Vespasiani neptis *VI 8942 cf. 948, nata igitur ex Flavia Domitilla Vespasiani filia; id ipsum nisi fallor,* ἐξ ἀδελφῆς αὐτοῦ *(Domitiani) natam Domitillam, rettulerat auctor is (non christianus, ut ait Eusebius hist. eccl.,* Βρέττιος *teste Syncello) a quo pendet Eusebius hist. eccl. 3, 18 et in chronico (vers. Arm. ad a. Abr. 2110, Hieronymus ad a. 2112, cf. Syncellus p. 650, 16), sed Eusebius errore* αὐτοῦ *accepit de Flavio Clemente, cuius nomen paullo ante positum fuisse putandum est, ita ut non coniugem eius sed sororis eius filiam putaret Domitillam* (Flavii Clementis ἐξαδελφὴ *Sync.,* ex sorore neptis *Hieron.); ceterum certe in historia ecclesiastica Eusebii verum relatum fuisse videtur indicare interpres eius Rufinus, hic enim ab eo (Domitiano) Flaviam Domitillam sororis filiam, Flavii Clementis unius tunc e consulibus viri [uxorem?] poena adfectam esse narrat. (Errorem Eusebii sive codicum eius et alii defenderunt et nuper Rossius bull. crist. 1875 p. 72 seq.; scilicet duas Domitillas fuisse, alteram de qua verba facit Dio, neptem Vespasiani, alteram, de qua Eusebius, sororis Flavii Clementis filiam). Pater ignotus; Flavium et ipsum fuisse non certum est, nam Domitilla potest Flaviae nomen traxisse ab avo materno.* Nupta Flavio Clementi patrueli Domitiani *Dio 67, 14. De liberis eius cf. sub Flavio Clemente.* A. 95 una cum marito impietatis (ἀθεότητος) accusata, utpote Iudaicae (vel potius Christianae) sectae dedita, et in Pandateriam insulam relegata *Dio l. c. (ubi Pandateria videtur errore posita esse pro Pontia);* anno Domitiani decimo quinto

(95/6) propter Christi testimonium in insulam Pontiam relegata *Euseb. l. c.* Exilium Flaviae Domitillae in insula Pontia memorat etiam *Hieronymus ep. 108, 7 (I p. 689 Vall.).* Domitillae procurator Stephanus in Domitianum coniuravit *Suet. Dom. 17. Huius ut videtur Domitillae servus* Folix Flaviaes Domitil. *later urbanus XV 1139.* Ex indulgentia Flaviae Domitillae, scilicet in praediis eius, sepulcrum sibi et suis fecit P. Calvisius Philotas *VI 16246 titulus repertus prope Romam ad viam Ardeatinam in fundo dicto Tor Marancia, unde coemeteriis christianorum eo loco sitis Domitillae nomen fuisse putant, cf. de Rossi Roma sott. I p. 267. Falsi sunt tituli Domitillam memorantes IX 412* et 412* add. (p. 49*). — Aliam Domitillam, virginem, modo neptem Domitiani, modo neptem Plautillae sororis Clementis dictam, in Pontianam insulam relegatam, deinde Tarracinam perductam ibique morte adfectam narratur in actis sanctorum Nerei Achillis et Domitillae, act. sanct. Mai. t. 3 p. 6–13; horum actorum narrationem tueri conatur Rossius bull. crist. 1865 p. 20.*

— AELIA FLAVIA DRVSIANA.

280 FLAVIA FLAVIANILLA clarissima puella, filia Raniae Flaviae Iulianae Optatae *t. Carthaginiensis VIII S. 12545. Cf. stemma propositum sub Flavia Optata.*

— IVLIA FLAVIA HERENNIA CAECILIA HONORATIANA OPTATA.

281 (FLAVIA) IVLIA *(gentilicium nusquam ponitur; Iuliam Sabinam dictam fuisse olim multi crediderunt inducti fraude Goltzii, cf. Eckhel 6 p. 365),* T. Flavii Vespasiani iunioris et Marciae Furnillae filia *Suet. Tit. 4,* nata eo die quo postea Titus Hierosolyma cepit *Suet. 5 (significatur fortasse dies 11 Aug., cf. sub patre),* anno incerto. Domitianus nuptias cum eo facere recusat *Suet. Dom. 22,* nuptam T. Flavio Sabino *Philostratus vit. Apoll. 7, 7,* ultro corrumpit *Suet. l. c.* — Augusta *nummi cusi sub Tito (dicta igitur ita a patre) et Domitiano, ap. Eckhel 6 p. 365/6; act. Arv. 3 Ian. 81 1 Oct. 81, item a. 87; tituli V 4313 IX 2588 cf. X 1632.* Orbata patre et viro palam dilecta a Domitiano *Suet. Domit. 22* (occiso Sabino nuptias cum ea facit Domitianus *Philostratus l. c.; schol. Iuvenal. 2, 29)*; idem causa mortis ei extitit, coactae conceptum a se abigere *Suet. l. c.; Plin. ep. 4, 11, 6; cf. Iuvenal. 2, 32.* — Diva Iulia Augusta *nummi cusi partim Domitiano consule decimum quintum id est a. 90 vel 91, partim eodem consule decimum sextum id est a. 92 vel 93 vel 94; mortua igitur et consecrata ante finem anni 91; cf. Martialis 6, 3, 6; 6, 13; 9, 1, 7.* Sacerd. flam(inica) divae Iuliae Piae Augustae *IX 1153.*

— AVRELIA FLAVIA IVLIANA.

282 FL(AVIA) MAMILIA, virgo Vestalis maxima a. 242 *VI 2133.*

283 FL(AVIA) NERATIA SEPTIM(IA) OCTAVILLA, clarissima puella *(pro C·Ꟊ traditur CQ vel CF, correxit Henzen),* filia L. Flavii Septimii Apri Octaviani *VI 1415.*

284 FLAVIA OPTATA clarissima femina, filia Raniae Flaviae Iulianae Optatae *t. Carthaginiensis VIII S. 12515. Eadem puto Iulia Flavia Herennia Caecilia Honoratiana Optata, filia Flavii Pollionis Flaviani VIII S. 11536. Inde sequitur hoc stemma:*

Fl. Pollio Flavianus ‿ Rania Flavia Iuliana Optata

| | | |
|---|---|---|
| Flavius Flavianus | Flavia Optata (*eadem* Iulia Flavia Herennia Caecilia Honoratiana Optata). | Flavia Flavianilla |

*L. Ranius Optatus Acontianus (VI 1507; XII 3170) et Q. Ranius Terentius Honoratianus (Mur. 517, 4) quomodo cum Rania Iuliana Optata et Flavia Honoratiana Optata parentela iunctae fuerint, non liquet.*

284ª Fl(avia) Pollitta, uxor Manilii cuiusdam, CX matronarum, quae ludis saecularibus anni 204 Iunoni sacrificaverunt, prima *eph. ep. 8 p. 287.*

285 FL(AVIA) PRISCA clarissima femina *t. Dalmaticus III S. 8350.*

286 FLAVIA PVBLICIA, L. f. *(patris nomen dant tituli Notizie p. 450. 451),* virgo Vestalis maxima *tituli ei positi in urbe VI 2134. 2135, Notizie degli scavi 1883 p. 450—452, tabella ahenea VI 2147;* a. 247 *VI 2134, Notizie p. 450,* a. 257 *Notizie p. 452.*

287 FLAVIA SABINA, T. [f.], Caesennii Pacti uxor *titulus agri Praenestini XIV 2830. Affinem fuisse domus Flaviae nomina ostendunt.* — Hygia Flaviae Sabinae opstetrix *VI 6647, fortasse huius.*

288 Flavia Seia Isaurica *(sic n. 1422, alibi* Seia *vel* Saeia Isaurica *vel* Seia Isauric. *vel* Seia Isaur. *vel* Sei. Isaur. *vel* Sei. Isau. *vel* Se. Is. *vel* Isaur.) *tegulae urbanae aetatis Hadriani XV 11. 12. 49. 50. 207 (a. 134). 208. 421. 652. 674 (a. 134). 1418 (a. 123). 1420 (a. 124). 1421 (a. 141). 1422—1425. 'Mulier certe nobilissima, sed aliunde ignota, propter cognomen Isauricae quodammodo pertinere videtur ad Plotiam Isauricam; praeterea cum Flavio Apro affinitate coniuncta videtur fuisse' Dressel l. c. p. 15.*

288ª Flavia Speranda coniunx Onesiphori cuiusdam *t. repertus in coemeterio Domitillae, editus a Rossio bull. crist. 1881 p. 67, qui Flaviam Sperandam senatorii ordinis fuisse sibi persuasit propter litteras* C. F. *collocatas post Onesiphori nomen; sed videtur eas litteras rectius interpretatus esse Hirschfeldius (ap. Friedlaenderum Sittengesch. I⁶ p. 506 not. 7): cum filiis.*

289 FL(AVIA) STATIANILLA, clarissimae memoriae femina, avia L. Servaci Amici Potentiani viri clarissimi *VIII 236 = VIII S. 11335, item ut puto avia Servaeae Novellae Rufinae Potitianae et Servaeae Flaviae Statianillae Valerianae, VIII S. 11336. 11337.*

— SERV[A]EA F[L(AVIA)] STATIANILLA VALERIANA.

290 Flavia Tertulla, T. f., uxor L. [F]l[avi](?) Honorati proc. et praef. provinciae Sardiniae X *7859.*

291 FLAVIA TITIANA Flavii Sulpiciani filia, Pertinacis uxor, a senatu Augusta appellata, id quod maritus non recepit *Dio 73, 3 (qui nomen Titianae non ponit); vit. Pert. 5, 4. 6, 9. 13, 7.* Augusta *titulus Mediomatrici rep. Orell. 895, item nummi quidam Graeci ap. Eckhel 7 p. 147, Cohen² 3 p. 397 (ex parte licet suspecti, cf. Sallet alex. Kaisermünzen p. 43; Alexandrinum tuetur Stüve Zeitschr. f. Num. 13, 1885 p. 245); scilicet in provinciis modestiam imperatoris vel nescierunt vel non curarunt.* — De moribus eius *vit. Pert. 13, 8.*

292 FLAVIA VENVSTA, T. f., Tusconii alicuius consulis vel consulis filii, fortasse L. Ragonii Tuscenii Quintiani, aut coniunx aut affinis *VI 1506.*

293 [F]L(AVIA) VITELLIA SEL[E]VCIANA clarissima femina *tubus plumbeus Viterbii rep. XI 3016 (traditur* L *pro* FL, *deinde* SELFVCIANA). *Filia fortasse M. Flavii Vitellii Seleuci (F. 269).*

— TERENTIA FLAVOLA.

294 FLAVONIA MENODORA, C. Novii Prisci consulis uxor, C. Novii Rustici Venuleii Aproniani mater *tituli Antiochiae Pisidiae III S. 6815. 6816.*

295 Flavus, Cheruscus, frater Arminii, stipendia facit apud Romanos, militaribus donis donatus *Tac. ann. 2, 9. 10.* A. 16 in exercitu Germanici cum fratre conloquitur *ib.* Filius eius Italicus *ib. 11, 16. 17.*

296 Flavus, unus ex ducibus Gallorum pro Vindice bellantium *Tac. hist. 2. 94.*

297 Flavus, amicus Martialis, in Hispaniam proficiscitur a. 98 *Martial. 10, 104.*

— Alfius Flavus.

— M. CAELIVS FLAVVS PROCVLVS.

— Sergius Flavus.

— Subrius Flavus.

— Sulpicius Flavus.

— Verginius Flavus.

298 Flora, meretrix vel certe mulier impudica *Iuvenal. 2, 49.*

— Q. Septimius Florens Tertullianus.

299 Florentinus, auctor iuris, Ulpiani et Pauli ut videtur aequalis; eius institutiones adhibitae in Digestis. *Cf. Hommel palingenesia I p. 175 seq.; Lenel palingenesia I p. 172 seq.*

300 ... INIVS SEXTVS FLORENTINVS, L. f., Pal., triumvir auro argento (aere) flando (feriundo), tribunus militum legionis primae Minerviae, quaestor provinciae Achaiae, tribunus plebis *(praeturae mentio desideratur)*, legatus legionis nonae Hispanae, proconsul provinciae Narbonensis *(lectio non certa)*, legatus pro pr. provinciae (Arabiae) *(in lapide non videtur fuisse Arabiae vocabulum) III 87 p. 968 titulus Petrae ter descriptus, nec tamen ita ut de lectione semper constet. Videtur*

*Florentinus vixisse non post Hadrianum, cum huius temporibus legio nona Hispana esse desierit, cf. Rohden de Palaestina et Arabia p. 49. — Vix hic Florentinus, qui domum se aedificasse gloriatur Canathae in Batanaea, Waddington 2349 = Kaibel epigr. Gr. 1057 (quod coniecerat Waddington l. c.).*

— M. Marius Florentinus.

— Aelius Florianus.

— IMP. CAESAR M. ANNIVS FLORIANVS AVG.

— M. CAECILIVS FVSCIANVS CREP[E]REIANVS F[L]OR[I]ANVS.

— Public(i)us Florianus.

301 T. FLORID(IVS) NATALIS legatus legionis in Britannia *VII 222.*

302 . . . FLORVS unus ex patronis ordinis senatorii collegii alicuius Ostiensis (temporibus Antonini Pii) *XIV 249.*

303 Florus, auditor Porcii Latronis *Seneca contr. 9, 2, 23.*

304 Florus medicus Antoniam Drusi matrem curat *Galenus XII p. 768 Kuehn.*

— P. Annius Florus.

— L. AQVILLIVS FLORVS.

— L. AQVILLIVS FLORVS TVRCIANVS GALLVS.

— Caelius Florus.

— DOMITIVS FLORVS.

— Gessius Florus.

— Iulius Florus.

— L. MESTRIVS FLORVS.

— Sulpicius Florus.

305 Fontanus, scriptor carminum ut videtur bucolicorum *Ovid. ex P. 4, 16, 35.*

306 . . FONTEIVS Q. f, quaestor (provinciae Africae puto) *tit. urbanus, scriptus vel Augusti temporibus vel etiam antea, bull. comun. 1882 p. 160 n. 559.*

307 Fonteius (*codd. plerumque* Φωντήιος, *raro* Φρωντήιος *vel* Φρόντηιος) auctor adhibitus a Io. Lydo *de mag. prooem. 2, 12; 3, 42 p. 119. 177. 235 Becker, de ostent. 3 p. 276 Beck. = p. 6 Wachsm.*; liber eius περὶ ἀγαλμάτων *Lydus de mens. 4 p. 51 Becker*; βροντοσκοπία ἐκ τῶν Φοντηίου τοῦ Ῥωμαίου καθ' ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν *Lydus de ostent. p. 332 Becker = p. 84 Wachsm. Videtur vixisse aetate labente, III vel IV p. C. saec.; cf. Wachsmuth praef. p. XXI. XXXII.*

308 FONTEIVS AGRIPPA, accusator Drusi Libonis *Tac. ann. 2, 30.* Filiam in locum virginis Vestalis defunctae offert *ib. c. 86.*

309 C. FONTEIVS AGRIPPA (C. Fonteius *tabula cerata Pompeiana*, Agrippa *Iordanes, praeterea* Fonteius Agrippa). Consul cum M. Valerio Messalla Corvino, mense Iunio vel Iulio a. 58 (suffectus in locum Neronis III) *tabula cerata Pompeiana ap. Petram p. 76 n. 122, cf. Mommsen Herm. 12 p. 129 (consulem hunc C. Fonteium non diversum esse*

*a Fonteio Agrippa proconsule Asiae non certum, sed probabile est).* Curator aquarum ab a. 66 ad a. 68 *Frontinus de aq. 102.* Proconsul Asiae a. 68 *Tac. hist. 3, 46; cf. t. Ephesius III 6083.* Moesiae praepositus a. 69 *Tac. l. c.; cf. Iordanes Get. 13, 76.* Cum Sarmatis pugnans occiditur *Iosephus bell. 7, 4, 3.*

310 FONTEIVS CAPITO consul ordinarius a. 67 cum L. Iulio Rufo *fasti* (Capito *vulgo; gentilicium periit in t. X 5405, neque alibi id positum invenimus; plane omissum nomen est in fastis VI 8639 = VI 6637, de qua re cf. infra). Hic fortasse* Fonteius quo consule natus Calvinus Iuvenalis amicus *Iuvenal. 13, 17 (ut statuit Borghesius opp. 5 p. 75).* — Legatus Germaniae inferioris, a. 68 Iulium Paulum falso rebellionis crimine interficit *Tac. h. 4, 13.* Sordes et avaritia eius *ib. 1, 52;* nihilominus militibus gratus *ib. 1, 58.* Galbam contemnit *Dio 64, 2 (si quidem hic Capito significatur).* Crimen ac mox insidiae ei struuntur a Iulio Burdone praefecto classis Germanicae *Tac. hist. 1, 58.* Novas res moliens interficitur a Cornelio Aquino et Fabio Valente legatis legionum *ib. 1, 7 cf. c. 8. 37; 3, 62; Plut. Galb. 15; Suet. Galb. 11,* patrante caedem Crispino centurione *Tac. hist. 1, 58. Hic exitus causa fuisse videtur, quod nomen eius omissum est ubi poni debuit, sub anno 67, in fastis scriptis non multo postea X 6637 (cf. Mommsen l. c.). — Filius fortasse eius qui sequitur, frater minor C. Fonteii Capitonis consulis a. 59.*

311 C. FONTEIVS CAPITO consul a. 12. *Nomen plenum fasti Cap., et alibi saepius.* C. f. *fast. Cap., Dio ind. lib. 56, filius ut videtur C. Fonteii Capitonis consulis suffecti a. u. c. 721,* C. n. *fast. Cap.* Consul a. p. C. 12 cum Germanico Caesare *fasti.* Consul nullo in numero habitus (πάνυ τὴν ἄλλως ἠριθμεῖτο) *Dio 56, 26.* Proconsul Asiae (a. p. C. 23/4?) *Tac. a. 4, 36.* Accusatus a Vibio Sereno a. 25, sed absolutus *ib.*

312 C. FONTEIVS CAPITO consul a. 59. *Nomen plene extat act. Arv. X 1504, item V 5607 (nam hic potius significatur quam consul anni 12),* C. Fonteius *Tac. ann. 14, 1,* Fonteius *Plin. h. n. 2, 180; alibi* Capito. *Filius ut videtur eius qui praecedit.* Consul ord. a. 59 cum C. Vipstano Aproniano *fasti.* — Aut huius aut patris liberti *VI 18523. (Fonteium Capitonem legatum Germaniae inferioris occisum a. 68 non hunc crediderim fuisse, sed consulem a. 67, propter omissionem nominis in fastis quibusdam, cf. super n. 310).*

313 D. FONTEIVS FRONTINIANVS L. STERTINIVS RVFINVS *(sic plene t. 2. 3. 5. 15)* legatus Numidiae *tituli Numidiae VIII 2353 (1). 2579 d (2). 2579 c (3). 2694 (4). 2738 (5). 2739 (6). 2740 (7). 4203 (8). 4204 (9). 4205 (10). 4206 = S. 18510 (11). 4232 (12). 4582 (13). 4589 (14). 4599 (15). 7046 (16). 8208 (17); VIII S. 18065 (18). 18509 (19). 18511 (20); Eph. ep. 7, 798 (21),* a. 160 *t. 8. 9. 19,* a. 162 *t. 14. 18.* Clarissimus vir *t. 1. 21.* Consul designatus *t. 2. 3. 5. 6. 11. 14. 18. 20,* a. 162 *t. 14. 18.* Consul *t. 7. 15, anno ut videtur 162 exeunte aut a. 163.* Consularis *t. 12.*

*Videtur igitur legatus fuisse ab a. 160 ad a. 163.* Patronus Verecundensium *t. 12*, Dianensium *t. 14. 15.* Uxor Numisia Celerina *t. 6. 12.*

314 Fonteius Magnus, Bithynus, accusator Vareni Rufi proconsulis *Plin. ep. 5, 20, 4; 7, 6, 2. 6; 7, 10.*

315 FONTEIVS PIVS laticlav[ius] *II 3776 fragmentum nescio qua fide descriptum.*

316 FONTEIA CELERINA clarissima femina *tit. Beneventanus IX 1581.*

317 FONTEIA FRONTINA, consularis (femina), C. Maesii Titiani uxor *titulus Thermitanus X 7348.*

318 C. FOR... *(sic Schmidt ad ectypum sed dubitans;* C. Fi....: *Wilmanns)*, C. f., senator, scribendo adest senatus consulto facto id. Oct. 138 *VIII 270 = VIII S. 11451.*

— T. FL(AVIVS) VMBRIVS ANTISTIVS SATVRNINVS FORTVNATIANVS.

— C. Iulius Fortunatianus.

— C. MEVIVS SILIVS CRESCENS FORTVNATIANVS.

319 Fortunatus Agrippae Iudaeorum regis libertus, a patrono missus ad Gaium cum epistula qua is Herodem tetrarcham criminabatur *Ioseph. ant. 18, 7, 2.*

320 Fortunatus L. (Antistii) Veteris (cos. 55) libertus, accusavit patronum a. 65 *Tac. a. 16, 10.*

321 Fortunatus: eius balnea memorat *Martialis 2, 14, 11.*

322 ... FO[R]TVNATVS VICTORINVS frater Arvalis a. 241 *act. Arv.*

— M. CENTVLLIVS FORTVNATVS.

— L. FABIVS FORTVNATVS.

— Q. OCTAVIVS FORTVNATVS ERVCIANVS STELLA STRATONIANVS.

— C. POMPVSIDIVS FABIVS FRATERNVS.

— C. PONTILIVS FREGELLANVS.

— ACILIA GAVINIA FRESTANA.

— FONTEIA FRONTINA.

— SALLVSTIA FRONTINA.

— SOSIA FRONTINA.

— AEMILIVS FRONTINIANVS.

— D. FONTEIVS FRONTINIANVS L. STERTINIVS RVFINVS.

323 Frontinus, cum ischiade laboraret, curatus a Galeno *Galenus* περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους *l. 10 c. 2 (XIII p. 339. 340 Kuehn).*

— AEMILIVS FRONTINVS.

— C. ARRIVS CALPVRNIVS FRONTINVS HONORATVS.

— TI. CLAVDIVS FRONTINVS.

— TI. CLAVDIVS FRONTINVS NICERATVS.

— TI. CLAVDIVS SAETHIDA CETHEGVS FRONTINVS.

— Iulius Frontinus.

— SEX. IVLIVS FRONTINVS.

— Q. VALERIVS LVPERCVS IVLIVS FRONTINVS.

324 FRONTO consul suff. a. inc. cum Candido *VI 15847.*

325 FRONTO ὁ κύριος ἡγεμών *t. Bostrensis, ap. Lebas-Waddington 1907. Videtur fuisse legatus Arabiae, et quidem primis temporibus provinciae, ut iudicat Waddington propter formam litterarum inscriptionis.*

326 FRONTO Apellae f., Apellae pater, senator ut videtur Romanus, A. Iulii Quadrati (cos. II a. 105) Pergameni aut affinis aut ex posteris *Aristides Or. X (I p. 116 cf. p. 114 Dindorf).*

327 .. [F]RONTO .... [con]sularis ... *t. mutilus musei Coloniensis, Brambach 420 h (fieri potest ut Fronto fuerit beneficiarius consularis, vel simile quid).*

328 ..... IVS FRONTO, aedilis curulis, Puteolanis opera publica de sua pecunia extruxit *X 1698. Fortasse Augusto antiquior.*

329 Fronto, ex amicis Titi, captis Hierosolymis iussus de captivis constituere *Ioseph. bell. 6, 9, 2. Idem fortasse Liternius Fronto, ib. 6, 4, 3.*

330 Fronto, 'clarum militiae togaeque decus'; ad eum datum *Martialis ep. 1, 55.*

331 Fronto, pater Martialis *v.* Valerius Fronto.

332 Fronto: in eius domo poetae recitabant *Iuvenalis 1, 12.*

333 Fronto poeta, scripsit fabulam Aristaei *schol. Bern. ad Verg. georg. 4, 283.*

334 Fronto stoicus *Martialis 14, 106.*

— ANTONIVS FRONTO SALVIANVS.

— M. AVFIDIVS FRONTO.

— C. CARISTANIVS FRONTO.

— TI. CATIVS CAESIVS FRONTO.

— M. CLAVDIVS FRONTO.

— M. CLAVDIVS FRONTO NEOCYDES.

— M. CORNELIVS FRONTO.

— M. Cosconius Fronto.

— M. HIRRIVS FR[ONT]O NERATIVS PANSA.

— Iulius Fronto.

— Liternius Fronto.

— Q. Marcius Turbo Fronto Publicius Severus.

— M. METILIVS AQVILLIVS REGVLVS NEPOS VOLVSIVS TORQVATVS FRONTO.

— SEX. OCTAVIVS FRONTO.

— Q. PACTVMEIVS FRONTO.

— Papirius Fronto.

— L. SERVILIVS DOMITIVS VALERIVS FRONTO LVCIANVS.

— M. TARQVITIVS CRISPVS FRONTO.

— Vibius Fronto.

— C. CALPVRNIVS PISO CRASSVS FRVGI LICINIANVS.

— C. CALPVRNIVS CRASSVS FRVGI LICINIANVS.

— CN. CALPVRNIVS PISO FRVGI.

— L. CALPVRNIVS PISO FRVGI.
— L. CALPVRNIVS PISO FRVGI LICINIANVS.
— TI. IVLIVS FRVGI.
— LIBO FRVGI.
— M. LICINIVS CRASSVS FRVGI.
— M. TITTIVS FRVGI.

335 M. FRVTICIVS M. f., praetor, aedilis, tribunus plebis *t. Veronensis V 3339. Videtur vixisse primis temporibus Augusti, cf. Mommsen Staatsr. I² p. 536 not. 2 = I³ p. 555 not. 1.*

336 P. FV..... PONTIANVS. *Praenomen exhibet solus nummus Nicopolitanorum in museo Gothano adservatus, inscriptus* ὑπ. Π. Φου. Ποντιανοῦ *editus a Mionnet S. II p. 158, 594 ex Sestinio, cuius lectionem confirmat ectypum musei Berolinensis (cf. catal. mus. Berol. I p. 81, 48), idemque videtur fuisse in nummo simili museo Berolinensis (catal. l. c.), ubi extat* ... Π. Φου. Ποντιανοῦ; *in aliis nummis Nicopolitanorum, ap. Mionnet S. II 165, 631–633 dicitur fuisse* ὑπ. Αἰ. Ποντιανοῦ *vel* ὑπὸ Αἰ.. Ποντ..., *in Marcianopolitano ap. Mionnet II S. 74, 115* ὑπ. Αὐρ. Ποντιανοῦ, *errore sine dubio; reliqui nummi omnes cognomen tantum exhibent.* Legatus Moesiae inferioris sub Macrino *nummi Marcianopolitanorum multi (Mionnet I p. 358, 34, S. II p. 87, 198 p. 88 seq. n. 202–221, Brit. Mus. p. 31 n. 27–38, Leake Europe suppl. p. 133, cat. mus. Berol. I p. 60 seq. n. 22–32), Nicopolitanorum pauci (Mionnet S. II p. 158, 594, p. 165, 631–633, cat. mus. Berol. I p. 81, 48) cum Macrini et Diadumeniani capitibus (Severi esse dicuntur nummi similes ap. Mionnet S. II p. 74, 115, p. 77, 136 male sine dubio).*

337 FVFICIVS CORNVTVS legatus propraetore Pannoniae superioris inter annos 138 et 146 *dipl. mil.*

338 Fuficulenus (Fusic- *pars codicum; nomen redit VI 18619. 18621. 18622 XIV 3772, alibi):* ei et Faventino debuit Saufeius, ut magna turba stiparetur *Martialis 2, 74, 7.*

339 Fufidius auctor iuris *Gaius inst. 2, 154; Dig. 34, 2, 5; 40, 2, 25; 42, 5, 29. Videtur scripsisse temporibus Claudii et Neronis, cf. Teuffel 298, 5.*
— C. NERATIVS FVFIDIVS ANNIANVS.
— C. CAERELLIVS FVFIDIVS ANNIVS RAVVS POLLITTIANVS.

340 C. Fufidius Atticus egregiae memoriae vir, pater eius qui sequitur *IX 2450.*

341 C. FVFIDIVS ATTICVS. *Tituli Saepinates IX 2450 (1). 2451 (2). 2452 (3). 2453 (4). Praenomen habet solus t. 1.* Filius C. Fufidii Attici egregiae memoriae viri *t. 1.* Clarissimus vir, quaestor designatus *t. 2. 3.* C. v. (v. c. *t. 1*), consul *t. 1. 4.* Uxor Neratia Marullina *t. 1.* Filii C. Neratius Fufidius Priscus, C. Neratius Fufidius Annianus, (hi duo certe geniti ante quaesturam patris), C. Neratius Fufidius Atticus *t. 2–4. Cf. stemma propositum a Mommseno CIL. IX p. 230.*

— C. NERATIVS FVFIDIVS ATTICVS.

342 L. FVFIDIVS POLLIO (Fufid. Pollio *tit. Ancyranus; in consulatu* L. Fufidius Pollio *VI 165. 360, t. Africanus Mélanges d'arch. et d'hist. 1892 p. 23,* L. Fufidius Polio *XIV 4148, alibi* Fufidius Pollio *vel* Pollio), consul ordinarius a. 166 cum Q. Servilio Pudente *fasti.* Legatus Gal(atiae) *titulus Ancyranus III S. 6759.*

— C. NERATIVS FVFIDIVS PRISCVS.

343 FVFIDIA POLLITTA, C. Caerellii Sabini legati sub Commodo legionis XIII Geminae uxor *tituli Apulenses III 1074. 1075. 1076.* Filia sine dubio L. Fufidii Pollionis cos. ord. a. 166, mater C. Caerellii Fufidii Annii Ravi Pollittiani *VI 1365–1367.*

344 FVFIVS GEMINVS, a. u. c. 719 a Caesare in Pannonia cum parte copiarum relictus *Dio 49, 38. Pater ut videtur eius qui sequitur.*

345 C. FVFIVS GEMINVS. *Titulus ab eo dicatus (si recte nomen mutilum suppletum est ab Henzeno) Concordiae VI 3675.* C. Fu[f]i[us] G[eminu]s *tit.,* Γάϊος Ῥοῦφος Γεμίνιος *Dio 58, 4 (corr. Nipperdey ad Tac. ann. 5, 2),* Fufius Geminus *Tac. a. 6, 10,* Fufius *Tac. a. 5, 2; in consulatu* C. Fufius Geminus *V 5832. VI 10293,* C. Fufius G...... *fast. Arv.,* C. Fufius *Cassiodor.,* Fufius Geminus *Tertullian. adversus Iudaeos 8,* Fufius *Tac. a. 5, 1;* Geminus *passim* (Rufinus Geminus, Rufus *hic illic, errore*). Filius ut videtur eius qui praecedit. Floret gratia Augustae, alliciendis feminarum animis aptus *Tac. ann. 5, 2.* Tribunus militum legionis [VIIII H]ispanae, quaestor pro praetore, tr[ibunus] pl[ebis], le[g. Au]g. pro pr., [prae]fectus frumenti d[andi], [praetor], proconsul *tit.* Concordiae votum solvit pro salute Tiberii *id.* Consul ordinarius a. 29 cum L. Rubellio Gemino *fasti.* Oblique perstringitur a Tiberio *Tac. l. c.* Maiestatis accusatus in senatu a. 30 vel 31 sua ipsius manu perit *Dio 58, 4,* mox subsecuta uxor eius Mutilia Prisca *ib.* Mater eius Vitia necata a. 32, quod filii necem flevisset *Tac. a. 6, 10.* — *Libertus eius* C. Fufius Gemini l. Politicus *IX 5744.*

346 C. FVFIVS IVNIVS TADIVS MEFITANVS *(sic VI 2060 v. 21,* C. Iunius Tadius Mefitanus *2056, 22. 2059, 5. 15. 38. 2060, 2,* C. Iunius Mefitanus *2056, 33. 2060, 13. 18. 29. 35. 41,* C. Tadius Mefitanus *2056, 14)* frater Arvalis a. 78. 80. 81, magister collegii a. 81 *act. Arv. (VI 2056. 2059. 2060).*

346[a] Fufius Pollio, maritus Helviae *VI 9361 (cf. sub Helvia).*

347 M. FVFIVS STRIGO, M. f., *(sic fasti Cap.;* M. Strigo *act. saec.)* magister quindecimvirum sacris faciundis a. 737 *fasti Cap. (CIL. I p. 442); act. lud. saec. (eph. ep. 8 p. 233 cf. p. 241).*

— L. FABIVS CILO SEPTIMINVS CATINIVS ACILIANVS LEPIDVS FVLCINIANVS.

347[a] C. FVLCINIVS FABIVS MAXIMVS OPTATVS clarissimus vir, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus provinciae Baeticae *titulus nuper in*

*Mauretania repertus (Revue critique 1893 p. 156). Filius fortasse C. Fulcinii Optati, VIII 9663.*

348 Fulcinius Priscus *(cognomen est Dig. 31, 49, 2)* auctor iuris *Dig. 24, 1, 29; 25, 1, 1, 3; 25, 2, 3, 4; 25, 2, 6; 31, 49, 2; 39, 6, 43. Cf. Lenel palingenesia iuris civilis p. 179, Teuffel 342, 10.*

349 L. (C.?) FVLCINIVS TRIO *(praenomen L. est in fastis Nolanis et Arvalium sub a. 31, C. in fastis Arv. sub a. 24, ubi fieri potest ut significatur frater Lucii, cf. infra).* Celebre inter accusatores Trionis ingenium iam a. 16, cum accusaret Libonem *Tac. a. 2, 28. 30.* Accusator Pisonis a. 20 *ib. 3, 10. 13.* 'Fulcinio suffragium ad honores pollicitus (Tiberius) monuit, ne facundiam violentia praecipitaret' *ib. c. 19.* Praetor peregrinus a. 24 *fast. Arv., fortasse diversus a consule a. 31, cum praenomen sit* C. Consul suffectus a. 31 ex kal. Iuliis *fasti Nolan., fasti Arv.* Altercatur cum P. Memmio Regulo collega *Tac. a. 5, 11 cf. 6, 4.* Ob amicitiam Seiani accusatus sua sponte obit *Tac. a. 6, 38, Dio 58, 25.*

350 Fullonius Saturninus librorum matheseos peritissimus conditor *Apollinaris Sidonius ep. 8, 11, 10, carm. 22 praef.*

351 Fulvianus amicus Frontonis, ad quem dedit epistulam *ad am. 1, 19 (p. 172 cf. p. 187 Nab.).* Idem fortasse qui iussu Veri imperatoris exemplaria litterarum a ducibus ad Verum scriptarum et picturas quasdam Frontoni dedit *Verus imp. ap. Frontonem ep. ad Verum 2, 3 (p. 131 Nab.), ubi dicitur* Sallustius noster, nunc Fulvianus, *deinde nude* Fulvianus.

— M. ANNAEVS MAXIMVS AQVILA FVLVIANVS.

— VAL(ERIVS) CRESCENS FVLV[I]ANVS.

352 FVLVIVS, a Pertinace Africae proconsule damnatus, a Didio Iuliano ut videtur Severi gratia in primis promotus (nescio ad quem honorem) *Dio exc. Val. p. 730 (ad 73, 17).*

353 FVLVIVS praefectus urbi sub Elagabalo, a. 222 a populo militibusque discerptus *Dio 79, 21. Eundem esse cum Fulvio Diogeniano coniecit Borghesi opp. 9 p. 356.*

354 Fulvius, amicus Augusti senis, cum eius culpa secretae voces Augusti ad Liviam perlatae essent, sibi ipse mortem conscivit una cum uxore *Plutarchus de garrulitate p. 508 A. Intellegitur sine dubio* Fabius Maximus *(F. 38), ubi vide.*

355 L. FVLVIVS ..... C. BRVTTIVS PRAESENS MIN ... VALERIVS MAXIMVS POMPEIVS L ..... VALENS CORNELIVS PROCVLVS ..... AQVILIVS VEIENTO *(sic X 408, nisi quod praenomen* C. *deest;* C. Bruttius Praesens *VI 7582 IX 4512; in consulatibus* C. Bruttius Praesens *V 7465 VI 10234,* C. Brittius Praesens *VI 1979,* .. Bruttius Praesens *VI 1984,* .. Brutt[i]us Praes[ens] *dipl. mil. anni 153, plerumque* Praesens, [Β]ρούττιος Λ[α]τειριανός *l. Amorginus bull. de corr. hell. 1891 p. 574 errore ut videtur). — Titulus Lucanus X 408 (1); memoratur in*

*titulis agri Sabini IX 4512 (2) et urbano VI 7582 (3).* C. f., tribu Pom. *t. 1.* Tribunus militum legionis tertiae Gallicae, [donis militaribus donatus?] ab Antonino Pio, quaestor Augusti, [tribunus plebis vel aedilis], praetor *t. 1.* Consul ordinarius anno 153 cum A. Iunio Rufino *fasti.* Sodalis Antonin[ianus item Verianus item?] Marcianus *t. 1.* Comes imperatorum M. Ant[onini et Commodi Augustorum] expeditionis Sarmaticae *t. 1.* Consul iterum *t. 1. 2. 3,* ordinarius a. 180 cum Sex. Quintilio Condiano *fasti.* Pater Crispinae Augustae, socer imperatoris Commodi *t. 1, cf. vit. Marci 27, 8.* Pater C. Bruttii Praesentis consulis *t. 2,* et L. Bruttii Quintii Crispini consulis *t. 3.*

356 L. FVLVIVS ABVRNIVS VALENS *(sic t. urbanus,* Aburnius Valens *Dig. 4, 4, 33; 32, 78, 6, praeterea* Valens; Sabernius Valens *Galenus vel codices Galeni). Titulus urbanus VI 1421.* C. f., tribu Popin. *(sic) t.* Equo publico, clarissimus iuvenis *t. (cf. Mommsen Staatsr. III p. 470 not. 4).* Praefectus urbi feriarum Latinarum a. 118, triumvir aere argento auro flando feriundo, quaestor Augusti, tribunus plebis designatus candidatus Augusti; pontifex *t.* Auctor iuris: eius libri fideicommissorum VII adhibiti in Digestis *Dig. ind. et alibi, cf. Lenel palingenesia iuris civilis II p. 1201 seq.,* item actionum eius liber septimus *Dig. 36, 4, 15 (nisi hoc loco cum Kruegero pro Valente legendum est* Venuleius). — Medicamentum Pompeii Sabini ei praeparatum *Galenus XIII p. 1021. 1027 ed. Kühn.*

357 FVLVIVS AEMILIANVS: ei rescripsit imp. Marcus de excusationibus a tutelis *fr. Vat. 189. 210. Videtur fuisse praetor tutelarius nec diversus a L. Fulvio Gavio Numisio Petronio Aemiliano.*

358 FVLVIVS AEMILIANVS *(sic VI 1872; Orell. 4075; Dig. 24, 1, 32, alibi* Aemilianus; Milianus *chronogr. a. 354,* Aelianus *Prosper)* consul ord. a. 206 cum M. Nummio Umbrio Primo Senecione Albino *fasti. Idem, iudice Borghesio opp. 4 p. 301, Barbius Fulvius Aemilianus quaestor, aedilis plebis, praetor (V 864).*

359 FVLVIVS AEMILIANVS *(sic tituli urbani VI 1447 et VI 863 p. 839,* ...lvius Aemilianus *dipl. a. 249, alibi* Aemilianus) consul ord. a. 244 cum Armenio Peregrino, consul II ord. a. 249 cum L. Naevio Aquilino *fasti.*

— BARBIVS FVLVIVS AEMILIANVS.

360 M. FVLVIVS APRONIANVS, promagister fratrum Arvalium a. 155 *act. Arv.*

361 Fulvius Asprianus, res gestas Carini scripsit *vita Carini 17.*

362 Fulvius Boius, dux Raetici limitis sub Valeriano *vit. Aureliani c. 13.*

362ᵃ L. Fulvius Castus (Kast- *lapis*) Ful[vianus?, procurator provinciae Africae tr]actus Carthaginiensis et Galliae Narbonensis *VIII 1578.*

363 FVLVIVS DIOGENIANVS, vir consularis; inepta vox eius in senatu a. 218 *Dio 78, 36. 37.*

364 FVLVIVS FAVSTINVS vir praetorius, maritus Naeviae Naevillae *VIII 7054–7056.*

365 FVLVIVS FVSCVS GRANIANVS quaestor Augustorum a. 204, quindecimvir sacris faciundis *acta saec. Severian. eph. ep. 8 p. 293.*

366 L. FVLVIVS GAVIVS N[VMISIVS] ..... AEMILIANVS. *Primi honores ignorantur.* Praetor candidatus, electus ab imp. Severo Alexandro ad [dilectum habendum?] per regionem Transpadanam, consul; pontifex, f[etialis] (*vel* f[rater Arvalis]) *titulus Campanus, positus a Lugdunensibus, dimidiatus X 3856. Diversus videtur a L. Fulvio Gavio Numisio Petronio Aemiliano praetore tutelario, fortasse filius eius.*

367 L. FVLVIVS GAVIVS NVMISIVS PETRONIVS AEMILIANVS. *Tituli: urbanus VI 1422 rep. ad viam Appiam positus ab uxore fortasse defuncti (1); Lugdunenses, Allmer et Dissard musée de Lyon p. 118 (2), p. 123 (3), p. 125 (4). Fistula plumbea, Lanciani syll. n. 234 (5). Nomen plenum exhibet t. 1, exhibebat t. 2 (extat. ...* [N]umisius Pe[tr]on. Aem[i]lianus); Fulvius Petronius Aemilianus *t. 5,* .. Fulvius Aemilianus *t. 4.* L. f. *t. 1.* Tribu Ouf. *t. 1.* C. v. *t. 3. 5.* Sevir turmae primae equitum Romanorum *t. 1 cf. t. 2.* Triumvir monetalis a. a. a. f. f. *t. 1.* Praefectus feriarum Latinarum *t. 1. 2.* Salius Collinus *t. 1. 2.* [Sodalis F]lavialis *t. 2 (om. t. 1).* Pontifex promagister *t. 1. Haec sacerdotia videtur obtinuisse ante quaesturam.* Quaestor candidatus Augustorum duorum *t. 1. 2.* Curator ..... *t. 2 (om. t. 1).* Praetor tutelarius candidatus Augustorum duorum *t. 1. 2. Propter praeturam tutelariam idem habendus est* Fulvius Aemilianus, *cui de excusationibus a tutelis rescripsit divus Marcus (fragm. Vat. 189. 210). Obtinuit igitur hos honores a divis fratribus. Ad consulatum num pervenerit, incertum.* Patronus (Lugdunensium?) *t. 2.* Uxor: Attia Cervidia Vestina *t. 1. 4.*

368 M. FVLVIVS GILLO. *Tituli: Sabinus IX 4776 (1); Ephesii, Journal of philology 7 (1877) p. 145 = Greek inscr. in the British museum III p. 162 (2);* Μουσεῖον τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς *3, 1878—80 p. 180 cf. Waddington bull. de corr. hell. 6, 1882 p. 286 (3).* M. f. *t. 1. Nescio num ex posteris Q. Fulvii Gillonis praetoris a. u. c. 554 (Liv. 31, 4, 4 c. 6, 2 cf. 30, 21, 12).* Consul *t. 1,* suffectus exeunte anno 76 cum Galeone Tettieno Petroniano *dipl. mil.* Proconsul Asiae *t. 2. 3 (circa a. 86, ut videtur). Libertus eius* M. Fulvius M. l. Leitus *IX 4794. Fundos videtur habuisse in ea parte agri Sabini, ubi extant t. 1 et titulus liberti supra citatus.*

369 Q. FVLVIVS GILLO BITTIVS PROCVLVS *(sic act. Arv. saepius,* Q. Bittius Proculus *act. Arv. a. 120,* Bittius Proculus *Plinii epistularum codex Mediceus, sed in editionibus ex Bittio factus est Vettius,* Βίττιος Πρόκλος *t. Ephesius,* Βιτ., potius quam Βετ. Προκ... *nummus infra citatus, cf. Henzen act. Arv. p. 187, ...* ιος Πρόκλος *t. Cyzicenus). Fortasse filius eius qui praecedit.* Vitricus uxoris Plinii *Plin. ep. 9, 13, 13,* maritus ut videtur Pompeiae Celerinae. A. 97 sententiam dicit in senatu *ib.* Collega Publicii Certi *ib.,* in praefectura aerarii ut videtur *ib. § 11.* Consul factus in ipsa praefectura *ib. 9, 13, 23. (Consulem fuisse Vet-*

*tium Proculum cum Iulio Lupo statuerunt propter titulum Grut. 1071, 4, sed Ligorianum, cf. VI* 616).* Frater Arvalis; adest in collegio a. 101. 105. 117. 118 *act. Arv.* Proconsul Asiae *nummus Hyrcanorum ap. Waddington fastes n. 118, bull. de corr. hell. 6, 1882 p. 288; t. Ephesius, ap. Wood inscr. from the temple of Diana n. 13 = Greek inscr. in the British museum III p. 164; t. Cyzicenus, Bull. de corr. hell. 12 p. 63, anno 115 vel 116, ut inde colligi potest, quod in t. Cyziceno Traianus dicitur imp. XI, quamquam mirum est in t. Ephesio Traianum non dici Optimum.* In locum eius fratris Arvalis alius substitutus d. 7. Febr. 120 *act. Arv.*

370 M. Fulvius Gillo Scribonius Fidus procurator Octaviae Lucanae *t. Hispanus Carthaginiensis II 3437. Nomen indicat hominem nobilem; officium sane humile. (Mommsenus olim coniecit ante Scribonii vocabulum alterum praenomen periisse, ut fuerint duo procuratores, Fulvius Gillo et Scribonius Fidus).*

371 IMP. CAESAR T. FVLVIVS IVNIVS MACRIANVS AVG. Imp. C. Ful. Macrianus p. f. Aug. *nummi ap. Eckhel 7 p. 466, Cohen² 6 p. 3 seq. (caput iuvenile praeferentes omnes, ita ut de patre cogitari nequeat);* α. K. T. Φ. Ἰουν. (*vel* Ἰουνι.) Μακριανὸς ε. (*vel* εὐσ.) Σεβ. *nummi Alexandrini ap. Mionnet VI p. 466 n. 3402–3404 (in alio nummo Alexandrino, l. c. 3405, dicitur esse* α. K. Μα. Φου. Μακριανὸς ε. Σεβ.); Τι. Φουλ. Ἰου. Μακριανὸς Σεβ. *nummus Nicaeensis ap. Eckhel 7 p. 467, Mionnet II p. 464, 296 (in alio nummo Nicaeensi, ap. Mionnet S. V p. 165, 962 dicitur esse* αὐτ. Ἰουλ. Μακριανὸς Σεβ.); αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τ... Φ... ου (*scr.* T. Φου. *vel.* T. Φ. Ιου.) Μαρκιανός (*scr.* Μακριανός) .... *t. Bithynicus CIG. 3710 ita ut editus est a Turnero (aliud apographum habet* αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλαβιανός); Macrianus *scriptores* (Macrinus *Polemius Silvius*).

Macriani *(infra n. 374)* filius (maior) *Zonaras 12, 24, trig. tyr. 12, 10,* matre nobilis *trig. tyr. 13, 3.* Capto Valeriano una cum fratre imperator appellatus *Zonaras 12, 24,* una cum patre et fratre *trig. tyr. 12, 12,* (olim tribunus a Valeriano factus *trig. tyr. 12, 10*). *Initio Caesarem eum fuisse, nondum Augustum, colligitur ex nummo inscripto:* Macrianus nobil. Caes., *ap. Eckhel 7 p. 466, Cohen² 6 p. 4 n. 4.* Periit una cum patre *Zonaras l. c., vit. Gall. 2, 7, trig. tyr. 12, 13; 13, 3 (cf. sub patre).* Memoratur *Polem. Silv. laterc. (ap. Mommsen chron. min. I p. 521).*

372 IMP. CAESAR T. FVLVIVS IVNIVS QVIETVS AVG. Imp. C. Ful. Quietus p. f. Aug. *nummi ap. Cohen² 6 p. 6 seq.,* α. K. T. Φ. Ἰουν. Κυύητος ε. (*vel* ε. ε.) Σεβ. *nummi Alexandrini ap. Mionnet VI p. 466. 467 n. 3406. 3409,* Τιτ. Φουλ. Ἰου. Κύητος Σεβ. *nummus Nicaeensis musei Berolinenses, ap. Friedländer Zeitschr. f. Num. 7, 1880 p. 220 (ubi cf. de simili nummo ap. Mionnet S. V p. 165, 963),* ..... Φουλ. Ἰ. Κύητος *alius nummus Nicaeensis ap. Mionnet II p. 464, 297;* Quietus *scriptores* (Κύιντος *codices Graeci*).

Macriani filius iunior *Zonaras 12, 24.* Capto Valeriano una cum fratre (et patre) imperator appellatus *trig. tyr. 12, 12; 14, 1; Zonaras 12, 24* (olim tribunus a Valeriano factus *trig. tyr. 12, 10*). A patre in Oriente relictus, ut bellum contra Persas gereret *Zonaras l. c.* Emesae ab Odenatho obsessus *excerpta post Dionem (Dio ed. Dindorf 5 p. 225) cf. Zonaras l. c.*; ab oppidanis occisus *ib.*; *vit. Gallien. 3, 2.* Memoratur *Polem. Silv. laterc. (ap. Mommsen chron. min. I p. 521).*

373 C. FVLVIVS LVPVS SERVILIANVS, C. f., tribu Volt. (origine Nemausensis); praefectus alae Longinianae; adlectus inter praetorios ab imp. Vespasiano; in patria quattuorvir ad aerarium, pontifex, praefectus vigilum *l. Nemausensis XII 3166.* Uxor Iulia Concessa *ib.*

— L. IVNIVS AVRELIVS NERATIVS GALLVS FVLVIVS MACER.

374 M. FVLVIVS MACRIANVS. Macrianus *vit. Gall. 2, 2 seq., trig. tyr. 12 seq.*, Macrinus *Graeci vel certe Graecorum codices, item vit. Gall. 1* (Macrianus *ipse*, *filius* Macrinus *trig. tyr. 11, 2 secundum codices*); α. Κ. Μ. Φου. Μακριανὸς εὐ. εὐσ. *nummus Alexandrinus musei Britannici, ap. Cohen[2] 6 p. 2 (idem aut similis ap. Eckhel 7 p. 467 ex Sestinio), quem caput barbatum huius Macriani esse indicat.* Primus ducum Valeriani *trig. tyr. 12, 1 cf. trig. tyr. 10, 14; 12, 15 seq.*, κόμης τῶν θησαυρῶν καὶ ἐφεστὼς τῇ ἀγορᾷ τοῦ σίτου *excerpta post Dionem (Dio ed. Dindorf 5 p. 219).* Capto Valeriano Samosatae, ubi substiterat, copias Romanorum collegit; ad Valerianum ire recusat *ib.* Imperium ei oblatum a. 261 *vit. Gall. 1, 2*; id recusat quod claudus esset, filios sibi substituens *Dionysius Alexandrinus ap. Eusebium h. eccl. 7, 9, Zon. 12, 24,* recusat propter aetatem sed demum cum filiis imperator factus *trig. tyr. 12, 4–12. Ipsum imperatorem dici noluisse documento est paucitas nummorum, si ulli fuerunt.* Agnitus in Asia *Zonaras l. c. In Aegypto agnitum esse, praeter nummos filiorum et fortasse ipsius Alexandrinos, testatur Eusebius h. eccl. 7, 22.* Pisonem mittit contra Valentem in Achaiam *vit. Gall. 2, 2, trig. tyr. 19. 21.* Relicto in Oriente Quieto filio *Zonaras l. c., vit. Gall. 2, 5,* per Asiam in Illyricum venit *vit. Gall. l. c.* Missus contra eum a Gallieno Aureolus *Zonaras l. c. cf. trig. tyr. 11, 2,* ab Aureolo Domitianus *vit. Gall. 2, 6, trig. tyr. 12, 14; 13, 3.* Desertus a parte suorum atque una cum filio interfectus *Zonaras, cf. vit. Gall. 2, 7; trig. tyr. 11, 13.*

375 [C.?] FVLVIVS MAXIMVS, C. f. *Honores enumerantur in carmine ab eo dedicato Bonnae, Brambach 484. Nomen et patris praenomen exhibet subscriptio carminis.* Divum sodalis *carmen, fuit igitur ex sodalibus vel Augustalibus vel Flavialibus vel Hadrianalibus vel Antoninianus,* consul et verno die, *sc. consul suff. ex kalendis Martiis anni incerti. (Mommseno ad C. XII 4324 add. p. 845 habetur consul ordinarius, is qui sequitur). Pergit carmen:* et post Sicanos, postque Picentis v[iro]s, ac mox Hiberos Ce[lt]as Venetos Delmatas, .... na ([Libur]na *supplevit Zangemeister*) regna, post feros Iapudas, *scilicet*

*videtur fuisse proconsul Siciliae, iuridicus Piceni, legatus Hispaniae Tarraconensis, legatus ad corrigendum statum Venetiae vel simile quid, legatus Dalmatiae.* Germaniarum consularis *carmen*, legatus Aug. pro pr. *subscriptio carminis, legatus scilicet Germaniae nempe inferioris (Germaniae in carmine poetice dici videntur). Pater filiorum duorum* (parens adultae prolis geminae liberum *carmen*).

376 C. FVLVIVS MAX(IMVS) consul cum Num(m)io Albino *XII 4324 add. (p. 845). Noli cogitare de consulatu ordinario a. 263, quo anno consules fuerunt Albinus et Dexter (solus Prosper errore posuit Albinum et Maximum), potest cogitari de consulatu ordinario anni 227, modo statuamus M. Laelio Maximo M. Nummii Albini collegae, etiam Folvii nomen fuisse;* C. *praenomen quod excepit Hirschfeld, fortasse cum aliis apographis habendum est pro* O *et trahendum ad nomen quod praecedit alterius consulis. Num idem sit qui praecedit,* [C.?] Fulvius Maximus consul verno die, *incertum.*

— M. LAELIVS FIRMINVS FVLVIVS MAXIMVS.

— M. LAELIVS FVLVIVS MAXIMVS.

377 FVLVIVS PIVS (*sic VI 816, item athen. Mitth. 1891 p. 270, vulgo* Pius) consul ordinarius a. 238 cum Pontio Proculo Pontiano *fasti.*

378 Fulvius Pius, avus paternus (maternus?) Septimii Severi *vit. Sev. 1.*

379 C. FVLVIVS PLAVTIANVS. *Tituli ei positi: Lunensis XI 1337 (1); Patavinus V 2821 (2); Lugdunensis, Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 112 (3); Atheniensis CIAtt. 3, 633 (4). Tegulae urbanae eius nomine inscriptae XV 47 (5). 160 (6). 184 (7). 185 (8). 197 (9). 206 (10). 240 (11). 241 (12). 406 (13). Praeterea memoratur in titulo filiae VI 1074 (14), in titulo hominis privati Ephesio III 6075 (15), denique in titulis positis a militibus urbanis VI 224 (16). 225 (17). 226 (18). 227 (19). Exceptis t. 1 et 3, item tegulis, nomen eius erasum est, at etiam in mentionibus consulatus, sed interdum ita ut pars eius relicta sit, interdum ita ut etiam erasa legantur. (In titulis VI 1035. VIII S. 17872 = Eph. ep. 7, 744 nomen eius videtur fuisse, sed in locum eius substituta sunt alia verba).*

Plautianus *scriptores plerique*, Fulvius *vit. Pescennii Nigri 2;* C. Fulvius Plautianus *VI 220,* C. Ful. Plaut. *tegulae, praeterea praenomen* C. *lectum est in t. 1. 2. 18. 19.* Origine Afer *Herod. 3, 10, 6.* C. f. *t. 1.* Tribu Quirina *t. 1.* De vita eius privata ante principatum Severi pauca habet *Herod. l. c.* A Septimio Severo missus ad occupandos Nigri filios *vit. Severi 6; vit. Pescennii Nigri 5.* Eo auctore Pescennianas reliquias persequitur Severus *vit. Severi 15. (Exeunte a. 196 a Plautiano nondum praefecto praetorii, sed tribuno cohortis decimae praetoriae partem copiarum Severi ductam esse ex Illyrico in Galliam contra Albinum, coniecit A. v. Premerstein arch. ep. Mitth. 12 p. 13 seq., referens ad eum titulum III 4037 Poetovione in Pannonia Iovi praestiti sacratum ab illius cohortis tribuno quodam, cum*

*proficisceretur 'ad opprimendam factionem Gallicanam', cuius tribuni nomen erasum est. Sed obstat coniecturae Premersteinii, quod Plautianus iam mense Iunio 197 non solum praefectus praetorio fuit, sed aut praefectus praetorio solus aut reliquis praefectis longe honoratior, cf. infra. Vestigia nominis Plautiani in lapide Poetovionensi certa nulla agnovit Hirschfeld, cf. III S. 10868).* Praefectus praetorio *Dio 75, 4; Herod. 3, 10, 5; vit. Get. 4*, cum Aemilio Saturnino, quem e medio tollit *Dio 75, 14. (Collegam fuisse ei etiam Flavium Iuvenalem ex vita Getae 4 non satis tuto colligitur).* Praefectus praetorio solus *Dio l. c., cf. Herodian. 3, 13, 1.* Ornatus ornamentis consularibus *Dio 46, 46*, postea in senatum adlectus *ib.*; clarissimus vir *t. 16. 18, qui tituli scripti sunt ante consulatum Plautiani.* Imaginibus et statuis colitur magis quam ipsi imperatores *Dio 75, 14;* una cum imperatoribus colitur a militibus urbanis *t. 16–19. Eo potentiae progressum Plautianum iam mense Iunio 197 ostendit t. 16.* Comes Augustorum per omnes expeditiones eorum *t. 14.* Potentia, avaritia, crudelitas eius *Dio 75, 14–16 cf. 58, 14.* Iuliae Severi infensus *Dio 76, 15 cf. 76, 4; 78, 24.* Filiam Antonino Severi f. despondet *Dio 75, 15*, collocat a. 202 *Dio 76, 1 cf. vit. Sever. 14; Herod. 3, 10, 5.* Necessarius *vel* adfinis Augustorum *t. 1. 2. 3. 14. 15. 19.* Pontifex *t. 14 (in quo titulo nondum dicitur consul).* Consul ord. a. 203 cum P. Septimio Geta *fasti*, dictus cos. II propter ornamenta consularia *Dio 46, 46 cf. fasti* (c. v. cos. II *tegulae 5–13*, δὶς ὕπατος *t. 4*). Severus ei alienatus 'praecipue quod inter propinquorum et adfinium Severi simulacra suam statuam ille posuisset', sed mox cum eo in gratiam rediit *vit. Severi 14; Dio 75, 16.* Postea, anno nondum interiecto *(Dio 75, 16)*, insimulatus insidias struxisse Severo et Antonino in Palatio occiditur *Dio 76, 2–4; Herod. 3, 11, 4 — c. 12, 12; Ammianus 25, 6, 8; 29, 1, 17*, d. 22 Ian. 203 *chron. Paschale p. 496 Dind. (de anno iure dubitavit Bormann bull. dell' Inst. 1867 p. 218)*, immo post d. XI kal. Sept. 203 *cf. VIII 2557*, sed ante d. 28 Mai. 205, quo die successores eius iam praefecturam praetorii susceperant *VI 228. (Etiam in actis ludorum saecularium anni 204 mentionem honorificam praefecti praetorio non ad alium nisi ad Plautianum posse pertinere putat Mommsen eph. ep. 8 p. 295).* Corpus eius in viam proiectum, sed mox iussu Severi sepultum *Dio 76, 4. De nomine eius eraso cf. supra.* Commemoratur *Dio 76, 7; 78, 11; Herodianus 3, 13, 2; vit. Carac. 1, 7.* — Procurator ad bona Plautiani (interfecti et confiscati) *III 1464.*

380 (Fulvius) Plautius (Plautius *Dio 76, 6; 77, 1; Herodianus nomen non ponit*) C. Fulvii Plautiani filius, interfecto patre Liparam relégatus *Dio 76, 6; Herodianus 3, 13, 3 pro Lipara habens Siciliam.* A Caracalla occisus *Dio 77, 1.*

— Q. Gavius Fulvius Proculus.

381 Fulvius Propinquus, causarum fortasse actor *Quintilianus inst. VI 3, 100.*

382 L. FVLVIVS RVSTICVS AEMILIANVS legatus Augusti propraetore Galatiae, consul .... *tit. Ancyranus CIG. 4012 positus a Trebio Alexandro, eodem ut videtur Trebio Cocceio Alexandro qui C. Iulium Severum consulem ord. a. 155 honoravit titulo Ancyrae posito CIG. 4029, ita ut de aetate qua vixit Fulvius Rusticus Aemilianus, fere constet. Eundem cum Fulvio Aemiliano praetore tutelario (supra n. 357. 367) iudicavit Borghesius opp. 4 p. 300, sine causa.*

383 L. Fulvius Rusticus Vet[tius] Secundus *V 5557 (tit. pro salute eius a servo positus). Nomen videtur indicare hominem nobilem.*

384 FVLVIVS SABINVS, praetor urbanus sub Aureliano *vita Aurel. c. 19.*

385 Fulvius Sparsus, declamator *Seneca contr. passim, cf. ind. Kiesslingii p. 539.*

— Q. GAVIVS FVLVIVS TRANQVILLVS.

386 Fulvia, illustris femina (τῶν ἐν ἀξιώματι γυναικῶν), Saturnini uxor, quomodo a nebulonibus quibusdam Iudaeis circumventa sit, narrat *Iosephus ant. 18, 3, 5.*

— BAEBIA FVLVIA CLAVDIA PAVLINA GRATTIA MAXIMILLA.

387 Fulvia Pia, mater Septimii Severi *vit. Sept. Sev. 1.*

388 FVLVIA PLAVTILLA AVGVSTA. Fulvia Plautilla Aug. *tituli VI 220 X 7736 III S. 10850, item nummi urbium Graecarum plerique, cf. Eckhel 7, 226;* Φουλ. *vel* Φουλβ. Πλαυτιανή *nummi urbium nonnullarum Lydiae, cf. Sallet Wiener num. Zeitschr. III p. 97 seq. et Percy Gardner num. chron. 1875 p. 35 seq.;* Plautilla *nummi Romani, item Dio (reliqui scriptores nomen non ponunt).*

Filia C. Fulvii Plautiani praefecti praetorio, sponsa Caracallae *Dio 75, 15,* nubit Caracallae a. 202 *Dio 76, 1, vit. Sev. 14, 8, Herod. 3, 10, 5. 7.* A marito nullo in honore habita *Dio 76, 2; Herod. 3, 10, 8,* ipsa impudica *Dio 76, 3.* Occiso patre Liparam relegata *Dio 76, 6; Herod. 3, 13, 3. 4, 6, 4 pro Lipara ponit Siciliam.* A Caracalla rerum potito occisa *Dio 77, 1; Herod. 4, 6, 4. Nomen eius erasum, III S. 10850 VI 220 (ita ut legi queat) VI 180, fortasse VI 1074; in locum nominis eius erasi alia substituta, VI 1035 VIII 2557 Eph. ep. 7, 744 = VIII S. 17872.*

389 FVLVIA PRISCA clarissima femina, mater L. Iunii Aurelii Neratii Galli Fulvii Macri clarissimi iuvenis *VI 1433.*

390 FVLVIA PROCVLA clarissima femina, Celsiae Flavinae filia *t. Tarraconensis II 4119.*

391 FVLVIA SATVRNINA ἡ κρατίστη, τοῦ λαμ[προτάτου] ... *Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1095.*

392 Fulvia Sisennia (Sisenna *vel* Sinenna *quidam vitae codices*) mater Persii Flacci *vita Persii (Suet. p. 73 Reiff.); schol. Pith. ad. Pers.*

*sat. 6, 6,* post mortem prioris mariti nupsit in Liguriam *schol.*, nupsit Fusio equiti Romano *vita.*

393 FVLVVS (Fulvius *Hydat.*, Flavius *Prosper*) consul ord. a. 89 cum Atratino *fasti. Vulgo creditur Aurelius Fulvus pater Antonini Pii (vit. Pii 1, 3), nulla causa cogente.*

— T. AVRELIVS FVLVVS.

— T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS = IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS.

— GALERIA FVNDANA.

394 C. Fundanius *(praenomen habet Porphyrio)* comoediarum scriptor, temporibus Horatii *Horat. sat. 1, 10, 42 cum nota Porphyrionis; idem fortasse memoratur sat. 2, 8, 19.*

395 T. FVNDANIVS VITRASIVS POLLIO salius Palatinus factus a. 170 *VI 1978. Filius videtur T. Pomponii Proculi Vitrasii Pollionis et Anniae Fundaniae Faustinae.*

— ANNIA FVNDANIA FAVSTINA.

— C. MINICIVS FVNDANVS.

396 L. FVNISVLANVS VETTONIANVS. *Tituli: Pannonicus III 4013 (1); Foropopiliensis XI 571 mutilus et insuper confusus (2); fistula plumbea agri suburbani XIV 4016 (3); praeterea memoratur in privilegiis militaribus duobus, III p. 855 (4), Eph. 5 p. 93 (5). Nomen plenum exhibent t. 1. 4. 5;* L. Funisu. Vettonianus *t. 3*, Funisulanus Vettonianus *Tac.*, . . . . . s Vet[toni]anus *t. 2.* L. f. *t. 1. 2.* Tribu Aniensi *t. 1. 2.* Triumvir monetalis *t. 2 (om. t. 1).* Tribunus militum legionis sextae Victricis; quaestor provinciae Siciliae *t. 1. 2.* Tribunus plebis *t. 1.* Praetor *t. 1. 2.* Legatus legionis quartae Scythicae *t. 1 (om. t. 2)*, cum qua a. 62 sub Caesennio Paeto Armeniam ingressus est *Tac. a. 15, 7.* Praefectus aerari Saturni *t. 1. 2 (hic loco non suo, inter quaesturam et tribunatum).* Curator viae Aemiliae *t. 1. 2.* Consul *t. 1 (hic inter honores loco suo) 2.* Septemvir epulonum *t. 1.* Legatus pro pr. provinciae Dalmatiae, item provinciae Pannoniae, item Moesiae superioris *t. 1. 2;* legatus Pannoniae fuit a. 84 *t. 5*, et a. 85 *t. 4.* Donatus donis militaribus a Domitiano bello Dacico *t. 1.* Curator aquarum *t. 2 (ubi ponitur loco ut videtur non suo, ante legationes provinciarum).* Sodalis Augustalis *ib.* Proconsul provinciae Africae *ib.* — Patronus Andautonensium in Pannonia *t. 1.* — Pater fortasse Mamiliani Rufi Antistiani Funisulani Vettoniani *VII 164.* — Funisul[an]us Vetto[ni]anus tribunus cohortis Dacorum in Britannia *VII 811, incertum qua parentela cum nostro coniunctus.*

— P. (?) . . . . . ONIVS MAMILIANVS RVFVS ANTISTIANVS FVNISVLAN[VS] VETTONIANVS *v. sub* MAMILIANVS.

397 Funisulana Vettulla uxor C. Tetti Africani praef. Aegypti Memnonem audivit d. 12 Febr. 82 *III 35.*

7*

398 Furius Anthianus (Ἄνθος ἤτοι Φούριος Ἀνθιανός *index*) auctor iuris *Dig. 2, 14, 62. 4, 3, 40. 6, 1, 80, item index Digestorum Florent. Incertum quando vixerit.*

399 L. Furius Camillus, M. f., vixit annos XVI *(in numero annorum auctores variant) VI 18752. Borghesio (opp. 5 p. 245) iudice filius M. Furii Camilli eius qui sequitur.*

400 M. FVRIVS CAMILLVS *(praenomen exhibent fasti Capit., Dio 55, 33 et ind., Cassiod., sub consulatu eius a. p. Chr. 8)*, M. f. *Dio ind. l. 55*, P. f. *fasti Capit.*, P. n. *fasti Cap.* Ex gente Camilli dictatoris *Tac. a. 2, 52.* Consul ord. a. p. C. 8 cum Sex. Nonio Quintiliano *fasti.* Proconsul Africae a. 17 Tacfarinatem fudit; ob id ornatus ornamentis triumphalibus *Tac. l. c. cf. ib. 3, 20. 21. Frater Arvalis fuit, inque defuncti eius locum sub Caligula filius M. Furius Camillus substitutus, si recte Mommsenus (Herm. 3 p. 133 not. 8) locum quendam mutilum actorum (VI 2031 v. 10, ap. Henzen act. Arv. p. LII) supplevit. — Ex huius aut ex filii familia:* Thalamus M. Furi Camilli ab horr. *VI 9469*, M. Furius Camilli l. Eudemus *VI 18768.*

401 M. FVRIVS CAMILLVS frater Arvalis, adest in collegio a. 38 *act. Arv. Cooptatio eius videtur memorari in fragmento actorum, ap. Henzen p. LII (C. VI 2031), cf. Mommsen Herm. 3 p. 133 not. 8. — Filius ut videtur eius qui praecedit, frater fortasse Furii Camilli Scriboniani.*

— FVRIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS *v.* L. Arruntius Camillus Scribonianus.

402 Furius Celsus res prospere gessit in Mauretania Tingitana Alexandro imperante *vit. Alexandri 58. Videtur fuisse procurator Tingitanae.*

403 C. FVRIVS OCTAVIANVS *(praenomen est III S. 8169. IX 338;* Furius Octavius *fr. Vat.)* clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *album ordinis Canusini IX 338.* Consul (suffectus a. inc.), pontifex *VI 1423.* A servo eius in Moesia positus titulus *III S. 8238;* pro salute eius 'Fortunae aeternae domus Furianae', 'pecunia Octaviana' in eadem regione positus titulus *III S. 8169; videtur igitur praedia habuisse in illa regione. Legatum Moesiae superioris eum fuisse suspicatur Domaszewskius ad III S. 8169.* Mater Furia Caecilia *VI 1423.* — De Alcimo liberto materno eius *Ulpianus fragm. Vat. 220 cf. Borghesi opp. 3 p. 121; Hirschfeld ad III S. 8169.*

404 C. Furius Rufus C. f., statua honoratus a populo Pergameno *t. Pergamenus ap. Fränkel Inschr. v. Pergamon n. 430. Incertum quis fuerit et quo tempore vixerit; vix recte ab Urlichsio (pergam. Inschriften p. 6) creditur esse is Rufus, quem proconsulem Asiae sub Domitiano fuisse ex nummo quodam male habito musei Taurinensis collegit Waddington fastes des prov. asiat. n. 108.*

405 C. Furius Sabinius Aquila Timesitheus. *Tituli: Lugdunensis, Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 167 (1); urbanus mutilus et male de-*

*scriptus VI 1611 et ad aliud apographum Röm. Mitth. 1890 p. 91 (2). Nomen servavit t. 1;* . . us Timesitheus *t. 2* (Timis- *alterum apographum),* Misitheus *vit. Gord.* (Mysith- *24, 2*), Timesicles *Zosimus,* Timesocles *Zonaras.* Praefectus cohortis primae Gallicae in Hispania; procurator rationis privatae per Belgicam et duas Germanias, procurator provinciae Arabiae ibi vice praesidis bis, procurator in urbe magister vicesimae *(cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 66 not. 4)* ibique logista thymelae *(cf. Hirschfeld l. c. p. 185),* procurator provinciae Syriae Palaestinae ibique exactor reliquorum annonae sacrae expeditionis *(videtur intellegi bellum Persicum Severi Alexandri),* vice procuratoris patrimonii provinciae Belgicae et duarum Germaniarum, ibi vice praesidis provinciae Germaniae inferioris, procurator provinciae Bithyniae Ponti Paphlagoniae tam patrimonii quam rationis privatae ibique vice procuratoris quadragesimae (portoriorum), procurator provinciae Asiae ibique vice (procuratoris) vicesimae et quadragesimae itemque vice proconsulis, procurator provinciae Lugdunensis et Aquitanicae *t. 1.* Eius filiam uxorem duxit Gordianus adulescens, priusquam ad bellum Persicum proficisceretur *vit. Gord. 23, 6, Zosimus 1, 17, Zonaras 12, 18 (hunc intellegi, licet scriptores nomen Timesithei varie corruperint, vidit Eckhel 7 p. 318), anno ut videtur 241 (cf. sub Furia Sabinia Tranquillina);* doctissimus vir, quem causa eloquentiae dignum parentela sua putavit Gordianus *vit. Gord. l. c.,* τῶν ἐπὶ παιδεύσει διαβοήτων ἀνὴρ *Zosimus.* Praefectus praetorio factus a Gordiano *ib. Praefectura videtur memorari t. 2 (alterum apographum* praef. praetorio, *alterum* . . AEFF PRETOLL MMVV, *ut certum sit in titulo fuisse* [pr]aeff. praet. eemm. vv., *unde Mommsenus Röm. Mitth. l. c. collegit Timesitheum per aliquod tempus habuisse collegam in praefectura; fortasse Timesitheus per aliquod tempus vices egerat praefectorum praetorio eminentissimorum virorum).* Generum consiliis adiuvat *vit. Gord. l. c.; Zosimus (epistulae eius ad Gordianum et invicem ficticiae, vit. Gord. 24. 25).* Opera eius in bello Persico et egregiae dispositiones *vit. Gord. 27, 2; 28, 2; Zosim. 1, 18.* Honores ei decreti a senatu *vit. Gord. 27, 9 seq. (de inscriptione relata a biographo cf. Hirschfeld Verw. I p. 237).* Moritur *vit. Gord. 28, Zosim. l. c., Zonar. l. c.,* 'quantum plerique dicunt artibus Philippi, qui post eum praefectus praetorio est factus, ut alii morbo' *vit. Gord. l. c.,* herede Romana rep. *ib.,* anno 243 *ib. 29, 1. Memoratur vit. Gord. 31, 1; 32, 7.*

406 Furius Saturninus Volesum Messalam (consulem a. p. C. 5) ex proconsulatu Asiae reum condemnavit *Seneca contr. 7, 6, 22 cf. Tac. a. 3, 68.* Maius nomen habuit in foro quam in declamationibus; sed solebat tamen declamare *Seneca l. c.*

407 P. FVRIVS SATVRNINVS. *Tituli Dacici III 943 (1). 1171 (2). 1177 (3). 1412 = III S. 7902 (4). 1460 (5). Nomen plenum exhibent t. 1. 2. 3. 5,* P. F. S. *t. 4.* Legatus pro pr. Daciae *t. 2–5,* anno 161 *t. 2,* leg

Augusto[r]. *t. 4 (etiam t. 2 positus est M. Aurelio et Vero Augustis).* Consul designatus *t. 2 (Marco et Vero iam Augustis),* consul *t. 1. 3. 5 (sed mirum in titulis 3. 5 Saturninum dici* leg. Aug., *non* leg. Augg.). — *Saturninum memoratum a Luciano quomodo hist. conscr. sit c. 21 inter duces belli Parthici L. Vero imperatore gesti eundem esse coniecit Napp de rebus imperatore M. Aurelio in Oriente gestis (diss. Bonn. 1879) p. 73.*

408 FVRIVS SCRIBONIANVS, filius (L. Arruntii) Camilli Scriboniani, in exilium actus a. 52, nec multo post mortuus incertum fato an veneno *Tac. a. 12, 52.*

409 Furius Victorinus, praefectus praetorio sub Marco et Lucio, 'amissus' belli Marcomanici initio (a. 167) *vit. Marci 14. Fortasse praefectus factus in locum Tattii Maximi, collega Cornelii Repentini, cf. supra sub* Fabius Repentinus.

410 Furia Caecilia L. f., mater Furii Octaviani consulis et pontificis *VI 1423. Servi eius memorantur in t. Moesico III S. 8240.*

411 Furia Prima accusatrix Flavii Archippi Prusiensis *Plin. ad Trai. 59. 60.*

412 FVRIA SABINIA TRANQVILLINA AVG. *Tria nomina sic exhibent tituli plerique Italiae (VI 1095. 1096. IX 1458. X 209. 5965. XI 1178. Eph. ep. 7, 1211) et Hispaniae, item nummi urbium Graecarum ap. Eckhel 7 p. 318 (sed hi interdum* Φρ., Φρο., Φρου. *pro* Φουρ.; *item* Φρουρία *t. Epidaurius Eph. archaeol. 1883 p. 30 n. 11)* Sabinia Furia Tranquil[l]. *VII 344; Furiae nomen omittunt nummi Romani, item tituli Africani;* Sabina *pro* Sabinia *XI 1178, item nummi complures Graeci, ap. Eckhel l. c.* (Σαβινιανή *t. Philippopolitanus arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 10, 1886 p. 206),* Tranquillina Sabina *VI 130;* Tranquillina *Eutrop. 9, 2 (reliqui scriptores nomen non ponunt).*

Coniux M. Antonii Gordiani Aug. (Gordiani III) *tituli.* Tranquillinam Gordianus admodum puer uxorem duxit, priusquam ad bellum Persicum proficisceretur *Eutrop. 9, 2, 2,* Misithei, quem praefectum fecit, filiam *vit. Gord. 23, similiter, sed pro Misitheo Timesiclem vel Timesoclem appellantes, Zosimus 1, 17 et Zonaras 12, 18, qui omnes nomen uxoris non ponunt, sed hanc sine dubio significant, quam filiam C. Furii Sabinii Aquilae Timisithei fuisse nomen eius ostendit (cf. sub patre). Nuptias eas sub anno 241 narrat vit. Gord. 23; nupsisse Tranquillinam Gordiano anno eius quarto, id est ante d. 29 Aug. 241, nummi Alexandrini ostendunt, cf. Sallet Daten der alexandr. Kaisermünzen p. 59. Ad vota harum nuptiarum causa suscepta pertinere videtur fragmentum actorum Arvalium lectu difficile CIL. VI 2114 (cf. Henzen act. Arv. p. CCXXIV). De reliqua vita eius nihil compertum.*

— ANTONIA FVRNILLA.

— MARCIA FVRNILLA.

413 Furnius, adulter Claudiae Pulchrae, damnatur a. 26 *Tac. a. 4, 52.*

414 C. FVRNIVS tribunus plebis a. u. c. 704 *Cic. ad Att. 5, 2, 1; 5, 18, 3,*

*cf. ad fam. 8, 10, 3; 8, 11, 2; 15, 14, 5, ad Att. 6, 1, 11.* Per eum mense Martio a. 705 Cicero Caesaris litteras accepit *Cic. ad Att. 9, 6; 9, 11ª.* A. 711 legatus L. Munatii Planci proconsulis Galliae et ab eo cum mandatis litterisque ad senatum et ad Caesarem iuniorem missus *Cic. ad fam. 10, 8, 5; 10, 10, 1; 10, 12, 1; 10, 24, 4. 7.* A. 713 arma fert pro partibus Antonii contra Caesarem; Perusiae obsidetur *Dio 48, 13; Appian. b. c. 5, 30. 40.* M. Antonius eum in Africam mittere vult *Appian. b. c. 5, 75.* Asiam regens nomine M. Antonii *Dio 49, 17; Appian. b. c. 5, 137,* Sex. Pompeium bellum cientem opprimit (a. u. c. 719) *Dio 49, 17. 18; Appian. 5, 137–144; Orosius 6, 19, 2.* Causam aliquam agit coram Antonio *Plut. Ant. 58.* Devicto Antonio venia impetrata ei apud Caesarem a filio *Seneca ben. 2, 25.* Cum consul designatus esset, sed alius locum eius occupavisset, adlectus inter consulares a Caesare a. 725 *Dio 52, 42 (cf. Mommsen Staatsr. II² p. 942 not. 3).* Filio (consuli a. u. c. 737) supervixit *Hieronymus.* — Orator clarus habetur *Hieronymus ad a. Abr. 1980 (= 717 a. u. c.)*; inter oratores memoratur *Tac. dial. 21.*

415 C. FVRNIVS (Firmius *Orosius 6, 21, 6 errore*, Firmus *etiam codices Flori*), filius eius qui praecedit. Patri Antonii partes secuto veniam impetrat a Caesare *Seneca ben. 2, 25.* Legatus Augusti in Hispania rem bene gerit contra Cantabros *Florus 4, 12, 51 [2, 33] (inde Orosius 6, 21, 6); Dio 54, 5* (ipso Augusto Tarracone hibernante, i. e. anno 728 vel 729 *Florus*, a. 732 *Dio, qui addit novum fuisse legatum ideoque a barbaris contemptum).* Consul ordinarius a. 737 *fasti.* — Oratur clarus habetur *Hieronymus ad a. Abr. 1980 (= 717 a. u. c.). Hic potius quam pater Furnius memoratur ab Horatio sat. 1, 10, 86.* Moritur ante patrem *Hieronymus l. c.*

416 SEX. FVRNIVS SVLPICIANVS magister sodalium Augustalium Claudialium a. 213 *VI 1987 = XIV 2391.*

417 Furtius Quadorum rex, sub M. Aurelio regno pulsus *Dio 71, 13.*

418 FVSCIANVS clarissimus iuvenis *XIV 2606.*

— C. ALLIVS FVSCIANVS.

— M. CAECILIVS FVSCIANVS CREP[E]REIANVS F[L]OR[I]ANVS.

— SEIVS FVSCIANVS.

— [SEIA] FVSCINILLA.

— MATVCCIA FVSCINA.

419 Fuscinus: eum (amicum ut videtur suum) adloquitur *Iuvenalis 14, 1.*

— L. MATVCCIVS FVSCINVS.

420 Fuscus, causidicus ut videtur celeber, dominus villae Tiburtinae; ad eum *Martialis 7, 28.* Aut ad eundem aut alium Fuscum *Martialis 1, 54.*

421 Fuscus (iudex ut videtur vel patronus), memoratur *Iuvenal. 16, 46.*

422 Fuscus: coniux eius propter sitim memoratur *Iuvenal. 14, 45.*

423 P. . . . . . FVSCVS *(gentilicium, quod fuit litterarum circiter duodecim, extabat V 6649, sed praeter litteras septimam et octavam, quae*

CO *vel* CC *fuisse videntur, periit vel certe legi non potuit;* Fuscus *V 6596)* consul cum C. Domitio Dextro II *tituli locorum non longe inter se distantium V 6596. 6649,* mense Iunio *V 6596. Cum C. Domitius Dexter consul iterum fuerit a. 196 cum L. Valerio Messalla Thrasea Prisco, videtur hic Fuscus in locum Prisci suffectus esse, cf. Borghesi opp. 7 p. 233 seq.*

— Q. Acilius Fuscus.

— C. ALLIVS FVSCVS.

— Annius Fuscus.

— ARELLIVS FVSCVS.

— Arellius Fuscus.

— M. Aristius Fuscus.

— Cluvius (*an* Claudius?) Fuscus.

— Cornelius Fuscus.

— T. CORNELIVS ANNEVS FVSCVS.

— *Dagellius Fuscus.

— FVLVIVS FVSCVS GRANIANVS.

— MAECILIVS FVSCVS.

— TI. MANILIVS FVSCVS.

— (PEDANIVS) FVSCVS.

— CN. PEDANIVS FVSCVS SALINATOR.

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA *cet.* CL(AVDIVS) FVSCVS SAXA [AM]YNTIANVS SOSIVS PRISCVS.

— C. SERVAEVS FVSCVS CORNELIANVS.

— C. Valerius Fuscus.

424 Fusius *(sic vitae codex Gudianus,* Fuscius *vel* Ruscius *alii codices)* eques Romanus, secundus maritus Fulviae Sisenniae Persii poetae matris *vita Persii (Suet. p. 73 Reiff.).*

425 Q. FVTIVS consul suffectus cum P. Calvisio anno incerto (ante a. 80) *t. Pompeianus X 827.*

426 T. Fuvius (Fu[l]vius?) Magnianus v. .... *(videtur supplendum esse* v. a. *i. e.* vices agens, *fortasse praefecti annonae)* a. 250 *t. urbanus Bull. com. 1886 p. 370 cf. de Rossi ib. 1889 p. 360.*

# G

1 Gabba, scurra parasitus Caesaris Augusti *Martialis 1, 41, 16; 10, 101; Iuvenalis 5, 3; Plutarchus amat. p. 759 f.* (Appicius Galba sub Tiberio scurra nobilis fuit, *scholiasta Vallae ad Iuven. l. c. p. 229 Iahn).*

2 Gabbara, homo procerissimus, ex Arabia (Iudaeae gentis homo *Colum.*), Romae monstratus sub Claudio ludis circensibus *Columella 3, 8, 2 (qui nomen non ponit); Plinius h. n. 7, 74 (inde Solin. 1, 89).*

— Sex. Iulius Gabinianus.

3 Q. Gabinius Barbarus vir egregius; a commentariis praefectorum praetorio, praefectus vehiculorum per Flaminiam, procurator provinciae Siciliae, procurator hereditatium, procurator trium Augustorum *(i. e. sub finem imperii Severi)* praefectus provinciae Sardiniae *t. Calaritanus X 7585.*

4 Gabinius Maximus *(Gavius coni. van de Water)*; ei rescripsit Hadrianus *Dig. 22, 5, 3, 4. Magistratus aliquis vel praeses provinciae.*

— Q. ASCONIVS GABINIVS MODESTVS.

5 A. GABINIVS SECVNDVS, consul suffectus a. inc. *III S. 6983; X 4881, ante annum ut videtur 45 p. Chr., propterea quod nomen eius praecedit nomen Tauri Statilii Corvini consulis a. 45 in t. III S. 6983.*

6 P. GABINIVS SECVNDVS (P. Gabinius *Dio*, Gabinius Secundus *Suet.*). Chattos (Chaucos?) devicit et aquilam legionariam, quae sola ex Varianis desiderabatur, recepit *Dio 60, 8 sub a. 41.* Chaucis gente Germanica devictis Claudius Chaucii cognomen ei usurpare concessit *Suet. Cl. 24. Borghesio iudice non diversus ab eo qui praecedit, ita ut Dio in praenomine erraverit.*

7 L. GABO ARVNCVLEIVS P. ACILIVS SEVERVS, Brixianus origine, tribu Fab., filius ut videtur aut nepos L. Gabonis Arunculeii Valeriani equitis Romani, clarissimus vir, iuridicus regionis Transpadanae, proconsul designatus provinciae Cypri *t. Brixianus V 4332 cf. 4333.*

— LICINIVS GABOLVS.

— Seia Gaetula.

— CORNELIA GAETVLICA.

— CN. CORNELIVS LENTVLVS GAETVLICVS.

— COSSVS CORNELIVS LENTVLVS GAETVLICVS.

— IVLIVS GAETVLICVS.

— C. IVLIVS TIRO GAETVLICVS.

— D. (IVNIVS) SILANVS GAETVLICVS.

— Ulb(ius) Gaianus.

— Gaiobomarus *v.* Gaviomarus.

8 Gaius auctor iuris, cuius extant libri quattuor institutionum paene integri, et multa alia in Digestis Iustiniani: institutiones videtur inchoavisse sub Antonino Pio *inst. 1, 53. 74. 102*, absolvit post Pii mortem *ib. 2, 195.* Scripsit etiam post annum 178 (librum singularem ad senatus consultum Orfitianum, factum illo anno) *Dig. 38, 17, 9. Ex Asia oriundum fuisse Gaium coniecit Mommsen 'Gaius ein Provinzialjurist' (Jahrbuch d. gemeinen deutschen Rechts 3, 1859 p. 1 seq., cf. Zeitschr. f. Rechtsgeschichte 9, 1870 p. 95). Cf. post alios Karlowa Roem. Rechtsgeschichte I p. 720 seq.*

9 Galaesus, (L. Arruntii) Camilli Scriboniani l. *Dio 60, 16 (Zon. 11, 9).*

10 A. Galba *(sic 27,* L. Galba *62, praeterea* Galba) homo dicax *Quintil. inst. 6, 3, 27. 62. 64. 66. 80. 90.*

— C. SVLPICIVS GALBA.
— SER. SVLPICIVS GALBA.
— Sulpicia Galbilla.
— Claudius Galenus.
— GALEO TETTIENVS PETRONIANVS *v. sub* Tettien-.
— GAL(EO) TETTIENVS SEVERVS *v. sub* Tettien-.
— CALPVRNIVS GALERIANVS.

11 G. Galerius (Γ[άι]ος Γ[α]λε[ριος] *tit.*, Galerius *Plin.*) praefectus Aegypti sub Tiberio *tit. Aegyptiacus CIG. 4711 (a. 21); Plin. h. n. 19, 3.*

— C. IVLIVS GALERIVS ASPER.
— [C.] IVLIVS CAMILIVS GAL[ERIVS ASP]ER.

12 M. GALERIVS AVRELIVS ANTONINVS imp. Antonini Pii filius *VI 989*, M. Γαλέριος Ἀντωνεῖνος αὐτοκράτορος Ἀντωνείνου υἱός *nummus originis ignotae ap. Eckhel. 7, 42, Cohen ed. 2 II p. 443; in huius altera parte cum sit* θεὰ Φαυστεῖνα, *videtur Antoninus ille superstes fuisse Faustinae, i. e. vixisse post a. 141. Hic est alter ex filiis maribus Antonini Pii, vit. Pii 1, 7.*

13 Galerius Crassus tribunus militum Tiberii temporibus, Beta cognominatus quod hac herba libenter vescebatur *Ptolemaeus Hephaestion nov. hist. ap. Photium bibl. cod. 190 (p. 151 Bekk).*

14 GALERIVS MAXIMVS, proconsul Africae, successor Aspasii Paterni, Tusco et Basso cos. (a. 258) *passio Cypriani (Hartel p. CX seq.) 2. 3. 4.* Decessit paucos dies post supplicium Cypriani (d. 14 Sept.) *ib. c. 5.*

15 ...IVS GALERIVS ..... MAXIMVS decemvir stlitibus iudicandis, quaestor kandidatus, flamen Claudialis *titulus Veliternus X 6566.*

16 P. GALERIVS TRACHALVS *(sic fistulae aquariae ap. Lancianium syll. aq. n. 586 et bull. mun. 1880 p. 326*, Galerius Trachalus *Tac.*, Trachalus *Quint.; in consulatu* P. Galerius Trachalus *VI 8639 = X 6637*, .. Galerius Trachalus *VI 1984, X 5405*, Galerius Trachalus *Frontin. aq. 102*, Trachalus *alibi; errore Prosper loco eius Turpilianum nominat, repetens nomen consulis anni 61;* Τολπιλλιανὸς ὁ καὶ Τρόχελος *Malalas lib. 10 p. 257).* Consul ordinarius a. 68 cum Ti. Catio Silio Italico *fasti.* Causarum actor non inceleber *Quintil. 12, 5, 5. 6 cf. c. 10, 11; ex actionibus eius contra Spatalen nonnulla refert idem 8, 5, 19, eum citat praeterea 6, 3, 78.* Genus orationis eius, aptum ad implendas populi aures et tonans *Tac. h. 1, 90.* Othoni imperatori credebatur orationes componere *ib.* Post victoriam Vitellii adversus criminantes protectus a Vitellii uxore Galeria *ib. 2, 60. Fortasse ad hunc spectat fragmentum quoddam inscriptionis Mediolanensis (V 5812), in quo ex nomine honorati Trachalus tantum cognomen servatum est; id si ita est, Galerius Trachalus fuit ante consulatum tribunus plebis et praetor, postea proconsul Africae, praeterea septemvir epulonum, item patronus Mediolanensium.*

17 GALERIA L. f., C. Pontii Rufi quaestoris, aedilis plebis uxor *VI 1498.*

— ANNIA GALERIA AVRELIA FAVSTINA.
— ANNIA GALERIA FAVSTINA AVG.
18 GALERIA FVNDANA *(cognomen habet solus Suet.)*, patre praetorio, nupsit A. Vitellio, cui duos liberos peperit *Suet. Vit. 6. Memoratur Tac. h. 2, 60. 64; Plut. Otho 5 (qui nomen non ponit); Dio 65, 4. 22.* Natalis eius III non. Iunias *act. Arv. a. 69.*
19 Galeria Lysistrate Galeriae Faustinae Augustae ut videtur liberta, concubina imp. Antonini Pii *VI 8972.*
— LVSIA GALERIA RVFINA.
20 . . . Galla *fistula plumbea urbana, notizie degli scavi 1885 p. 187.*
— ATRIA GALLA.
— CANINIA GALLA.
— COTTIA GALLA.
— LABERIA GALLA.
— Memmia Galla.
— Numisia Galla.
— Pomponia Galla.
— Quintia Galla.
— SOSIA GALLA.
— C. VALERIVS GALLIANVS HONORATIANVS.
21 GALLICANVS senator origine Carthaginiensis, consulatu paullo ante a. 238 functus, a. 238 trucidatis qui in senatum venerant militibus populum in milites concitat *Herod. 7, 11, 3–7 (inde vit. Maximin. 20, 6; vit. Gordian. 22, 8).*
22 Gallicanus tribunus militum in exercitu Iudaico a. 67 *Iosephus bell. 3, 8, 1.*
23 Gallicanus declamator *Fronto de orat. 1 p. 160 Nab. (3 p. 179 Mai).*
— L. CL(AVDIVS) POLLIO IVLIVS IVLIANVS (*vel* IVLIANVS IVLIVS) GALLICANVS.
— C. CORNELIVS GALLICANVS.
— L. DOMITIVS GALLICANVS PAPINIANVS.
— M. GAVIVS SQVILLA GALLICANVS.
— Moesius Gallicanus.
— T. Flavius Gallicus.
— Iulius Gallicus.
— C. RVTILIVS GALLICVS.
— [LICINIA] GALLIENA.
24 GALLIENVS CONCESSVS vir clarissimus *diptychon eburneum Romae rep., bull. arch. municipale 1874 tab. VII cf. p. 101 seq. A P. H. Viscontio (l. c. p. 112) creditur P. Licinii Valeriani Augusti socer, Gallieni avus; et videtur vixisse saec. p. Chr. tertio.*
— IVNIVS GALLIENVS.
— IMP. CAESAR P. LICINIVS EGNATIVS GALLIENVS AVG.
— IVNIVS GALLIO.

— L. IVNIVS GALLIO.
— P. Novanius Gallio.
— Clandia Gallitta.
— IVLIA AEMILIA [G]ALLITTA.
25 Gallius (*vel* Gallus): eum adloquitur *Iuvenalis sat. 16, 1.*
26 M. GALLIVS senator: ab hoc Tiberins puer testamento adoptatus hereditate adita mox nomine abstinuit, quod Gallius adversarum Augusto partium fuerat *Suet. Tib. 6.* Idem nt videtur memoratnr ut Antonianus *Cic. Phil. 13, 12, 26, cf. etiam ad Att. 10, 15, 4. 11, 20, 2, ad fam. 8, 4, 1.*
27 C. GALLIVS LVPERCVS C. f., triumvir monetalis sub Augusto *(cf. Mommsen hist. rei numm. p. 744 not. 15) nummi aenei ap. Cohen I² August. 434—436.*
28 GALLONIVS AVITVS, legatus Thraciarum, ad quem dedit Aurelianus epistulam *ap. Vopiscum quadrig. tyr. 15. Ficta omnia.*
29 Gallonius Basilius: per eum indumenta regia Claudio Ticinum mittit Gallienus moriens *Victor epit. 34.*
30 C. GALLONIVS [Q. MARCIVS?] TVRBO C. f., pr(aetor?); C. Gallonius Q. Marcius Tur[bo], fortasse pater eius *t. urbanus eph. ep. 4, 822 mutilus. Cf. infra* Q. Marcius Turbo Fronto Publicius Severus.
31 GALLONIA OCTAVIA MARCELLA clarissima femina, uxor L. Accii Iuliani Asclepiani consulis *titulus Uticensis VIII 1181.*
32 GALLVS consul suffectus tertio nundino a. 119 *act. Arv. a. 118.*
33 GALLVS cos. suff. cum Marcello sub Antonino Pio circiter ann. 149/153 mense Dec. *dipl. mil. (de anno accuratius determinando cf. Mommsen III S. p. 1988). Esse Appium (Annium) Gallum, ut consulem designatum memoratum III S. 7060, coniecit Perrot adsentiente Mommseno.*
34 GALLVS consul ord. a. 198 cum Saturnino *fasti.*
35 .... GALLVS quindecimvir [s. f., consu]laris *fragmentum Tarraconense II 4129.*
36 *C. I. GALLVS (Claudins Gallus *potius quam* C. Iulius Gallus, *Borghesi opp. 8 p. 477*) legatus pro pr. Daciae sub Severo et Caracalla (198/211) *t. Dacicus ab uno Cayrophilo descriptus III 1564.*
37 Gallus Antipater, scriptor historiae Augustae, citatur *vit. Claudii 5, 4.*
— Gallus Aquila *v.* Iulius Aquila.
38 GALLVS HOSTILIANVS imperator *Eutrop. 9, 5 (ind. Oros. 7, 21). Vide* C. Valens Hostilianus Messius Quintus Caesar *et* imp. Caesar C. Vibius Trebonianns Gallus Augustus.
39 ... NIVS GALLVS VECILIVS CRISPINVS MANSVANIVS MARCELLINVS NVMISIVS [S]ABINVS *(gentilicium videtur fuisse* Nonius *vel* Annius), L. f., tribu Stel.; [tribunus] mil. legionis XXI Rapacis, triumvir capitalis, legatus Asiae, quaestor provinciarum Ponti et Bithyniae, tribunus plebis, praetor, curator viarum Clodiae Cassiae Anniae Ciminiae Traianae novae, praefectus frumenti dandi, legatus legionum

I Italicae et II Traianae fortis, proconsul provinciae Sardiniae, sodalis Flavialis, legatus Augusti pro pr. provinciarum Galatiae Pisidiae Paphlagoniae *t. rep. prope Antiochiam Pisidiae III S. 6813. Primos honores videtur adeptus esse sub Domitiano, post cuius tempora legio vicesima prima non memoratur, legatus legionis secundae Traianae videtur fuisse sub Traiano sed ante a. 109, quo anno haec legio iam in Aegypto fuisse reperitur et sine dubio non a legato regebatur sed a praefecto.*

— C. Aelius Gallus.
— L. AFINIVS GALLVS.
— ANNIVS GALLVS.
— APP. ANNIVS GALLVS.
— APPIVS ANNIVS TREBONIVS GALLVS.
— Sex. Annius Gallus.
— ANTONINVS GALLVS.
— L. AQVILLIVS FLORVS TVRCIANVS GALLVS.
— C. ARMINIVS GALLVS.
— C. ASINIVS GALLVS.
— L. AVRELIVS GALLVS.
— A. CAESENNIVS GALLVS.
— A. CAESIVS GALLVS.
— L. CANINIVS GALLVS.
— CERRINIVS GALLVS.
— C. CESTIVS GALLVS.
— L. CESTIVS GALLVS CERRINIVS IVSTVS LV[T]ATIVS NATALIS.
— L. CESTIVS GALLVS VARENIANVS LVTATIVS NATALIS AEMILIANVS.
— CL(AVDIVS?) GALLVS.
— L. CONSIDIVS GALLVS.
— CORNELIVS GALLVS.
— Cn. (?) Cornelius Gallus.
— Crepereius Gallus.
— A. DIDIVS GALLVS.
— A. DIDIVS GALLVS FABRICIVS VEIENTO.
— P. GLITIVS GALLVS.
— HERENNIVS GALLVS.
— C. IVLIVS GALLVS.
— L. IVNIVS AVRELIVS NERATIVS GALLVS FVLVIVS MACER.
— C. LIVIN(EIVS) GALLVS.
— L. MVNATIVS GALLVS.
— M. NONIVS GALLVS.
— PLOTIVS GALLVS CELSIANVS.
— C. POMPEIVS LONGVS GALLVS.
— RVBRIVS GALLVS.
— T. RVSTIVS NVMMIVS GALLVS.

— TOGONIVS GALLVS.
— M. Valerius Romulus Timotheus V[e]nul[e]ianus V[e]nuleius Gallus.
— Vibius Gallus.
— IMP. CAESAR C. VIBIVS AFINIVS GALLVS VELDVMNIANVS VOLVSIANVS AVG.
— IMP. CAESAR C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
— VIPSTANVS GALLVS.

40 Gannys Elagabali educator, in pugna contra Macrinum dux *Dio 78, 38.* Ab Elagabalo occisus *Dio 79, 6.* Memoratur *Dio 78, 39.*

41 GARGILIVS ANTIQVVS proconsul Asiae sub Hadriano (ante mortem Sabinae ut videtur) *t. Laodicensis, ap. Ramsay American journal of archaeology 3 (1887) p. 345. Fortasse pater L. Pullaieni Gargilii Antiqui legati Thraciae a. 161 (cf. III S. 7394), avus eius qui sequitur.*

42 GARGIL[IVS] ANTI[QVVS] quindecimvir sacris faciundis a. 204 *act. saec. (eph. ep. 8 p. 288 cf. p. 293). Fortasse nepos eius qui praecedit, filius L. Pullaieni Gargilii Antiqui.*

— L. PVLLAIENVS GARGILIVS ANTIQVVS.

43 Q. GARGILIVS MACER ACIDINVS tribu Arn.; triumvir capitalis, tribunus militum legionis X Geminae, quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor, proconsul Cretae et Cyrenarum *II 4120.*

44 Gargilius Martialis scriptor rei rusticae; 'de hortis scripsit pulcherrime, nutrimenta olerum et virtutes eorum diligenter exposuit' *Cassiodorius de institutione divin. litt. 28; citatur a Palladio 4, 9, 9 et alibi. Ex scriptis eius complura ad nos pervenerunt, alia sine nomine eius et coniectura tantum ad eum relata, ut medicinae ex oleribus et pomis, adiunctae ad Plinianae medicinae libros tres (cf. Plinii Secundi quae fertur una cum Gargilii Martialis medicina ed. Valent. Rose, 1875), alia sub nomine Martialis (cf. A. Mai class. auctor. 3, 418) vel etiam Gargilii Martialis (cf. Schneider scriptores rei rusticae 4, 1, 168). Vixit Martialis saec. p. Chr. tertio, cum laudaverit Galenum, ipse adhibitus sit a Palladio.* — Gargilius Martialis scriptor historiae Augustae *vit. Probi 2*, Gargilius scriptor temporis Severi Alexandri *vit. Alex. 37, videtur idem esse. Nec diversus fortasse is qui sequitur.*

45 Q. Gargilius Martialis, Q. Gargilii Martialis et Iuliae Primae filius, eques Romanus, militiae petitor *t. prope Auziam Mauretaniae repertus Eph. ep. 5, 1300;* eques Romanus, decurio Auziae et Rusguniis; praef. cohortis primae Asturum in Britannia, tribunus cohortis Hispanorum in Mauretania; [a] mil(itiis); praepositus cohorti singularium et vexillationi equitum Maurorum 'in territorio Auziensi praetendentium'; eius virtute ac vigilantia Faraxen rebellis cum satellitibus suis captus et interfectus; periit 'insidiis Bavarum deceptus' a. 260 vel paullo ante; ei dedicatus titulus ab ordine coloniae Auziensis d. 26 Mart. 260 *t. Auziensis VIII 9047. Fortasse idem qui praecedit, cf. Cichorius Leipziger Studien zur class. Philologie 10, 1887 p. 319 seq.*

Digitized by Google

46 Gargonius (*codices Senecae interdum* Gorgonius, *semel [contr. 10, 5, 25]* Gargius), declamator, Buteonis auditor, postea scholae quoque successor *Seneca contr. 1, 7, 18.* Citatur vel vituperatur a *Seneca suas. 2, 16; 7, 14; contr. 9, 1, 15; 10, 5, 25. Eundem esse Gargonium notatum ab Horatio sat. 1, 2, 27* ('facetus pastillos Rufillus olet, Gargonius hirrum') *1, 4, 92 coniecit Bentleius.*

47 .. Gargonius [P]raesens, C. f., tribu Pol., praefectus vigilum *t. Faventinus XI 629.*

— Trebonius Garutianus.

48 Gaudianus: ab eo deceptus Gordianus III *vit. Gord. 25.*

49 Gaudiosus dux ex disciplina Probi *Vopiscus vita Probi 22.*

— P. TEBANVS GAVIDIVS LATIARIS.

— MARCIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS.

50 GAVIDIA TORQVATA, L. Annii Italici Honorati, legati legionis XIII Geminae sub Caracalla vel Elagabalo, uxor *tituli Apulenses III 1071. 1072.*

— ACILIA GAVINIA FRESTANA.

51 Gaviomarus (Γαϊοβόμαρος *traditur; nomen correxit et interpretatus est Müllenhof Herm. 2 p. 318*) rex Quadorum interfectus a Caracalla *Dio 77, 20.*

52 (GAVIVS) ..... *T. Tiburtinus XIV 4238 mutilus:* ... [tr. pl.?] candid., q[uaest., tr. mil.] leg. IIII Fl., Xv[ir. stl. iud.], fotiali, Gav[ia ..] Bassilla sor[or et] ... Procula fil[ia] .. heredes ex [test.].

53 M. Gavius Apicius (Μάρκος Γάβιος 'Απίκιος *Dio 57, 19,* M. Apicius *Plin. h. n. 8, 209; 9, 66,* 'Απίκιος Μάρκος *Suidas s. v.;* Apicius *passim; alius Apicius, item propter luxuriam famosus, vixit temporibus Marianis, teste Posidonio ap. Athenaeum 4 p. 168[d], unde colligi potest Apicii nomen M. Gavio propter luxuriam demum inditum esse).* Homo dives et prodigus *Tac. a. 4, 1;* 'nepotum omnium altissimus gurges' *Plin. h. n. 10, 133;* ut homo gulosus memoratur *Seneca dial. 7, 4, ep. 99, 42; 120, 19; Iuvenal. 4, 23.* Dicebatur Seianus adulescens eius παιδικά fuisse *Tac. a. 4, 1; Dio 57, 19.* Sestertium milies dapibus consumpsit *Seneca dial. 12, 10, 9* (sestertium sescenties *Martial. 3, 22*), singulis commissationibus 'tot principum congiaria et ingens Capitolii vectigal' *Seneca l. c., unde colligi potest eum amicitia principum ditatum, fortasse redemptorem Capitolii fuisse;* cum computavisset sibi sestertium centies superfuturum, veneno vitam finivit *Seneca dial. 12, 10, 9; Martialis 3, 22; Dio 57, 19; Isidor. or. 20, 1, 1.* Memoratur ut particeps convivii alicuius una cum Iunio Blaeso, Asconio Pediano, aliis *Suidas s. v.* Μᾶρκος *(= Aelian. fr. 110 Hercher).* Ostreorum causa navigat in Africam *Athenaeus I p. 7.* Περὶ τῆς 'Απικίου τρυφῆς scripsit Apio grammaticus *Athenaeus VII p. 294.* Scientiam popinae professus *Seneca dial. 12, 10, 8.* Inventa eius et praecepta in hac scientia citat *Plinius h. n. 8, 209; 9, 66; 10, 133; 19, 137. 143;*

*num ipse praecepta haec litteris tradita reliquerit, dubium; certe non ab hoc compositi sunt Caelii Apicii de re coquinaria libri qui extant.* 'Coquinae apparatum Apicius quidam primus composuit' *Isidor. or. 20, 1, 1.* L. Aelius Caesar 'Ovidii ab aliis relata, idem Apicii libros amorum in lecto semper habuit' *vit. Aelii 5, 9 (ubi locum videtur mutavisse vocabula Ovidii et Apicii).* 'Apicius auctor praecipiendarum cenarum, qui scripsit de iuscellis' *schol. ad Iuv. sat. 4, 23.* Eum imitari studuit Elagabalus *vit. Elag. 18, 4; 20, 5; 24, 3.* Nomen ponitur ad homines gulosos vel delicatos significandos *Martial. 2, 69, 3; 2, 89, 5; 10, 73, 3; Iuvenal. 11, 3; Tertullian. de pallio 5, de ieiun. 12.* — Alius Apicius qui vixit sub Traiano memoratur *Athenaeus I p. 7ᵈ.*

54 M. GAVIVS APPALIVS MAXIMVS T. f., tribu Vel., clarissimus vir, quaestor Aug., legatus provinciae Narbonensis; sodalis Hadrianalis *t. Tusculanus XIV 2607. Parentela videtur fuisse coniunctus cum M. Gavio Maximo et cum T. Appalio Alfino Secundo; fortasse ex hoc genitus ab illo fuerat adoptatus.*

55 Gavius Bassus (Gavius *Quint.*, Gaius Bassus *Lydus de mens.*), grammaticus, citatus a *Quintiliano inst. 1, 6, 36,* adhibitus a *Gellio 2, 4, 3; 3, 9; 3, 18, 3; 3, 19, 1; 5, 7; 11, 17, 4; Macrob. 3, 18, 2.* Liber eius de diis *Macrob. sat. 1, 9, 13 cf. 3, 6, 17; Lactantius inst. 1, 22, 9; Lydus de mens. 4, 2 p. 52 Becker. Videtur vixisse circa aetatem Augusti, cf. Gell. 3, 9, 8.*

56 Gavius Bassus, praefectus orae Ponticae *Plin. ad Trai. 21. 22. 86.*

57 GAVIVS CLARVS, senator, modicis opibus. Frontonem a prima aetate studiose coluit. Quaestor, aedilis. Praeturae sumptum ei Antoninus Pius de fisco expendit. Vero Augusto commondatus a Frontone *Fronto ad Verum II 7 p. 133—135 Nab. (p. 138/9 Mai.).*

58 Q. Gavius Fulvius Proculus, Q. f., Q. nepos, Q. pronepos, Q. abnepos, Q. adnepos, tribu Fal. (origine Caiatinus), tribunus cohortis quintaedecimae voluntariorum, tribunus legionis octavae Augustae; patronus Caiatinorum *X 4579. Fortasse frater, certe affinis eius qui sequitur.*

59 Q. GAVIVS FVLVIVS TRANQVILLVS, Q. f., tribu Fal. (origine Caiatinus); quaestor urbis, quaestor provinciae Narbonensis; patronus Caiatinorum *X 4580.*

60 M. Gavius Maximus. *Tituli: Firmani tres IX 5358 (1). 5359 (2). 5360 (3); Trevirensis Brambach 798 (4); Noricus III 5328 (5). Memoratur in titulis urbanis VI 1009 (6); Bull. dell' Inst. arch. 1885 p. 250 (7); 254 (8); 255 (9), item ut videtur in signaculo IX 6083, 125 (10).*

M. Gavius Maximus *t. 1 itemque fere t. 4. 5 (praenomen exhibet etiam t. 2),* M. G. M. *t. 10, plerumque* Gavius (Cavius *codex Frontonis*) Maximus. M. f. *t. 1. 3. 4. Origine sine dubio Firmanus, ut ostendunt tituli Firmi ei positi.* Tribu Palatina *t. 1, fortasse, ut coniecit Mommsen, quod erat filius libertini. De vita eius ante prae-*

*fecturam praetorii nihil compertum est* ([pr]oc. Aug. *in t. 3 videtur spectare ad eum qui titulum posuit).* Praefectus praetorio Antonini Pii *vit. Pii 8, 7, cf. t. 1–10,* cum (Sex.) Petronio Mamertino *t. 6–9 (cuius nomen constanter ipsius nomini praepositum est),* a. 139 *t. 7,* a. 140 *t. 6,* a. 142 *t. 8,* a. 143 *t. 9;* usque ad vicensimum annum praefecturae cum pervenisset, successorem accepit Tatium Maximum (anno ut videtur 158) *vit. Pii l. c.* Consularibus ornamentis ornatus *t. 1. 2 cf. vit. Pii 10, 6.* Vir severissimus *vit. Pii 8, 7.* 'Clarissimus et nobis observandus vir' *Fronto ep. ad M. Aurel., inter epistulas ad Antoninum Pium 4 (p. 167 Naber).* Ad eundem dedit Fronto epistulam quae est *ad Pium 7 (p. 168 Nab.).* — *Fortasse filius eius* M. Gav... M[aximus?], tribu Vel. *t. Firmanus IX 5479; cf. etiam supra* M. Gavius Appalius Maximus. — *Nullus fuit* C. Gavius Strabo Maximus C. f., consul *VI 5, 3115* (titulus ficticius).*

61 M. GAVIVS ORFITVS (*sic plene VI 164 et dipl. mil. anni 165, plerumque* Orfitus) consul ord. a. 165 cum L. Arrio Pudente *fasti.*

— PONTIVS GAVIVS MAXIMVS.

— L. FVLVIVS GAVIVS N[VMISIVS] .... AEMILIANVS.

— L. FVLVIVS GAVIVS NVMISIVS PETRONIVS AEMILIANVS.

62 Gavius Sabinus (*pro* Gav- *codices modo* gab-, *modo* cav-, *semel* grav-, *suas. 2, 5 autem* al-) declamator *Seneca suas. 2, 5, contr. 7, 1, 16; 2, 1. 6, 19. 21.*

63 GAVIVS SATVRNINVS clarissimae memoriae vir *t. Hispellas XI 5270.*

64 C. Gavius Silvanus. *Nomen plenum exhibet titulus Taurinensis V 7003,* Gavius Silvanus *Tac.* — L. f. *tit.*, tribu Stellatina *id.*, origine sine dubio Taurinensis. Primipilaris legionis octavae Augustae *t.* Donis militaribus donatus a divo Claudio bello Britannico *t.*, *fortasse cum in legione octava Augusta centurio esset (cf. Hübner CIL. VII p. 305).* Tribunus coh. secundae vigilum, tribunus coh. decimae tertiae urbanae, tribunus cohortis duodecimae praetoriae *t.* Patronus coloniae Taurinensis *id.* Particeps coniurationis Pisonianae a. 65; ea patefacta sua manu perit *Tac. a. 15, 50. 60. 71.*

65 Gavius Silo causas agit Tarracone, praesente Augusto *Seneca contr. X pr. 14.* Declamationes eius citantur *Seneca contr. X, 2, 7. 16; 3, 14; 4, 7; 5, 1.*

66 M. GAVIVS SQVILLA GALLICANVS. *Memoratur in titulo Lesbio filiae, Eph. ep. 2 p. 6 n. 23 cf. p. 21 not.* — Μάρκος Γάβιος [Σ]κυΐλλα(ς) (ΕΚΥΙΛΑΑ *traditur cas. 2)* Γαλλικανός *tit. Lesbius; in consulatu* M. Squil. Gal. *XV 1431,* M. Squil. Ga. *XV 1432,* M. Squi. Cal. *XV 1430,* Squilla *XV 40. 1045,* [Sq]uilla *XIV 3679,* Squill. *XV 77,* Squil. *XV 1210; alibi* Gallicanus. Consul ord. a. 127 cum T. Atilio Rufo Titiano *fasti.* Ὑπατικός *tit. Lesbius.* Uxor Pompeia Agrippinilla, filia Cornelia Cethegilla *ib.* — Nescio qua parentela cum eo coniunctus M. Gavius M. f. Pob. Squillianus, Veronensis ibique honoribus functus *V 3401*

67 M. GAVIVS SQVILLA GALLICANVS (Squilla Gallicanus *Fronto; in consulatu* M. Gavius Sq...lla Gallicanus *II S. 5992, praeterea* Gallicanus), filius sine dubio eius qui praecedit, consul ord. a. 150 cum Sex. Carminio Vetere *fasti.* Ad eum ut videtur, non ad patrem dedit Fronto epistulam *ad am. I 25 p. 188 Nab., I 27 p. 212 Mai,* qua videtur agi de filio eius causam aliquam agente.

— *C. GAVIVS STRABO MAXIMVS *v. sub* M. Gavius Maximus *(n. 60) fin.*

68 Q. GAVIVS STAT[IV]S HELVIVS POLLIO (Statius *om. act. a. 118*) ex pueris senatorum filiis Arvalibus ministrantibus a. 118. 120 *act. Arv.*

69 C. Gavius Tertul[lus]..... Peregrinus procurator *(Augusti?) VI 1612.— Fortasse huius filia* [T]ertulla Gavia *VI 18895.*

70 GAV[IA?] .. BASSILLA soror senatoris *XIV 4238.*

71 Gavia Fabia Rufina, M. f., uxor M. Aurelii ... procuratoris summarum rationum *X 1785.*

72 [G]AVIA PROCVLA [c]l(arissima) f(emina), mater P. Flavii Menandri Africani clarissimi iuvenis *X 3855.*

73 C. GAVIVIVS MAXIMVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338.*

74 Gellianus, Nymphidii Sabini amicus, ab eo in Hispaniam ad Galbam missus *Plut. Galba 9. 13.*

— Sp. Turranius Proculus Gellianus.

— FABATIA POLLA FABIA DOMITIA GELLIOLA.

75 A. Gellius, qui scripsit Noctium Atticarum volumina viginti. *De vita eius cf. Friedländer Sittengesch. III[5] p. 470 seq.* Discipulus Sulpicii Apollinaris grammatici *ipse 4, 17, 11; 11, 15, 8; 12, 13, 1; 13, 20, 1; 16, 5, 5; 18, 4, 1; 19, 13, 1; 20, 6* quem audivit adulescens colloquentem cum (Sex.) Erucio Claro praefecto urbis (sub Antonino Pio, circa annum 146) *7, 6, 12.* Sectatur etiam Antonium Iulianum rhetorem *9, 1, 2; 9, 15, 1; 15, 1, 2; 18, 5, 1; 19, 9, 2,* item Favorinum *1, 21, 4; 2, 22, 1; 2, 26, 1; 3, 1, 1; 3, 19, 1; 4, 1, 1; 8, 2; 9, 8, 4; 12, 1, 1; 13, 25, 2; 14, 1, 1; 14, 2, 11; 16, 3, 1; 17, 10, 1; 17, 19, 1; 18, 1; 18, 7, 2; 20, 1, 2;* Frontonis quoque familiaritate utitur *2, 26, 1; 13, 29, 2; 19, 8, 1; 19, 10, 1; 19, 13, 1.* A praetoribus lectus in iudices 'ut iudicia quae appellantur privata susciperet' *14, 2, 1;* a consulibus iudex extra ordinem datus *12, 13, 1.* Iuvenis moratur Athenis studiorum causa *1, 2, 1; 2, 21, 1; 15, 2, 3 cf. praef. 4. 10;* ibi in familiaritatem pervenit Herodis Attici consularis *1, 2; 9, 2; 18, 1; 19, 12,* vidit Peregrinum Protea *8, 3; 12, 11, 1.* A noctibus longinquis, quae in agro terrae Atticae studiis impendit, commentationibus suis nomen indidit Noctium Atticarum *praef. 4. De mentionibus Noctium Atticarum apud posteros, et usu eorum, cf. Hertz in ed. mai. (1885) II p. seq.* — Liberos suos memorat *praef. 1. 23.*

76 Gellius Bassus epistrategus septem nomorum sub Hadriano, paullo ante a. 135 ut videtur *papyrus Graece scripta, Urkunden aus den königl. Museen zu Berlin fasc. I n. 19.*

Digitized by Google

77 GELLIVS MAXIMVS, medici filius, legatus legionis quartae Scythicae in Syria a. 219 imperium affectans occiditur *Dio 79, 7.*

78 GELLIVS PVBLICOLA, quaestor C. Silani in Asia, eiusdem a. 22 accusator *Tac. a. 3, 67. Cum Prosper post nomina consulum anni 39 exhibeat* Publicola et Nerva, *hunc Gellium Publicolam consulem a. 40 cum M. Cocceio Nerva fuisse putaverunt nonnulli; sed Prosper mero errore nomina consulum anni u. c. 718 videtur repetivisse, cf. Mommsen Korrespondenzblatt d. Westdeutschen Zeitschr. 7, 1888 p. 58 not. 2.*

79 L. GELLIVS PVBLICOLA (Poplic- *plerumque scribitur*) a. u. c. 712 cum insidias M. Bruto et C. Cassio pararet, deprehensus, M. Messallae fratri condonatur *Liv. ep. 122; Dio 47, 24;* nihilominus ad Caesarem et Antonium transfugit *Dio l. c.* Consul ord. a. u. c. 718 cum M. Cocceio Nerva *fasti.* In pugna Actiaca classis Antonianae dux *Velleius 2, 85; Plut. Ant. 65. 66. Num supervixerit pugnae Actiacae, incertum.* Mater eius Polla *Dio l. c.* Uxor Sempronia L. f. *CIAtt. III 866. — Fortasse non diversus ab hoc* L. Gellius Poplicola, L. f., duovir Minturnis *X 6017.*

— GELLIVS RVTILIVS LVPVS *v. sub* Rutil-.

80 Q. GELLIVS SENTIVS AVGVRINVS proconsul (Macedoniae) sub Hadriano *III 586.* Idem fortasse Sentius Augurinus carminum scriptor *Plinius ep. 4, 27 (ubi ante repertum titulum III 586 Serium pro Sentio scribendum esse coniecerat Borghesius opp. 6 p. 299) 9, 8.*

81 L. GELLIVS SEVERVS L. f. tribu Ter., quaestor sub Antonino Pio, adest scribendo senatus consulto de Cyzicenis *III S. 7060.*

82 GELLIA AGRIPPINA clarissima puella *VI 1424* (Glaucopi *et* Veneri *signa non ad Agrippinam spectare videntur, sed ad eos qui titulum posuerunt).*

— Herennius Gemellinus.

— Virdius Gemellinus.

83 Gemellus, Alexandri Herodis regis filii, cum Romae degeret moderator, ab Herode aula expulsus *Iosephus ant. 16, 8, 3.*

84 Gemellus proc(urator) [Augusti?] *XII 4186.*

— P. AELIVS GEMEL(L)VS.

— VERANIA GEMINA.

85 Geminius, eques Romanus, amicus Seiani, a. 33 damnatus *Tac. a. 6, 14.*

86 C. Geminius (*var. lect.* C. Germanus, G. Germanius) amicus Corellii Rufi et Plinii *Plin. ep. 1, 12, 9.*

87 C. RVFVS GEMINIVS *Dio 58, 4. V.* C. Fufius Geminus.

— C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO CORNELIVS POLLIO SQVILLA Q. VVLCACIVS SCVPPIDIVS VERVS.

88 Geminius Festus rationalis temporibus Carini *t. urbanus Bull. comunale 1889 p. 31,* eodem officio functus etiam sub Maximiano *Eph. ep. 4 p. 278 n. 795.*

— C. BVLTIVS GEMINIVS MARCELLVS.

89 Q. GEMINIVS MARCIANVS Q. f. tribu Quir., clarissimus vir, quaestor candidatus a duobus imperatoribus (Caracalla et Geta, a. 211/2) designatus *titulus Thibilitanus VIII 5528.*

— P. IVLIVS GEMINIVS MARCIANVS.

90 Geminius Maternus: ad eum rescripsit imp. Antoninus *Cod. Iust. 4, 26, 1. Videtur fuisse praeses vel procurator provinciae alicuius.*

91 GEMINIVS MODESTVS, praetorius vir, maritus Sabiniae Celsinae *titulus Cirtensis VIII 7054.*

— ...AL... GRAN.... .... GRATTIVS .... GEMINIVS R....

92 T. Gem[i]nius Rufinus procurator duorum Augustorum (Marci et Veri) in Pannonia *III 4117.*

— C. BVLTIVS GEMINIVS TITIANVS.

93 GEMINIVS TVTICIVS AEMILIANVS clarissimus vir, patronus regionis Hortensianae nescio cuius oppidi a. 241 *tit. Salerni descriptus X 521.*

— AFINIA GEMINIA BAEBIANA.

94 GEMINIA BASSA clarissima femina *fistula urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 134.*

95 GEMINIA VVLCACIA, Q. Octavii Volusii Thuscenii .... uxor *tit. Uticensis VIII 1182 = VIII S. 14312.*

96 GEMINVS: ei rescripsit imp. Pius *Dig. 48, 6, 6. Praeses provinciae ut videtur.*

97 GEMINVS, praetor ... *titulus suspectus (ab uno Theulio Veliterno traditus) X 6554.*

98 Geminus (Geminas *traditur utroque loco*) multum potuit apud Verum *vita Veri 9,* apud Marcum et Verum *vita Marci 15.*

99 Geminus comoedus: eo magistro usus est M. Aurelius adulescens *vita Marci 2.*

— M. ARTORIVS GEMINVS.

— ATIDIVS GEMINVS.

— TI. CLAVDIVS SERVILIVS GEMINVS.

— P. CORN[EL]IVS GEMINVS.

— A. DVCENIVS GEMINVS.

— Q. F(ABIVS) IVLIANVS OPTATIANVS L. FABIVS GEMINVS CORNELIANVS.

— C. FVFIVS GEMINVS.

— M. HELVIVS GEMINVS.

— C. IVLIVS GEMINVS CAPELLIANVS.

— LIVIVS GEMINVS.

— T. PRIFERNIVS PAETVS ROSIANVS GEMINVS.

— L. RVBELLIVS GEMINVS.

— L. Rubellius Geminus Caesianus.

— *TALIVS GEMINVS.

— TERENTIVS TVLLIVS GEMINVS.

— Q. VARIVS GEMINVS.

Digitized by Google

— Virdius Geminus.
— M. Cocc(eius) Genialis.
— Flavius Genialis.
— Iulius Genitor.
— Q. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS GENTIANVS.
— LOLLIANVS GENTIANVS.
— D. TERENTIVS GENTIANVS.
— L. TVTILIVS PONTIANVS GENTIANVS.

100 Genucius Marin[ia]nus *fistula plumbea, Bull. com. 1887 p. 255.*

101 Gepaepyris *(olim propter nummum non recte lectum, ap. Eckhel 2 p. 375, credebatur dicta esse Pepaepiris)* Mithridatis, regis Bosporani sub Claudio, uxor (vel mater) *nummi inscripti* βασιλίσσης Γηπαιπύρεως *ap. Koehne musée Kotschoubey II p. 215. 216; Buratschkov catal. numm. tab. 26 n. 93. 94.*

102 Gerellanus, tribunus cohortis praetoriae *Tac. a. 15, 69.*
— GERMANICVS *v.* GERM. IVLIVS CAESAR.
— CAERELLIA GERMANILLA.
— [P]OMPONIA GERMANILLA.
— T. Flavius Germanus.
— L. TREBIVS GERMANVS.
— M. IVLIVS GESSIVS BASSIANVS.

103 Gessius Florus *(sic Iosephus et Tacitus,* Γεστ- *pro* Gess- *Sync.,* Cest- *Hieronymus,* Fest- *Sulp. Sev.)* origine Clazomenius, in matrimonio habens Cleopatram Poppaeae amicam *Iosephus 20, 11, 1,* Albino succedit in procuratione Iudaeae *Iosephus bell. 2, 14, 2, ant. 20, 9, 5. c. 11, 1; Tac. hist. 5, 10; Eusebius chron. (vers. Arm. ad a. 2079; Hieronymus ad a. 2080; Syncellus p. 637, 2),* a. 64 *Ioseph. ant. 20, 11, 1.* Faeinora eius, et quomodo Iudaeos exacerbaverit ad bellum Romanis inferendum, narrat *Ios. bell. 2, 14, 2–9 c. 15. 16. 17. 18, 1, c. 19, 4, c. 20, 1 cf. ant. 18, 1, 6; 19, 9, 2; 20, 11, 1 (ex Iosepho Eusebius h. eccl. 2, 29; Hieronymus chron. ad a. 2084; Syncellus 637, 3); cf. Sulpic. Sever. chron. 2, 29.*

104 Gessius Marcianus, Syrus ex urbe Arce, procurationibus quibusdam functus *Dio 78, 30,* maritus Iuliae Mamaeae *ib. (Ad has nuptias cum viro equestris dignitatis videtur pertinere privilegium concessum Iuliae Mamaeae, ut in consulari dignitate permaneret, memoratum ab Ulpiano Dig. 1, 9, 12; cf. Mommsen Staatsr. III p. 468 not. 4). Non recte a Marinio (Arv. p. 509) idem habitus est M. Iulius Gessius Bassianus frater Arvalis anno 213, ut monuit O. Hirschfeld Göttinger Gel. Anzeigen 1869 p. 1512.* Pater Bassiani (imperatoris Severi Alexandri) *Dio l. c.* Huius ut videtur Marciani filia generque caesi a. 218 *ib. c. 34.*

105 Geta servus, cum Scribonianum Camerinum se ferret, turbas excitavit; mox agnitus et interfectus *Tac. h. 2, 72.*

Digitized by Google

— CN. HOSIDIVS GETA.
— M. HOSIDIVS [GET]A.
— Q. Hosidius Geta.
— Lusius Geta.
— P. Septimius Geta.
— P. SEPTIMIVS GETA.
— P. (*vel* L.) SEPTIMIVS GETA CAESAR.
— C. VITORIVS HOSIDIVS GETA.

106 Gillo, a femina, cum qua commercium stupri habuit, heres ex deunce relictus *Iuvenalis 1, 40.*

107 Gillo, servus Aureliani, cui dominus plurimum detulit *vit. Aurel. 50.*
— M. FVLVIVS GILLO.
— Q. FVLVIVS GILLO BITTIVS PROCVLVS.

108 Glabrio vir illustris (ὁ πάνυ), amicus ut videtur Aristidis *Aristides* ἱερῶν λόγος *IV (I p. 530 Dindorf). Proconsulem Asiae (sub Antonino Pio) eum fuisse coniecit Waddington mém. de l'acad. des inscr. 26, 1 (1867) p. 246 cf. fastes des prov. asiat. n. 140 referens ad eum verba Aristidis paullo post subiecta:* ὁ σοφιστής, οὗ μικρῷ πρόσθεν ἐμνήσθην, ἦρχεν; *sed res incerta est.*
— M. ACILIVS GLABRIO.
— M'. ACILIVS GLABRIO.
— M'. ACILIVS GLABRIO CN. CORNELIVS SEVERVS.
— M. ACILIVS MEMMIVS GLABRIO.

109 Glaphyra, Archelai regis Cappadocum filia, nubit Alexandro, Herodis Iudaeorum regis filio *Iosephus ant. 16, 1, 2 cf. bell. 1, 23, 1.* Ex eo mater fit duorum filiorum Tigranis et Alexandri *id. bell. 1, 28, 1, ant. 17, 1, 2.* Vicissitudines eius in aula Iudaeorum usque ad mortem mariti narrat *Iosephus bell. 1, 24, 2. 3, c. 25, 1. 5, ant. 16, 7, 2. 4, c. 8, 6, c. 10, 1. 7.* Post mortem mariti cum dote remittitur ad patrem *id. bell. 1, 28, 1, ant. 17, 1, 1.* Postea nupsit Iubae regi Mauretaniae *id. bell. 2, 7, 4, ant. 17, 13, 4.* Ab hoc ut videtur repudiata *(non post mortem Iubae, ut ait Iosephus, cf. sub Iuba)* nupsit a. 750 vel paullo post Archelao ethnarchae, prioris mariti fratri *id. ant. 17, 13, 1. 4, bell. 2, 7, 4.* Moritur c. a. p. C. 6 *ibid. — Ad eam videtur spectare titulus Atheniensis CIAtt. 3, 549 cf. Mommsen eph. ep. I p. 277.*

110 Glaphyrus una cum citharoedo et choraule nominatur a *Iuvenal. 6, 77; cf. Martial. 4, 5, 8. Fortasse idem* Ti. Claudius Glaphyrus choraules Actionica et Sebastonica *VI 10120. Eiusdem nominis tibicen est etiam anth. Pal. 9, 517. Cf. Friedlaender Sitteng. II*[6] *p. 627.*

111 Glaucia *(sic Martial. 6, 29) vel* Glaucias *(sic Martial. 6, 28)* Atedii Melioris libertus, deliciae patroni, defunctus annorum tredecim *Martial. 6, 28. 29.* Epicedium in eum scripsit *Statius silv. 2, 1 cf. 2 praef.* Sepultus ad viam Flaminiam *Statius l. c. 176, Mart. 6, 28, 5.*
— M. MARCIVS BIETIS GLAVCVS.

112 Glitius, primus maritus Vistiliae, matris Corbulonis et Caesoniae Gai principis *Plinius h. n. 7, 39.*

113 P. GL[ITI]VS .... ANVS *(nomen non ita certum, nam pro* GL... *in titulo Faleriensi Michaelis descripserat* CL.. *cogitans de Cilnio,* Gl[it]- *proposuit Garruccius, idque videtur confirmari altero titulo Faleriensi XI 3097),* P. f., triumvir aere argento auro flando feriundo, salius Palatinus, quaestor [T. C]aesaris *(cf. Mommsen Staatsr. II² p. 570 not. 2),* praetor, flamen Augustalis, hasta pura donatus per censuram (a. 73 vel 74) ab imp. Vespasiano Caes. Aug. et Tito imp. Caesare Aug. f., consul (suffectus a. inc.) *t. Faleriensis XI 3098.*

114 Q. GLITIVS ATILIVS AGRICOLA. *Tituli Taurinenses omnes, V 6974 (1). 6975 (2) scripti ante obitum Nervae, 6976—6981 (3—8) scripti post secundum consulatum a. 103, 6982—6987 [6984 = CIG. 6763] frag menta incerti temporis (9—14).*

*Nomen plenum exhibent t. 2. 6. 8, item dipl. mil. anni 103 (CIL. III p. 864).* P. f. *t. 2. 6. 8. 9. 10.* Tribu Stellatina *t. 1. 3. 4. 6. 8–10,* origine sine dubio Taurinensis *(cf. V 7087. 7088).* Sevir turmae equitum Romanorum *t. 1. 2.* Decemvir stlitibus iudicandis *t. 1. 2.* Tribunus militum legionis I Italicae *t. 1. 2.* Quaestor divi Vespasiani *t. 1. 2 cf. t. 7.* Aedilis curulis *t. 1. 2.* Praetor *t. 1. 2. 3. 4. 7.* Legatus (iuridicus) citerioris Hispaniae *t. 1. 2. 3. 4. 7.* Legatus legionis VI Ferratae *t. 1 2. 3. 4. 5. 7.* Legatus pro pr. imp. Nervae pro pr. provinciae Belgicae *t. 1. 2. 3. 4. 5. 7.* Consul *t. 2* (suff. a. inc. sub Nerva). Septemvir epulonum *t. 1–8.* Legatus pro pr. imp. Traiani provinciae Pannoniae, donatus ab imp. bello Dacico donis militaribus *t. 3–7.* Consul II *t. 3. 4. 6–8,* cum M'. Laberio Maximo II a. 103 d. 19 Ian. *dipl. mil., suffectus sine dubio idibus Ianuariis in locum Traiani consulis quintum.* Sodalis Augustalis Claudialis *t. 3–8.* Praefectus urbi *t. 7.* — Atili Agricolae ser(va) *VI 14740.*

115 Q. Glitius Felix, Vergilianus poeta *VI 638. 639.*

116 P. GLITIVS GALLVS. *Tituli: Andrius, CIG. 2349 i vol. II p. 1068 (1); Faliscus XI 3097 semel tantum et male descriptus (2). Praenomen dant tituli,* Glitius Gallus *Tac.* (P. Glitio l. Gal. *traditur nomen in t. 2).* Tribunus militum legionis, triumvir capitalis *t. 2.* Quaestor prov. Hispaniae(?) *t. 2* (o p vehis p q *traditur; secutus sum Mommsenum).* A. 65 ab Afranio Quintiano amico coniurationis in Neronem insimulatus et in exilium actus *Tac. a. 15, 56. 71,* comitante uxore Egnatia Maximilla *ib.* Ab Andriis, apud quos videtur exul egisse, statua honoratus una cum uxore *t. 1.* Titulus sepulcralis ei positus ab uxore Faleriis *t. 2.* — *Non huius, sed hominis ex eadem stirpe libertus* L. Glitius [G]liti Galli [lib.]... *V 5345 (Comi).*

117 Glyco athleta *Horat. ep. 1. 1, 30,* origine Pergamenus *anth. Pal. 7, 692; cf. Fränkel Inschriften v. Pergamon n. 534. 535.*

118 Glyco, tragoedus *Persius sat. 5, 9.* Vergilii tragoedi servus, libertatem nanciscitur per Neronem *schol. Pith. ad Pers. l. c.*

119 Glyco Spyridion (Glyco cui Spiridion fuit cognomen *Quint. inst. 6, 1, 41*) rhetor *Seneca rhetor passim (cf. ind. Kiesslingii p. 540).* Memoratur *Quint. inst. 6, 1, 41.*

— GNAEA SEIA HERENNIA SALLVSTIA BARBIA ORBIANA AVGVSTA *v. sub* Seia.

120 M. Gongius Nestorianus *(praenomen habet solus tubus plumbeus)*, procurator trium Augustorum (*i. e.* sub finem imperii Severi) vectigalis ut videtur Illyrici *tit. Poetorionensis III 4024.* Praefectus classis Ravennatis inter annos 214 et 217 *dipl. mil. (CIL. III S. p. 1996).* Nomine eius inscriptus tubus plumbeus urbanus *Notizie degli scavi 1888 p. 135.*

— VLPIA GORDIANA.

— IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS AVG.

— IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS SEMPRONIANVS ROMANVS AFRICANVS AVG.

— AVRELIVS GORDIANVS.

— TI. CLAVDIVS GORDIANVS.

— Maecius Gordianus.

— VELIVS CORNIFICIVS GORDIANVS.

— CLAVDIVS GORGVS.

121 Gotarzes rex Parthorum. *Cf. Gutschmid ap. Ersch u. Gruber allgemeine Encyklopädie sect. I vol. 75 p. 36 seq. = Kleine Schriften III p. 43 seq., Geschichte Irans p. 123 seq.* Gotarzes *Tacitus,* Καταρδ- *vel* Ἰκοταρδ- *traditur ap. Iosephum ant. 20, 3, 4; in nummis ap. Gardner Parthian coinage p. 49 tab. V n. 18 seq., plerumque legitur* βασιλέως βασιλέων Ἀρσάκου εὐεργέτου δικαίου ἐπιφάνους φιλέλληνος, *nomine proprio solito more suppresso, sed semel* βασιλέως βασιλέων Ἀρσάκου ἐπιφάνους δικαίου εὐεργέτου Γωτάρζου; *de alio nummo, in quo dicitur esse* Γωτέρζης βασιλεὺς βασιλέων ὑὸς ΓΕΚΑΛΥΜΕΝΟΣ Ἀρταβάνου, *cf. Olshausen Sitzungsberichte der Berliner Akademie 1878 p. 176 et Gutschmid Geschichte Irans p. 123.* — Frater Vardanis *Iosephus ant. 20, 3, 4, Tac. a. 11, 9,* filius Artabani *Iosephus l. c. Artabani filium adoptivum fuisse coniecit Olshausen Sitzungsberichte der Berliner Akademie 1878 p. 177.* Artabanum fratrem coniugemque et filium eius e medio tollit *Tac. a. 11, 8.* A fratre Vardane regno pulsus *Tac. a. 11, 8.* Bellum renovat auctus Daharum Hyrcanorumque opibus; mox pace composita sponte in Hyrcaniam cedit *Tac. a. 11, 8. 9.* Vardane insidiis interfecto iterum regno Parthorum potitur *Tac. a. 11, 10; Iosephus ant. 20, 3, 4 (qui de priore regno Gotarzis tacet). Regnum videtur tenuisse inde ab anno 46 certe usque ad anni 51 mensem Iunium, testibus nummis, cf. Gardner Parthian coinage p. 50, Gutschmid Geschichte Irans p. 127, 128.* Saevitia et luxu subiectis exosum se reddit *Tac. a. 11, 10;*

*12, 10.* Meherdatem Roma accitum et regem a Claudio a. 49 Parthis datum superat (a. ut videtur 50) *Tac. a. 12, 10–14.* Obit morbo *Tac. a. 12, 14,* ἐξ ἐπιβουλῆς *Iosephus l. c.* — *Nomen Gotarzis lectum est in inscriptione incisa in viva rupe prope Bisitun Curdistaniae CIG. 4674; infra dicitur legi* σατράπης τῶν σατραπ[ῶν], *alio autem loco* Γωτάρσης ΓΕΟΠΟΘΡΟΣ; *quid subsit incertum; hunc tamen Gotarzem significari putant tam Gutschmidius Kleine Schriften III p. 46 quam Olshausen l. c. p. 179.* — *Alium Gotarzem, et ipsum regem Parthorum, ex narrationibus Persarum recentiorum eruisse sibi visus est Gutschmidius Kleine Schriften III p. 107. 109. 113 (multo cautius idem Geschichte Irans p. 130. 133).*

122 GRACCHVS, praetor a. 33; ei quaestio adversus feneratores obvenerat *Tac. a. 6, 16.*

123 [G]RAC[CHVS], praetor peregrinus a. 37 *fasti Arv. (supplementum non certum).*

124 Gracchus, homo nobilis, qui munere Neronis depugnavit *Iuvenalis 2, 143–148; 8, 199–210 cf. schol. p. 195 Jahn.*

125 Gracchus, homo nobilis (patricius, nam arma saliorum tulisse dicitur), qui 'cornicini, sive hic recto cantaverat aere', denupsit *Iuvenalis 2, 117 seq. cf. schol. p. 193 Jahn.*

126 Gracchus maritus Celerinae (homo ut videtur nobilis) *Bull. com. 1896 p. 328* ([τὴν] ἐρατὴν ἰδίαν Κελερεῖναν στήσατο Γράκχος).

127 Gracchus poeta tragicus *Ovidius ex P. 4, 16, 31; Priscianus I p. 206. 269 Hertz. A nonnullis idem putatur Sempronius Gracchus occisus anno p. C. 14 (Tac. a. 1, 53); cf. Teuffel Lit. 254, 4.*

128 C. Gracchus Granium Marcianum senatorem maiestatis postulavit a. 35 *Tac. a 6, 38. Videtur non diversus a C. Sempronio Graccho a. 23 accusato et absoluto (Tac. a. 4, 13).*

— C. SEMPRONIVS GRACCHVS.

— TI. SEMPRONIVS GRACCHVS.

— AELIVS GRACILIS.

— Cn. Pompeius Homullus Aelius Gracilis Cassianus Longinus.

— POMPONIA GRAECINA.

129 P. Graecinius Laco. *Tituli: Veronensis V 3340 (1); urbanus, Bull. com. 1889 p. 152:* Laco praef. vig. XIII *(2).* P. Graecinius Laco *t. 1,* Graecinus Laco *Dio 58, 9, praeterea* Laco. P. f. *t. 1.* Tribu Poblilia *t. 1,* origine sine dubio Veronensis. Praefectus vigilum a. 31, Macronem in opprimendo Seiano adiuvat *Dio 58, 9. 10.* Ob id ornamenta quaestoria ei decreta *ib. c. 12. In praefectura vigilum a singulis regionibus urbis statuas ei positas esse fortasse colligi potest ex t. 2 (numerus enim* XIII *vix aliter explicari posse videtur quam statuam positam esse a regione decima tertia).* Sub Claudio procurator Galliarum statuam a senatu accipit et ius cum Claudio curiam intrandi *Dio 60, 23,* item ornamenta consularia *ib.; t. 1.*

— IVLIVS GRAECINVS.

— C. (P.?) POMPONIVS GRAECINVS.

130 ...AL... .... GRAN.... .... GRATTIVS ...GEMINIVS R..... (...al... *superesse ex Valerii nomine coniecit Huebner*) [quaestor, tribunus plebis *vel* aedilis], praetor, XV[vir sacris] faciundis, lega[tus Aug.] legionis VI Victricis, legatus provinciae A[fricae?], consul, curator [alvei et riparum] Tiberis et cloaca[r. urbis, leg. Aug. pr. pr. prov.] Germaniae inferio[ris, procos.] provinciae Asiae *titulus mutilus Tarraconensis II S. 6084.*

131 Grandaus, Asianus declamator *Seneca contr. 1, 2, 23.*

— CLODIVS GRANIANVS.

— FVLVIVS FVSCVS GRANIANVS.

— Iulius Granianus.

— Q. Licinius Silvanus Granianus.

— Q. LICINIVS SILVANVS GRANIANVS QVADRONIVS PROCVLVS.

— C. PONTIVS FAVSTINVS GRANIANVS.

132 Granii: adversus eos Apuleius uxoris Pudentillae causam egit *Apul. de mag. 1.*

133 Granius (*e coniectura Lipsii non certa; traditur* gravius) Calpurnium Pisonem maiestatis accusavit a. 24 *Tac. a. 4, 21.*

134 Granius medicus, auctor Plinio *Plin. h. n. 1, 28; 28, 42.*

135 Granius Licinianus auctor citatus a *Macrob. sat. 1, 16, 30; Serv. ad Aen. 1, 737.* (Licinianus *ap. Solinum 2, 12 num idem sit, incertum*). *Sub eiusdem nomine servatae annalium reliquiae, cf. Granii Liciniani quae supersunt emendatiora edidit philologorum Bonnensium heptas Lips. 1858. De aetate qua vixerit non constat; diversus a Granio Flacco qui ad Caesarem de indigitamentis scripsit (Censorin. d. n. 3, 2).*

136 M. GRANIVS MARCELLVS (*praenomen innotuit ex nummo*) 'praetor' (*significatur* proconsul; 'procos.' *nummus*) Bithyniae (paullo ante a. p. Chr. 15) *Tac. a. 1, 74,* sub Augusto *nummus a nescio qua civitate cusus, ap. Muret bull. de corr. hell. 5 p. 120.* A quaestore ipsius Caepione Crispino a. 15 maiestatis accusatus hoc crimine absolvitur, de pecuniis repetundis ad recuperatores itum est *Tac. l. c.*

137 GRANIVS MARCIANVS senator, a C. Graccho maiestatis postulatus, voluntaria morte vitam finivit a. 35 *Tac. a. 6, 38.*

138 P. Granius Paulus, avonculus Q. Lollii Urbici praefecti urbis *VIII 6705.*

— GRANIVS SERENVS *v.* Q. LICINIVS SILVANVS GRANIANVS QVADRONIVS PROCVLVS.

139 Grania Honorata, mater Q. Lollii Urbici praefecti urbis *VIII 6705.*

— C. PANTVLEIVS GRAPTIACVS.

140 Graptus, Caesaris libertus, inde a Tiberio 'usu et senecta domum principum edoctus', a. 58 Cornelio Sullae insidias struit *Tac. a. 13, 47.* — *Filius eius* Ti. Iulius Grapti f. Nata[lis] *X 6638 c v. 1.*

Digitized by Google

— C. VETTIA GRATA.

— Gratius Faliscus *v.* Grattius.

141 GRATIA *(sic codex Frontonis in Latinis constanter,* Κρατία *in epistula Graeca p. 246 ed. Naber; sed vere Gratiam, non Grattiam dictam esse hanc, ut et filiam, colligi potest ex lusu verborum Frontonis ep. ad M. Caes. 3, 11 p. 48 Nab.),* uxor M. Cornelii Frontonis *Fronto ad M. Caes. 2, 8 p. 32 Nab.,* missa a marito consule a. 143, ut Lucillae matri Marci natalem celebraret *Fronto ad M. Caes. 2, 8 p. 32 Nab., et in epistula Graeca ad matrem Caesaris p. 242 Nab. (memoratur etiam in epistulis M. Caesaris ad Frontonem 2, 2 p. 27 Nab., et ipsa scripta anno 143, et 4, 6 p. 70 Nab.).* De eius morte queritur Fronto M. Antonino Augusto *Fronto de nep. amisso 2, p. 236 Nab.,* item Vero Augusto *ad Verum imp. 2, 9 cf. 10 p. 137. 138 Nab. (mortua igitur vivo Vero, sed eodem ex Syria reverso, inter annos igitur 166–169, cf. Mommsen Herm. vol. 8 p. 209).*

142 GRATIA (Gratia minor *Fronto ad M. Caes. 2, 13 p. 36 ed. Naber,* Gratia minuscula *ad M. Caes. 7, 6 p. 70 Nab.; de ipso nomine cf. ad eam quae praecedit)* M. Cornelii Frontonis (et Gratiae eius quae praecedit) filia *Fronto ad M. Caes. 4, 12 p. 74 Nab.,* puella M. Aurelio Caesari et matri eius grata *Fronto ad M. Caes. 4, 6; 5, 33 (48) p. 70. 86 Nab.* Nupsit C. Aufidio Victorino *Fronto ad am. 2, 10 p. 200 Nab., cf. 1, p. 12 181 Nab.,* cui plures liberos peperit, quos nepotes suos memorat Fronto *ad am. 1, 12 p. 181 et alibi (nupsisse aliquanto ante annum 161 ex mentione nepotum in epistula quae prima est inter epistulas a M. Aurelio Augusto ad Frontonem datas, p. 94 Nab., collegit Mommsen Herm. 8 p. 210).*

— L. TERENTIVS AQVILA GRATTIANVS.

— TARIVS GRATIANVS.

— NONIVS GRATILIANVS.

— VERVLANA GRATILLA.

— VETVRIA GRATILLA THAIS.

143 Grattius *(sic codices cynegeticon;* gratius *vel* gracius *codices Ovidii; cf. Buecheler mus. Rhen. 35, 407),* scripsit cynegeticon libros *v. Baehrens Poetae Lat. min. I p. 29 seq.* Aequalis Ovidii, a quo memoratur *ex Ponto 4, 16, 34. Vulgo dicitur* Faliscus *propter cyn. v. 40, errore.*

— ...AL.·.. ... GRAN.... .... GRATTIVS .... GEMINIVS R....

— Baebia Fulvia Claudia Paulina Grattia Maximilla.

144 GRATVS proconsul Asiae, cuius temporibus secta cataphrygas appellata initium cepit *Eusebius hist. eccl. 5, 19,* i. e. circa a. 172 *Eusebius chron. ad a. Abr. 2188, Hieronymus ad a. 2187. Cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 154.*

145 GRATVS consul ord. a. 280 cum Messalla *fasti.*

146 Gratus, praefectus copiarum pedestrium Herodis regis, post mortem

Digitized by Google

huius Iudaeis seditiosis restitit *Iosephus bell. 2, 3, 4. c. 4, 2. 3. c. 5, 2; ant. 17, 10, 3. 6. 7. 9.*

147 ....s Gratus procurator Augusti (Alpium Graiarum?) *XII 5717.*

— Iulius Gratus.

— L. Iulius Veh[ili]us Gr[atus] Iulianus.

— Munatius Gratus.

— L. POMPONIVS GRATVS.

— Valerius Gratus.

— VETTIVS GRATVS.

— C. VETTIVS GRATVS SABINIANVS.

— C. VETTIVS GRATVS ATTICVS SABINIANVS.

— Pompeius Grosphus.

148 Gryllus: eius balnea tenebrosa memorat *Martialis 1, 59, 3; 2, 14, 12.*

— PLOTIVS GRYPVS.

— L. PLOTIVS GRYPVS.

— C. VOLCACIVS GVRGES.

# H

— L. HOSTILIVS HA .....

1 Hababa (Ababa *vel* Abara *codices Iordanis*) mater Maximini imperatoris *vit. Maximin. 1, 6 (inde pendet Iordanes Get. 15, 83).*

— A. VIBIVS HABITVS.

2 HADRIANVS vir consularis (Ῥωμαίων ὕπατος), auribus captus *Galenus III p. 895 Kuehn.*

2ᵃ HADRIANVS proconsul Asiae sub Traiano ante a. 114 *nummi (vel potius nummus, nam nummus 1 Waddingtonii non diversus videtur esse a nummo 2) Thyatirenorum Lydiae ap. Waddington fastes n. 117. (Cum is, de quo solus constat, nummus incertae lectionis sit, rem incertam esse de Hadriano proconsule monet Pickius).*

3 (AVRELIVS?) HADRIANVS M. Aurelii Antonini Augusti filius *t. Ephesius CIG. 2968 = Lebas 3, 153 (t. incertae originis CIG. 3709 non videtur diversus esse). Videtur defunctus esse infans, quoniam alibi non memoratur.*

4 Hadrianus, sophista, Tyro oriundus, auditor Herodis Attici *Philostratus vit. soph. 2, 10.* Romae versatur una cum Flavio Boetho consulari e Ptolemaide (ante a. 167), nondum rhetoricam publice professus *Galenus XIV p. 627. 629 Kuehn.* Athenis cathedram rhetoricae obtinebat, cum Marcus imperator eo veniret mysteriorum causa (a. 176); postea Romam translatus (κατασχὼν καὶ τὸν ἄνω θρόνον) ibique defunctus annos natus fere octoginta, cum paullo ante aegrotanti ei Commodus dedisset codicillos quibus eum fecit sibi ab epistulis, cum excusatione

quod non fecisset prius *Philostratus vit. soph. 2, 10, qui eum memorat etiam 2, 12, 2; 18, 1; 19, 2; 20, 3; 21, 1. 3; 23, 2; 24, 1; 26, 6; 29, 2.*
— Aelius Hadrianus.
— P. AELIVS HADRIANVS = IMP. CAESAR HADRIANVS AVGVSTVS.
— P. AELIVS HADRIANVS AFER.
— Cassius Hadrianus.
— L. Lucceius Hadrianus.
— T. STATILIVS MAXIMVS SEVERVS HADRIANVS.
— Ulpius Hadrianus.
5 Haomus, comoedus, mollis *Iuvenalis 3, 99; 6, 198.*
— SEPTIMIVS HAERANES.
— SALVIVS NEN[IVS] L. (H)AIVS CAMP[ANI]ANVS CN. PLO[TIVS] MAXIMINVS T. (H)OENIVS SEVER[V]S SERVEIENVS V[RSVS].
6 Cn. Haius Diadumenianus, procurator Augustorum (trium ut videtur, i. e. sub finem regni Severi) u[t]r[ar]umquo Mauretaniarum Tingitana[e et Caes.] *VIII 9366.* Idem liberto titulum posuit Puteolis *Notizie 1891 p. 204.*
7 Halotus, spado, praegustator Claudii; ab eo Claudio venenum datum *Tac. a. 12, 66; Suet. Cl. 44.* Maleficus sub Nerone, nihilominus a Galba procuratione ornatur *Suet. Galb. 15. Idem fortasse* Halotus Aug. l. proc. *VI 8833 (tit. servi).*
8 Hamillus (Amill- *Mart.*) magister, infantium corruptor *Iuvenalis 10, 224 cf. schol. ad l. l. p. 327 Jahn;* de eodem ut videtur *Martialis 7, 62.*
9 Hannibal: id nomen uni ex servis indidit Mettius Pompusianus *Suet. Domit. 10.*
— Antonia Harmeris (?).
10 Harpocras (arpocras *libri Senecae*), Claudii libertus, cui patronus lectica per urbem vehendi et spectacula publice edendi ius tribuit *Suet. Cl. 28.* A Claudio occisus *Seneca apoc. 13.* Idem ut videtur Arphocras Aug. lib. procurator *VI 9016.*
11 Harpocras (arpocr- *cod.*) polyphagus natione Alexandrinus, sub Nerone Romae visus *chronographus anni 354 (p. 146 ap. Momms. chr. min. I);* eundem ut videtur nomine non posito memorat *Suetonius Ner. 37.*
12 Harpocras Aegyptius, ex nomo Memphitico, iatralipta: ei Plinius civitatem impetrat a Traiano *Plin. ep. ad Trai. 5. 6. 7. 10.*
13 Harpocratio grammaticus Graecus auditus a Vero *vita Veri 2, 5. Fortasse idem Aelius Harpocratio, cuius scripta rhetorica enumerat Suidas s. v.* Ἁρποκρατίων. *Fuerunt, qui non diversum putaverint Valerium Harpocrationem, cuius extant* λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων.
— Nin(n)ius Hasta.
— Q. NINNIVS HASTA.
14 HATERIANVS legatus Aug. pro pr. provinciae Ciliciae *t. Britannicus VII 108 acephalus semel descriptus (ante* Haterianus *vocabulum traditur* ...isus Cl. filius Q. n., *vix recte).*

15 Haterianus (aetherianus *Macrobii codices*), grammaticus, citatus *Macrob. sat. 3, 8, 2; schol. Veron. ad Verg. Aen. 7, 337; 9, 360. 390. 397; 10, 243.*

— Iulius Haterianus.

16 Haterius testamentorum captator, homo (ut ex contextu intelligitur) nobilis *Seneca de ben. 6, 38, 4.*

17 Q. HATERIVS, celeberrimus suis temporibus orator *Seneca ep. 40, 10.* Familia senatoria *Tac. a. 4, 61. Haterius memoratus a Cic. ad fam. 9, 18, 3 proscriptus a. 711, App. b. c. 4, 29 potest fuisse frater eius; Borghesi 5 p. 122.* Consul suff. a. inc. (consularis *Tac. a. 2, 33*). *Exeunti a. 745 consulatum eius tribuit Borghesius 5 p. 122 perquam infirmis de causis.* A. p. C. 14 in senatu Tiberium offendit *Tac. a. 1, 13 cf. Sueton. Tib. 29;* cum deprecaretur, paene a militibus interfectus *Tac. l. c. cf. Sueton. Tib. 27.* A. 16 verba facit in senatu in luxum civitatis *Tac. a. 2, 32;* a. 22 immodica censet de honoribus Drusi *ib. 3, 37.* Decessit fine a. 26 *ib. 4, 61,* prope nonagenarius *Hieronymus chron. ad a. Abr. 2040 (p. C. 24).* — Idem fortasse Q. Haterius ... nescio quam provinciam sortit(us), tr. pl., pr, VII[vir epulonu]m, a ....., sepultus ad viam Nomentanam *VI 1426.* Mortem Sex. filii *(sic Kiessling;* sex filiorum *traditur)* imbecillo animo tulit *Seneca controv. IV pr. 6.* — 'Promptus et popularis orator' *Hieronymus l. c.* Iudicia de ingenio eius *Seneca controv. IV pr. 7–11 (inde Hieronymus adv. Ioannem Hierosolymitanum 12); Seneca minor ep. 40, 10; Tac. a. 4, 61.* Multa de eo refert *Seneca rhetor (cf. Kiesslingii ind. p. 540).* — Ex huius ut videtur Q. Haterii familia homines *VI 9251. 9252.*

18 D. HATERIVS AGRIPPA *(sic plene in consulatu Dio ind. l. 57, VI 562 10051 XI 1356;* D. Haterius *Tac. a. 3, 52 in consulatu et Cassiodor. chron., alibi* Haterius Agrippa), Q. f. *Dio ind. l. 57, scilicet filius Q. Haterii qui praecedit.* Propinquus Germanici *Tac. a. 2, 51, fortasse natus filia M. Agrippae, a quo videtur traxisse cognomen.* Tribunus plebis a. 15 *Tac. a. 1, 77.* Praetor suffectus in locum Vipstani Galli defuncti a. 17 *ib. 2, 51.* Consul designatus a. 21 in senatu condemnat Clutorium Priscum *ib. 3, 49. 51.* Consul ord. a. 22 cum C. Sulpicio Galba *fasti.* A. 32 in senatu consules anni prioris invadit *ib. 6, 4.* Illustribus viris perniciem meditatur *ib.* De moribus eius *ib.*

19 Q. HATERIVS ANTONINVS *(sic plene in consulatu tab. cerata Pompeiana ap. Petram n. 125 et Phlego mir. 7,* Q. Haterius *Tac. a. 12, 58,* Antoninus *chronographus anni 354 et alii;* Haterius Antoninus *Tac. a. 13, 34).* Filius ut videtur D. Haterii Agrippae cos. a. 22. Consul ordinarius a. 53 cum D. Iunio Silano Torquato *fasti.* Cum 'avitas opes' per luxum dissipasset, annua pecunia ei statuta a principe a. 58 *Tac. a. 13, 34.*

20 M. HATERIVS CANDIDVS, proconsul Siciliae *tit. Agrigentinus X 7192.*

Digitized by Google

*Fuit proconsul fortasse temporibus Neronis, si quidem quaestor eius L. Cornelius Marcellus memoratur apud Tac. a. 16, 8, h. 1, 37.*

21 T. Haterius Nepos. *T. Fulginias XI 5213 acephalus sed coniectura Borghesii 5 p. 24 ad hunc relatus.* Praefectus cohortis, tribunus militum, praefectus equitum; censitor Brittonum Anavionensium, procurator Aug. Armeniae maioris (intra annos 114 117), ludi magni, hereditatium et a censibus, a libellis Augusti, praefectus vigilum *tit.* Praefectus Aegypti *titulus*, a. 121 (d. 18 Febr. audit Memnonem) *III 39*, a. 124 *papyrus Aegyptiaca ap. Mommsenum Zeitschr. der Savigny-Stiftung f. Rechtsgeschichte Roem. Abth. XII p. 285.*

22 T. HATERIVS NEPOS ATINAS PROBVS PVBLICIVS MATENIANVS. *Titulus Fulginias XI 5212. Nomen plenum exhibet t. Fulginias,* T. Haterius Nepos *dipl. a. 134, act. Arv. a. 120,* Haterius Nepos *dipl. a. 138.* Frater Arvalis, adest in collegio a. 118. 120, magister factus a. 120 in annum 121 *act. Arv. (in t. Fulginiate hoc sacerdotium non commemoratur).* Pontifex *t.* Cos. *t.*, suffectus mense Apr. a. 134 cum T. Vibio Varo *dipl. mil. (CIL. III p. 877).* Legatus Pannoniae superioris a. 138 *dipl. mil. (CIL. III p. 879).* Triumphalibus [ornamentis honoratus] *t. Diversum esse T. Haterium Nepotem triumphalibus ornamentis honoratum a consule anni 134 et legato Pannoniae anno 138 putavit Borghesius, sed sine iusta causa; cf. Bormann ad titulum Fulginiatem.*

23 TI. HATERIVS SATVRNINVS (Ater- *pro* Hater- *XIV 246)*, legatus Augustorum (Marci et Veri aut Marci et Commodi) provinciae Pannoniae inferioris *III 3473. 3479 (de tempore cf. XIV p. 482 ad n. 246).* Patronus nescio cuius corporis Ostiensis *XIV 246 col. I 18. 19.* Filius eius *III 3473.*

24 Haterius Rufus (Hatur- *pro* Hater- *Paridis epitome*) eques Romanus, memorabili quodam casu Syracusis periit *Valerius Maximus 1, 7, 8.*

25 Hedia Antoniae Maximillae liberta; ei ius Quiritium a Traiano petivit Plinius *ep. ad Trai. 5, 2.*

26 L. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS AVITVS. *Titulus Smyrnaeus Roehl schedae epigraph. p. 9, ad hunc relatus a Waddingtonio bull. de corr. hellén. 6 p. 291 (1). Memoratur in actis fratrum Arvalium a. 155, VI 2086 (2) et in fastis saliorum Palatinorum VI 1978 v. 10 (3) et 1979 v. 2 (4).*

L. Hedius Rufus Lollianus Avitus *t. 3,* L. Lollianus Avitus *t. 2. 4,* Λόλλιος Ἀουεῖτος *t. 1 (corr. Waddington). Filius ut videtur L. Lolliani Aviti consulis a. 144 (cf. stemma propositum sub L. Lolliano Avito), frater eius qui sequitur Q. Hedii Rufi Lolliani Gentiani maior, quippe qui ante eum inter salios receptus sit, praeterea patris praenomine utatur.* Inter pueros Arvalibus ministrantes a. 155 *t. 2.* Salius Palatinus factus a. 170 *t. 3,* exit e collegio a. *178 t. 4. Consul suffectus videtur fuisse sub Commodo.* Proconsul Asiae *t. 1. — Huius et fratris affinis puto*

Pomponius Cornelius Lollianus Hedianus, ὁ Ἀσιάρχης καὶ ῥήτωρ, ὑπατικῶν συγγενής, titulo honoratus a Smyrnaeis *CIGr. 3191.*

27 Q. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS GENTIANVS. *Tituli: Tarraconenses duo, alter positus ei in legatione Hispaniensi a militibus II 4122 (1), alter honores plenos enumerans post proconsulatum Asiae II 4121 (2); milliarii Asiae III 471 (3), Lebas-Waddingt. n. 9 (4), bull. de corr. hell. 12 p. 66 (5). Memoratur in fastis saliorum Palatinorum VI 1978 v. 16 (6).*

Q. Hedius Rufus Lollianus Gentianus *t. 2;* Q. Hedius ... Lollianus [Genti]anus *t. 1,* Q. Hedius Rufus Lo[llianus Gentia]nus *t. 6,* Lollianus Gentianus *vit. Pert.,* Λολλιανὸς Γεντιανός *t. 3 (idemque fuit in t. 4,* Λολλι. Γεντιαν... *t. 5),* Lollius Gentianus *Vict. ep. 18.* L. f. *t. 2, filius ut videtur L. Lolliani Aviti consulis a. 144.* Tribu Pollia *t. 2.* Triumvir aere argento auro flando feriundo, tribunus legionis septimae Geminae piae felicis, quaestor candidatus, praetor candidatus, legatus legionis X[X]II Primigeniae *(hacc tria munera inverso ordine enumerantur);* curator Puteolanorum et Veliternorum *t. 2.* Consul suff. a. inc., ante a. 193 *vit. Pert. 7.* A. 193 in senatu queritur de Pertinace *vit. Pert. l. c.* Leg. Augustorum duorum (Severi et Caracallae) pro pr. prov. Hispaniae citerioris *t. 1. 2,* item censitor Hispaniae citerioris *t. 2.* Comes Severi et Antonini Augg. ter *t. 2.* Censitor provinciae Lugdunensis, item Lugdunensium *t. 2.* Proconsul Asiae *t. 2. 3. 4. 5,* anno 209 *t. 5, si vere, ut coniecerunt editores, numerus tribuniciae potestatis Caracallae fuit* IB *(traditur* B; *reliqui numeri servati non sunt), certe sub finem regni Severi, cf. Waddington fastes n. 165.* Salius Palatinus factus a. 171 *t. 6,* ex quo sacerdotio postea nescimus quo anno exiit. Augur *t. 2.* Patronus imperatoris Pertinacis *Vict. epit. 18,* quod patrocinium accepit sine dubio a patre *(nisi error est Victoris patri filium substituentis).*

28 Helona, Monobazi cognomento Bazaei, regis Adiabenum, soror et uxor, mater Monobazi et Izatis, Claudii temporibus ritus Iudaeorum amplectitur *Iosephus ant. 20, 2, 1–4.* Hierosolymis commorans famem populi lenit *ib. § 5 c. 5, 2.* Palatium (τὰ βασίλεια) Helenae Hierosolymis in urbe situm memorat *Iosephus bell. 5, 6, 1; 6, 6, 3.* Defunctae eius ossa condita in monumento quod sibi ipsa aedificaverat ante Hierosolymorum portam *Iosephus ant. 20, 4, 3.* Id monumentum memorant *Iosephus bell. 5, 4, 2; Pausanias 8, 16, 5; Hieronymus ep. 108, 9, cf. Eusebius hist. eccl. 2, 12. Sepulcra hodie dicta regum (Kubûr es- Salatin) ad mausoleum Helenae pertinere hodie plerique putant cf. Schuerer Gesch. des jüd. Volks II² p. 563 not. 287.*

29 Helenius Acro grammaticus, commentator Terentii *Charisius saepius (cf. Keil in indice ad Charisium p. 566)* et Horatii *Porphyr. ad Hor. sat. 1, 8, 25,* fortasse etiam Persii *schol. ad Persii sat. 2, 56. Antiquior sine dubio Iulio Romano, cf. Teuffel Litt. 374, 1. De scholis Horatianis sine causa Acroni tributis cf. Teuffel 374, 2.*

30 Helico servus natione Aegyptius, Gai principis cubicularius, dominum in Iudaeos instigat *Philo leg. ad Gaium c. 26–28 p. 570 seq.* A Claudio occiditur *ib. c. 30 p. 576.*

31 Heliodorus philosophus stoicus, delator, qui Licinium [L. Iunium *Lipsius*] Silanum discipulum suum testimonio oppressit *schol. ad Iuv. sat. 1, 33;* eo deferente (Baebius) Massa et (Mettius) Carus occisi *ib. ad v. 33. Narratio confusa (cf. etiam* Demetrius causidicus *supra D 32*).

32 Heliodorus philosophus, amicus Hadriani *vit. Hadriani 16, 10;* nihilominus ab eodem famosissimis litteris lacessitus *ib. 15, 5.*

33 Heliodorus Arabs, sophista, missus in Galliam ut causam patriae apud imperatorem (Caracallam ut videtur) ageret favorem eius nactus non solum eques Romanus ab eo factus est una cum filiis sed etiam praefectus τῇ μεγίστῃ τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην ξυνηγοριῶν *(i. e. advocatus fisci factus, cf. Hirschfeld Unters. p. 51 not. 3)*; mortuo imperatore in insulam relegatus, propter homicidii crimen Romam retractus, a praefectis praetorio absolutus est; vivebat Romae cum Philostratus scriberet ʻμήτε σπουδαζόμενος μήτ' ἀμελούμενοςʼ *Philostr. vit. soph. 2, 32. Eundem esse T. Aurelium Heliodorum Palmyrenum, ap. Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 969–971, coniecit Mommsen.*

— (AVIDIVS) HELIODORVS.

— C. Avidius Heliodorus.

34 Helius, Claudii Aug. l. *(Dio 63, 12)*, rei familiari principis in Asia impositus M. Silanum proconsulem veneno necat a. 54 *Tac. a. 13, 1.* A Nerone cum in Achaiam proficisceretur rebus urbanis praepositus *Dio 63, 12; Suidas s. v.* μελεδωνός = *Aelian. fr. 119.* Sulpicium Camerinum cum filio interficit *Dio 63, 18.* Neronem ut rediret frustra hortatus *ib. c. 19; Suet. Ner. 23,* in Achaiam profectus reduxit *Dio l. c.* A Galba occisus *Plut. Galb. 17; Dio 64, 3.* Memorari videtur *Tac. h. 1, 37 (modo recte Lipsius pro* Aegialii *codicis reposuerit* Helii).

35 Helius gladiator *Martialis 5, 24, 5.*

36 Helpis Herodis Magni concubina, mater Salomes *Iosephus ant. 17, 1, 3, bell. 1, 28, 4.*

37 HELVIDIVS PRISCVS praetor a. 70. *De praenomine constaret, si certum esset eum esse unum ex Helvidiis Priscis infra n. 39–41.* Oriundus e municipio Cluviis, regione Italiae Carecina *Tac. h. 4, 5 (de hoc municipio cf. Mommsen ad CIL. IX 2999, de regione ib. p. 257).* Pater primipilaris *Tac. l. c.* Quaestor Achaiae *schol. Iuv. 5, 36,* sub Nerone *id., hoc ut videtur errore.* Legatus legionis in Syria a. 51 Taurum transscendit *Tac. a. 12, 49. (Diversum fuisse hunc legatum legionis a nostro propter testimonium scholiastae Iuvenalis statuit Lipsius).* Tribunus plebis a. 56 *Tac. a. 13, 28.* A. 66 Thraseae soceri

causae mixtus Italia pellitur *Tac. a. 16, 28. 33. 35, hist. 4, 6.* Apolloniam secedit *schol. Iuv. l. c.* Restituitur a Galba *id.* Accusationem Eprii Marcelli adgreditur, sed mox omittit *Tac. h. 4, 6.* Praetor designatus a. 69 *Tac. h. 2, 91; 4, 4.* Galbam sepeliendum curat *Plut. Galb. 28, silente Tacito.* Liberae actiones in senatu *Tac. h. 2, 91; 4, 4. 9. 10; Dio 65, 7;* 'non aliter quam libero civitatis statu egit' *schol. Iuv. l. c.* Altercatur in senatu cum Eprio Marcello *Tac. h. 4, 6–8. 43. dial. 5.* Praetor a. 70 aream Capitolii lustrat *Tac. h. 4, 53.* In Vespasianum invehitur *Suet. Vesp. 15; Dio 66, 12;* 'quo nomine reus ac praeter spem absolutus est' (?) *schol. Iuv. l. c.* Postea relegatus *Plin. ep. 7, 19, 4; Suet. Vesp. 15.* Interfectus invito ipso imperatore *Suet. l. c.* De vita eius libros composuit Herennius Senecio rogatu Fanniae uxoris *Plin. ep. 7, 19, 3; Tac. Agr. 2; Dio 67, 13.* Laudes eius edidit Iunius Rusticus *Suet. Dom. 10.* De moribus studiisque eius *Tac. h. 4, 5; cf. Plin. ep. 4, 21, 4.* Memoratur *Iuvenal. 5, 36; Marc. Antonin. 1, 14.* — Filium habet Helvidium, cuius matre defuncta vel dimissa uxorem duxit Fanniam P. Clodii Thraseae Paeti filiam, adhuc quaestorius *Tac. h. 4, 5,* quae bis maritum in exilium comitata, superstes ei fuit *(cf. sub Fannia). De priore uxore cf. infra sub* P. Helvidio Prisco. *Ab hoc descendere videtur L. Valerius Helvidius Priscus Poblicola, item ut coniecit Mommsen (ind. Plin.) L. Valerius Messalla Thrasea Priscus. Helvidii Prisci vitam enarrare nuper inchoavit Carmelus Mancini atti dell' acc. archeol. di Napoli vol. 11 (1882/3) I p. 59–152, vol. 12 (1884/6) II p. 1–156.*

38 HELVIDIVS (PRISCVS) filius eius qui praecedit. *Cognomen nusquam ponitur.* Privignus Fanniae *Plin. ep. 9, 13, 3,* natus ante annum 56, quo pater iam duxerat Fanniam *(cf. sub patre).* Consul (suffectus a. inc.) *Plin. ep. 9, 13, 2 (fortasse hic* Priscus consul suffectus mense Sept. a. 87 *act. Arv., quod coniecit Mommsen).* 'Metu temporum nomen ingens paresque virtutes secessu tegebat' *Plin. ep. 9, 13, 2;* nihilominus offendit Domitianum, 'quod quasi scaenico exodio sub persona Paridis et Oenones divortium eius cum uxore tractasset' *Suet. Dom. 10;* accusatus ergo in senatu et capitis damnatus, verba faciente potissimum Publicio Certo *Plin. ep. 9, 13, 2 seq. cf. 3, 11, 3; Tac. Agr. 45; Suet. Dom. 10,* paullo post mortem Agricolae (23 Aug. 93) *Tac. l. c.* Uxor Anteia ei superstes *Plin. ep. 9, 13, 4.* Liberos reliquit virilis sexus unum, feminas duas *Plin. ep. 4, 21, 4.* Occiso Domitiano Plinius ultionem Helvidii in senatu suscepit, actionemque tunc habitam et libellos eiusdem argumenti edidit *Plin. ep. 4, 21, 3; 7, 30, 4; 9, 13.*

39 C. Helvidius Priscus, C. f., tribu Arniensi *t. agri Praenestini XIV 2844. Fortasse Helvidius Priscus praetor anno 70, nam etiam hic tribu Arniensi fuisse putandus est, oriundus municipio Cluviis, cuius municipii municipes, ut etiam aliorum eiusdem regionis (cf. Kubitschek imp. Rom. trib. descr. p. 270), Arniensem tribum habuisse videntur cf. ad*

*IX 2999 (honores omissi esse possunt quod mortuus est in exilio), certe ex eadem stirpe.*

40 C. Helvidius Priscus arbiter ex conpromisso inter actorem municipii Histoniensium et procuratorem Q. Tillii Sassi *IX 2827. Incertum num idem qui praecedit.*

41 P. Helvidius Priscus maritus Plautiae Quinctiliae; ei videtur superstes fuisse, sed postea eodem loco humatus *t. agri Praenestini XIV 2845. Hic quoque potest cogitari de praetore anni 70; Plautia Quinctilia potest esse prior eius uxor, quam ante Fanniam duxit.*

— L. VAL(ERIVS) HELVIDIVS PRISCVS [P]OBLICOLA.

42 HELVIDIAE sorores, Helvidii filiae, Helvidii Prisci praetoris a. 70 neptes, pereunt primo in flore, utraque a partu, utraque filiam enixa *Plin. ep. 4, 21.* Alterius earum tutor Cornutus Tertullus *Plin. ep. 9, 13, 16.*

— HERENNIA HELVIDIA AEMILIANA.

43 Helvidia Priscilla C. f., uxor M. Vettii Marcelli (qui vixit temporibus Neronis) procuratoris Augustorum *IX 3019. Potest fuisse vel soror vel amita Helvidii Prisci praetoris a. 70.* — Ilias Helvidiae Priscillae delicium *VI 19673. Significatur potius una ex neptibus praetoris anni 70 quam haec.*

44 M. Helvius a Claudio occisus inter conscios nuptiarum Messallinae et Silii *Seneca apoc. 13.*

45 L. HELVIVS AGRIPPA, proconsul Sardiniae a. 68/69 *decretum eius d. 18 Mart. 69 factum X 7852.* Idem ut videtur Helvius Agrippa pontifex, sub Domitiano cum pontifices de virginibus Vestalibus cognoscerent, repente exanimatus *Dio 67, 3.*

— M. ACCENNA HELVIVS AGRIPPA.

46 T. HELVIVS BASILA T. f., aedilis, praetor, proconsul, legatus Caesaris Augusti *tituli Atinates X 5056. 5057.* Summa Atinatibus ab eo legata *X 5056.* Pater Helviae Proculae *X 5056. 5086.*

47 M. HELVIVS CLEMENS DEXTRIANVS legatus Raetiae sub Marco et Commodo, a. ut videtur 179 *tit. Reginensis eph. ep. III 1001.*

48 M. HELVIVS GEMINVS L. f., tribu Fal.; triumvir aere argento auro flando feriundo, tribunus militum legionis XVI in Germania, quaestor Caesaris, praetor, legatus Macedoniae pro praetore, legatus Asiae pro pr.; adlectus a Claudio (a. 48) inter patricios *(fortasse antequam honores capesseret, certe ante praeturam, cum ad eam pervenerit neque tribunatu neque aedilitate functus)*, salius Palatinus *titulus Ephesius III 6074.*

49 P. HELVIVS PERTINAX = IMP. CAES. P. HELVIVS PERTINAX AVG. Oriundus ex oppido Liguriae Alba Pompeia *Dio 73, 3,* natus in Appennino in villa matris *vit. Pert. 1, 2,* natus apud Ligures in agro squalido Lolli[an]i Gentiani *Victor epit. 18,* d. 1 Aug. *vit. 15, 6, Philocalus CIL. I p. 356,* a. 126 *vit. l. c. (tam annum quam diem natalem con-*

*firmat Dio 73, 10 cum scribit vixisse Pertinacem annos septuaginta septem, quattuor mensibus diebus tribus minus; minus accurate alii scriptores, cf. Tillemont Pertin. not. 3; in vita Pertin. 15, 6 scr.* annis LXVI *pro* LX). Humili loco natus *Dio 71, 22. 73, 3; epit. 18,* patre Helvio Successo *vit. 1, 1,* libertino *vit. l. c., epit. l. c.,* Lolliani Aviti cliente *vit. 1, 5,* qui tabernam coactiliariam in Liguria exercuerat *vit. 3, 3;* nomen Pertinacis ei impositum a patre 'ex continuatione lignariae negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret' (?) *vit. 1, 1.* Grammaticae studuit sub Sulpicio Apollinari *vit. 1, 4,* deinde ipse grammaticen professus est *vit.; epit. 18; Dio 73, 3.* Cum in ea minus quaestus proficeret, centurionatum impetravit per Lollianum Avitum *vit. 1, 5.* Praefectus cohortis in Syria, ante aunum 161 *vit. 1, 6;* a praeside Syriae, quod sine diplomatibus cursum publicum usurpaverat, pedibus ab Antiochia ad legationem (*scr.* legionem) suam iter facere coactus est *ib.* Bello Parthico (Veri) bene meritus *vit. 2, 1;* in Britanniam translatus ac 'retentus' (?) *ib. (sine dubio altera militia equestri fungens, tribunatu ut puto legionario, de quo cf. statim; praefectura cohortis prima militia equestris Pertinacis fuisse videtur).* Tribunus militum angusticlavius in legione aliqua opera Claudii Pompeiani factus *Dio 73, 3.* Praefectus alae in Moesia *vit. 2, 2. Fortasse huc pertinet titulus repertus Sirmii non longe a confiniis Moesiae:* I. o. m. et Marti custodi P. Helvius Pertinax praef. *III 3232.* Procurator alimentorum per viam Aemiliam *vit. 2, 2.* Praefectus classis Germanicae *ib.* In Germania matrem amisit *vit. 2, 3.* Procurator in Dacia ad sestertia ducenta *vit. 2, 4.* Marco imperatore 'quorundam artibus' suspectus, 'remotus' est; sed postea per Claudium Pompeianum, generum Marci, quasi adiutor eius futurus vexillis regendis adscitus est *vit. l. c. (videtur igitur sub Claudio Pompeiano legato, nam is iam anno 167 legatus fuit Pannoniae inferioris, vexillationibus nescio quibus praefuisse);* in eo munere adprobatus adlectus est in senatum *vit. 2, 5. Res a Pompeiano et Pertinace in bello Marcomanico gestas memorat etiam Dio 71, 3 (Pompeianum et Pertinacem tunc legatos legionum fuisse ex vocabulo* ὑποστρατήγων, *quo sane uti solet Dio de legatis legionum, colligere nolim).* Postea iterum re bene gesta, prodita factione quae illi concinnata erat, a Marco imperatore, iniuriae compensandae causa, inter praetorios lectus et legioni primae praepositus *vit. 2, 6;* statimque Raetias et Noricum ab hostibus vindicavit *ib.* In regione Quadorum cum exercitu paene siti oppressus est, sed precationibus militum Christianorum (?) servatus *Eusebius chron. (vers. Arm. ad a. 2188, Hieronymus ad a. 2189 = p. Chr. 175, chron. Pasch. p. 486, 19) cf. Dio 71, 8 qui eandem rem tangit, sed sine mentione Pertinacis.* Consul designatus studio Marci imperatoris (oratio Marci laudes eius continens apud Marium Maximum) *vit. 2, 7;* ob virtutes consul factus

Digitized by Google

*Dio 71, 22,* paullo ante quam Avidius Cassius a Marco descivit (anno igitur 175 vel paullo ante) *vit. 2, 10 cf. Borghesi opp. 3 p. 112.* Consul cum Didio (Severo) Iuliano *vit. 14, 5, vit. Did. Iul. 2, 3. Cf. fr. Vat. 203:* divus Marcus Pertinaci et Aeliano (*scr.* Iuliano?) conss. rescripsit. *(Titulus urbanus VI 3702 vix pertinet ad hunc consulatum Pertinacis; mihi videtur Pertinacis vocabulum superesse ex nominibus Septimii Severi).* Consulatum gessit absens *vit. 3, 2.* 'Cassiano motu composito e Syria' *(videtur igitur anno 175 Marcum comitatus esse in Orientem)* 'ad Danuvii tutelam profectus', primum Moesiam utramque, deinde Daciam rexit *vit. 2, 10 (cf.* s[ac]erdos [i]n[st]itutus ab Hel. Pertinace [c]o(n)s(ulari) *t. Dacicus III S. 7751).* Apud exercitus Illyrici optimam sui famam reliquit propter virtutem et humanitatem *Herodianus 2, 9, 9.* 'Bene gestis his provinciis Syriam meruit' *vit. 2, 11.* Commodo imperante Romam reversus, tunc primum curiam ingressus est *vit. 3, 2.* A Perenne in Liguriam secedere iussus est fuitque illic per triennium (a. 182—185) *vit. 3, 3 seq.* Ibi pecuniae studuit, mercaturas per servos suos exercuit *vit. 3, 1–4; 13, 4;* propter avaritiam popularibus dictis lacessitus *vit. 3, 1; 9, 4; 13, 4,* cum antea integre se gesserit *vit. 3, 1 (aliter vita 9, 6).* Occiso Perenne (a. 185) legatus propraetore Britanniae factus *vit. 3, 5,* legiones tumultuantes compressit *vit. 3, 6 seq., Dio 73, 4.* Venia legationis impetrata praefectus alimentorum factus est *vit. 3, 10; 4, 1.* Proconsul Africae *vit. 4, 1,* non post annum 190/1 *(nam successit ei Didius Iulianus proconsul Africae non post annum 191/2, cf. sub Didio Severo Iuliano).* Praefectus urbi *vit. 4, 3, Vict. Caes. 17, Eutrop. 8, 16,* successor (Seii) Fusciani *vit. 4, 3.* Consul iterum ordinarius a. 192 cum Commodo septimum *fasti.* Occiso Commodo imperator appellatus kalendis Ianuariis a. 193 a militibus et a senatu *vit. Pert. 4, 8, Dio 73, 1, Vict. Caes. 17.* — Occisus d. 28 Mart. 193 (nempe cum imperavisset dies octoginta VII) *Dio 73, 10 (minus accurate alii scriptores, cf. Tillemont Pertin. not. 3).* — Uxor: Flavia Titiana *(cf. sub hac).* Reliquit superstites filium *(cf. infra)* et filiam *vit. 13, 7 cf. Dio 73, 7.*

50 P. HELVIVS PERTINAX *(sic Orell. 895,* Helvius Pertinax *vit. Carac. et vit. Get., reliqui scriptores nomen non ponunt)* eius qui praecedit filius. *Hic fortasse* .... ax iun(ior) inter senatorum filios Arvalibus ministrantes a. 186 *act. Arv. (VI 2100ª v. 18) cf. de Rossi bull. dell' Inst. 1855 p. LIII.* Postquam pater imperator factus est, senatus cum Caesarem appellavit; quam appellationem pater distulit *vita Pertinacis 6; Dio 73, 7 cf. Herod. 2, 4, 9; Eusebius chron. (vers. Arm. et Hieronym.) ad a. 2209; chron. Pasch. p. 492, 19. Nihilominus* Caesar *appellatur in t. Mediomatrici rep. Orell. 895, item in nummo Alexandrino quem edidit Sallet Zeitschr. f. Num. 1874 p. 314 cf. Cohen² 3 p. 397.* Sub Severo patri flamen factus *vita Pertinacis 15.* Consul suffectus (a. inc.) *vit. Carac. 4, 8 (consulem anno 212 fuisse statuerunt, sine*

Digitized by Google

*causa)*. locus eius de Caracalla Getae interfectore *vit. Carac. 10, 6; vit. Getae 6, 6.* Occisus a Caracalla *ib.; Herod. 4, 6, 3.*

— Q. GAVIVS STAT[IV]S HELVIVS POLLIO.

51 M. Helvius Rufus *(praenomen ex t. infra citato)* miles gregarius, a. 20 proelio apud Thalam commisso servati civis decus rettulit, ob quam rem donatus est a proconsule torquibus et hasta, a Tiberio civica corona *Tac. a. 3, 21. Eum postea ad primum pilum pervenisse, item agnomen Civicae adsumpsisse ostendit hic titulus rep. Vicovari agri Tiburtini XIV 3472:* M. Helvius M. f. Cam. Rufus Civica, prim. pil., balneum municipibus *(Tiburtinis puto)* et incolis dedit *(Camilia tribus est Tiburtinorum).*

52 Helvius Successus, libertinus, pater Pertinacis imperatoris *vit. Pert. 1,* cliens Lolliani Aviti consularis viri (cos. a. 144) *ib. 1, 5,* tabernam coactiliariam *(sic Scaliger et Momms.,* coactiliriam *traditur,* coctiliciam *vulgo)* in Liguria exercuerat *ib. 3, 3. Cf. sub filio.*

53 Helvia, Annaei Senecae uxor, Novati Senecae Melae mater, ad quam Seneca filius ex exilio Corso dedit librum *de consolatione (dial. 12).* Pater etiam tunc in vivis *ib. 18, 9.* De vita priore eius *ib. 2, 4. 5.* Soror eius nupta praefecto Aegypti *ib. 19, 6.*

54 (Helvia) soror eius quae praecedit *(nomen non ponit Seneca),* uxor praefecti Aegypti *(Aemilii Recti ut videtur, cf. Borghesi opp. 4, 439 seq.),* per sedecim annos cum marito Aegyptum habitat *Sen. dial. 12, 19, 6.* Maritum in navigatione amisit *ib. 12, 19, 4. 5.*

55 Helvia, uxor Fufii Pollionis *t. a dispensatore eius positus VI 9361. Nobilem feminam fuisse titulus indicat; fortasse eadem Rubria Helvia VI 9525 cf. 5063.*

56 HELVIA PROCVLA, T. Helvii Basilae filia X *5056. 5086. Huius ut videtur servus* Albanus Helvi(aes) Proculaes dispe(nsator) *VI 9324.*

57 HELVIA PROCVLA, C. Dillii Voculae (occisi in Germania a. 70) uxor *VI 1402.*

58 Hephaestio (? *traditur* fertio) grammaticus Graecus auditus a Vero *vit. Veri 2, 5. Eundem esse Hephaestionem Alexandrinum, cuius extat libellus* (ἐγχειρίδιον) *de re metrica, coniecit Casaubonus.*

— DOMITIA HERACLIA.

59 Heraclammon, Tyaneus, cum patriam Aureliano prodidisset, capta urbe a militibus occisus est *Vopiscus Aurelian. 23. 24.*

— M. FABIVS IVLIANVS HERACLEO OPTATIANVS.

— FLAVIVS HERACLEO.

60 Heraclianus, Gallieni dux (praefectus praetorio *Zosimus 1, 40,* praefectus equitum Dalmatarum *Ioannes Antiochenus, fontem sibi et Zosimo communem neglegenter excerpens*), a Palmyrenis victus *vit. Gallien. c. 13.* Consilium init de occidendo Gallieno *ib. c. 14; Zosimus 1, 40;* ipsum interficit *Io. Antiochenus exc. de ins. (Müller fr. h. Gr. IV p. 599); Zonaras 12, 25.*

Digitized by Google

61 Heraclitus, missus a Severo ad obtinendas Britannias *vit. Severi 6*, ad obtinendam Bithyniam *vit. Pesc. Nigri 5 (illud verum esse videtur; cf. Huebner mus. Rhen. 12 p. 64)*.

62 Heraclitus procurator, ut videtur, portorii Illyrici, ad quem Severus et Caracalla rescripserunt de immunitate Tyranorum anno 201 *III 781*. *Fortasse non diversus a Septimio Heraclito praefecto Aegypti sub Caracalla, Herm. 20 p. 469.*

— Antonius Septimius Heraclitus.

— Septimius Heraclitus.

63 Heras philosophus cynicus, cum in Titum et Berenicem convicia iecisset, capite truncatus *Dio 66, 15*.

64 Herculanus: ei dedicat Plutarchus librum περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως *(p. 339 A)*.

— C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANVS.

— Q. POMPEIVS SENECIO *cet.* C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS *cet.* SOSIVS PRISCVS.

— Q. ROSCIVS COELIVS *cet.* IVLIVS EVRYCLES HERC(V)LANVS POMPEIVS FALCO.

65 Herennianus: ab eo placari Claudium iubet Gallienus *vit. Claudii Gothici 17*.

66 Herennianus, filius Odaenathi et Zenobiae, parvulus a patre una cum Timolao fratre relictus *vit. Gallien. 13, trig. tyr. 15. 17. 27. 28. 30, 2, vit. Aurelian. 38*; eius et Timolai nomine Zenobia imperavit *trig. tyr. 27. 30, 2 (id ipsum negatur vit. Aurel. 38, 1)*; in triumpho ductus ab Aureliano *trig. tyr. 24. Praeterea ignotus, et dubito num umquam extiterit. Si extitit, dictus fuit potius Haeranes, quod nomen alibi invenitur in gente Odaenathi, cf. sub Septimio Haerane.*

67 Herennianus dux ex disciplina Probi *vit. Probi 22*.

68 Herennianus, Proculi tyranni filius *vit. Firm. 12*.

— L. ALFIDIVS HERENNIANVS.

— CL(AVDIVS) HERENNIANVS.

69 Herennius vitia Vergilii collegit *Donatus vit. Vergil. (Sueton. ed. Reifferscheid p. 65)*.

70 Herennius Capito ultimis Tiberii annis et sub Gaio procurator Iamniae *(quae urbs testamento Salomes, sororis Herodis, facta erat Liviae et post huius mortem Ti. Caesaris cf. Ioseph. ant. 18, 2, 2)* Iosephus *ant. 18, 6, 3. 4; Philo leg. ad Gai. c. 30 p. 575 (ubi minus accurate ut videtur Capito dicitur* φόρων ἐκλογεὺς τῆς Ἰουδαίας).

70ª Herennius Dexippus, eius qui sequitur filius *CIAtt. III 717. 1202.*

71 P. Herennius Dexippus. *Tituli Athenienses omnes, CIA. III 714 ab eo positus patri (1); 715 positus ab eo cum esset archon (2), 70ª positus ab eo cum esset agonotheta (3); 716 (4) et 717 (5) positi ei a*

*filiis.* P. Herennius Dexippus, Ptolemaei f., Atheniensis, pago Hermius *tituli.* Δέξιππος Δεξίππου, ὁ Ἑρέννιος χρηματίσας, Ἀθηναῖος *Suidas.* Munera et sacerdotia eius Atheniensia, in his archontatum duplicem, et regis qui dicebatur, et eponymum enumerant *tituli.* Floruit sub Valeriano Gallieno Claudio Aureliano *Suidas (Aureliani res gestas ipse attigit, cf. fr. 24 III p. 682 Muell.) cf. Eunap. vit. Porphyrii sub fin.* Agonotheta Panathenaeis *t. 3. 4,* Panathenaide ut videtur tricesima quinta, quae videtur incidisse in a. p. C. 262/3 *cf. Dittenberger comm. Momms. p. 253.* Eo duce Athenienses Gothos fugant a. circ. 267 *vit. Gallien. 13, 8 cf. Dexippi fr. 21 p. 680 Muell.* Orator et historiarum scriptor *t. 4.* De scriptis eius agunt *Photius bibl. cod. 82 cf. cod. 77, et continuator chronicorum eius Eunapius hist. fr. 1 (exc. de sent., IV p. 11 Muell.); fragmenta eorum v. ap. Mueller fr. hist. Gr. III p. 667–687. Diversus a Dexippo philosopho, cum quo confunditur a Ioh. Tzetze cf. Busse Hermae vol. 23 p. 402 seq.*

72 C. HERENN[I]VS [DOL]A[B]ELLA *(cognomen sic supplevit Henzen probabiliter)* consul suffectus exeunte anno 119 cum [R]ufo quodam *act. Arr. (VI 2080).*

73 Q. HERENNIVS ETRVSCVS MESSIVS DECIVS CAESAR (*postea* AVGVSTVS). *Nomina plene perscripta exhibent tituli II 3735. 4058, III 3746, VI 1101 aliique,* Q. Her. Etr. Mes. Decius *nummi plerique commatis Romani (Cohen² 5 p. 214);* Here. Etru. Mes. Qu. Decius *nummi nonnulli (ap. Cohen n. 1. 2. 9. 35. 40);* Q. Here. Traianus Decius nob. C. *nummi unius antica ap. Eckhel 7 p. 348, ubi* Here. Traianus *sine dubio male lectum est pro* Her. Etr. Mes.; Herennius *Polemius Silvius,* Etruscus (Etruscius *cod. Boll.*) *Victor Caes.* (Rusticus *Prosper in indicando consulatu a. 251),* Decius *Victor epit.,* Decii *de ipso et patre Treb. Pollio vit. Valerian. 5, 4. Vict. Caes., Ammian. 31, 5, 16, item plerumque Decii vocabulo appellatur in indicando consulatu quem gessit cum patre a. 251* (Decio III et Decio Caes. *chronographus a. 354 et Hydatius,* duobus Deciis conss. *Treb. Pollio Valerian. 5, 4,* dd. nn. imp. Decio Aug. III et Decio Aug. cos. *titulus urbanus notizie 1885 p. 187), cum tamen non raro hic consulatus meris numeris* ter et semel *significetur (cf. Borghesi opp. 7, 44);* Messii Decius et Quintus *de ipso et fratre miliarius Raeticus III 5988/9.* — Filius C. Messii Q. Traiani Decii Augusti (et Herenniae Cupresseniae Etruscillae, *cf. sub hac*), a patre Caesar factus *Victor Caes. 29, Eutrop. 9, 4, epit. 29, Oros. 7, 21, 3,* statimque in Illyrios praemissus *Victor.* Consul ordinarius a. 251 cum patre tertium *fasti (cf. etiam supra).* Augustus *nummi, ap. Cohen p. 216 seq. n. 7. 16. 18. 19. 30. 37. 41. 42; initio anni 251 fuisse etiamtum Caesarem declarat titulus VI 1101.* Periit una cum patre in barbarico *Dexippus ap. Syncellum p. 376 (Mueller fr. hist. Gr. III p. 674, 16); Victor Caes. l. c., epit. l. c., Eutrop. l. c., Oros. l. c., Ammian. 31, 5, 16, Polemii Silvii laterculus, Zonaras 12, 20.*

Digitized by Google

74 M. HERENNIVS FAVSTVS [TI.] (ET *pro* TI *in lapide legerunt*) IVLIVS CLEMENS TADIVS FLACCVS, M. f, tribu [Q]u[ir.] (OVIB *pro* QVIR *exceperunt*), X[vir stliti]bus i[udicand]is, [se]v[ir] tu[rmar. equestr., trib.] mil. leg. III [A]u[g., quaestor, trib. pl]eb., leg. Aug. leg. XII..., consul suff. a. inc.; VII[vir epulonum], sodalis Augustalis, Memnonem audivit (a. 205?) *III 52 add. p. 908.*

75 HERENNIVS GALLVS, legatus legionis primae in Germania inferiore a. 69 *Tac. h. 4, 19. 20. 26.* Vinctus a seditiosis *ib. c. 59;* occisus *c. 70.* — *Fortasse ex maioribus eius* M. Herennius M. f. Gallus duovir Caiatiae *X 4587.*

76 Herennius Gemellinus vir egregius, procurator Augustorum duorum, *titulus Bukaresti adservatus III 1625,* procurator Augustorum trium *t. Sarmizegetusensis III S. 7901,* agens vices praesidis (Daciae ut videtur) *III 1625.*

77 Q. Herennius Labeo, pontifex Sutrii *XI 3254 v. 8. Idem fortasse memoratur in titulo servili VI 9636.*

78 Herennius Macer C. Caesarem Gaium salutavit, unde hic ei iratus *Seneca dial. 2, 18, 4.*

79 Herennius Modestinus, praefectus vigilum inter annos 226 et 244 *VI 266.* — Iuris consultus, studiosus Ulpiani, qui ei de causa aliqua Dalmatica rescripsit *Ulpianus Dig. 47, 2, 52, 20.* Eo magistro usus est Maximinus iunior *vit. Maximin. 27, 5.* 'Non contemnendae auctoritatis iuris consultus' *Gordianus a. 239, cod. Iust. 3, 42, 5.* Scripta eius enumerantur *index Dig. Florent.;* pleraque edita post mortem Caracallae *(cf. Fitting das Alter d. Schriften d. römischen Iuristen p. 53 seq.),* nonnulla certe sub Alexandro *cf. Dig. 48, 10, 29.* Libri de excusationibus inscripti Egnatio Dextro *Dig. 27, 1, 1 pr.*

80 Herennius Nepos, inter viros nobiles a Severo occisos *vit. Severi 13.*

81 HERENNIVS ORBIANVS frater Arvalis aetate ut videtur Antonini Pii *act. Arv. (Ant. P. fr. A. VI 2087). 'Avus potest fuisse vel proavus Gnaeae Seiae Herenniae Sallustiae Barbiae Orbianae Aug. coniugis Alexandri Aug.' Henzen.*

82 Herennius Philo *(sic Origenes c. Celsum 1, 15, Stephanus Byzantius s. v.* Δορράχιον *sub fin. et s. v.* Κόρτος, *Lydus de mens. p. 116 Bekk., Suidas s. v.* Ἑρέννιος *et s. v.* Φίλων Βύβλιος, *vulgo* Philo) Byblius, grammaticus. Familiaris Herennii Severi *Suidas s. v.* Ἕρμιππος, cuius consulatu annum egit octavum et septuagesimum *Suidas s. v.* Φίλων. Γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων ἐγγὺς Νέρωνος καὶ παρέτεινεν εἰς μακρόν *Suidas, qui inter scripta eius recenset etiam librum de imperio Hadriani. Fragmenta scriptorum eius collegit Mueller fr. hist. Gr. III p. 560 seq. Cf. etiam Niese de Stephani Byzantii auctoribus (Kiliae 1873) p. 26.*

83 M. HERENNIVS PICENS M. f., M'. n. *(patrem et avum dant fasti Cap., patrem etiam titulus Veiens),* consul suffectus a. u. c. 754 *fasti Cap.*

Proconsul Asiae *tit. Ephesius ap. C. Curtium Herm. 4 p. 195 et Waddingtonium fastes n. 51, item Greek inscriptions in the British museum III p. 176.* Patronus Veientium intramuranorum *t. Veiens XI 3797.* Nomen eius impressum amphoris repertis Aquileiae et Carthagine *V 8112, 44, VIII 10477, 4. Filius fortasse fuit M. Herennii consulis anno 720.*

84 M. HERENNIVS POLLIO *(praenomen habent tegulae)* consularis, a. 103 vel 104 Bithynis Iulium Bassum repetundarum postulantibus adest *Plin. ep. 4, 9, 14. Nominatur in tegulis urbanis XV 1179–1182.*

85 Q. HERENNIVS POTENS vir clarissimus *titulus rep. ad viam Appiam, semel tantum descriptus, VI 1427*[b].

86 Q. Herennius Potens praefectus praetorio(?) (*pro* praef. praet. *traditur* prf. prt.) *titulus rep. una cum titulo Q. Herennii Potentis viri clarissimi qui praecedit VI 1427*[a].

87 Herennius Ptolemaeus, Atheniensis, inter ephebos Panathenaide tricesima quinta (a. 262?) *CIAtt. III 1202.* Filius ut videtur maior P. Herennii Dexippi rerum scriptoris *cf. Dittenberger comm. Momms. p. 248.*

88 P. Herennius Ptolemaeus, Atheniensis, pago Hermius, pater P. Herennii Dexippi rerum scriptoris *titulus Atheniensis CIAtt. III 714 cf. 716. 717. 1149; t. Megarensis Inscr. Gr. sept. 91 (a Lenormant venit fragmentum Inscr. Gr. sept. I 3475).*

89 Herennius Rufinus socer Licinii Pontiani, privigni Apulei, auctor accusandi Apuleium *Apuleius apol. 60. 71. 74. 75. 76. 78. 82. 83. 84. 87. 92. 94. 96. 97. 98. 100.*

90 M. HERENNIVS RVFVS M. f., tribu Mae., praef(ectus) Cap(uam) Cum(as), q(uaestor) *t. Alsiensis XI 3717.*

91 M. HERENNIVS SECVNDVS consul suff. cum M. Egnatio Postumo a. 183 *act. Arv.*

92 HERENNIVS SENECIO, oriundus ex provincia Baetica *Plin. ep. 7, 33, 5.* Quaestor in eadem provincia *ib.* Post quaesturam nullos alios honores petit *Dio 67, 13.* Defendit Valerium Licinianum accusatum incesti a. 90 *Plin. ep. 4, 11, 12.* Accusat una cum Plinio Baebium Massam repetundarum ex provincia Baetica et condemnat a. 93 *Plin. ep. 7, 33;* ab hoc rursus impietatis postulatus *ib.* Acerbe dictum eius de Aquilio Regulo *Plin. ep. 4, 7, 5;* qui rursus memoriam eius mortui insectatur *ib. 1, 5, 3.* Libros componit de vita Helvidii Prisci *Tac. Agr. 2; Plin. ep. 7, 19, 5; Dio 67, 13;* propterea accusante Mettio Caro capitis damnatus *Plin. ep. 7, 19, 5; Dio l. c. cf. Tac. Agr. 2. 45; Plin. ep. 1, 5, 3; 3, 11, 3.*

93 HERENNIVS SEVERVS consul *Suidas s. v.* Φίλων Βύβλιος. Eius familiaris Herennius Philo Byblius *Suidas s. v.* Ἕρμιππος *et* Φίλων Βύβλιος. Idem sine dubio Herennius Severus vir doctissimus, imagines illustrium virorum in bibliotheca sua congregans *Plin. ep 4, 28, 1.*

Vidit etiam regnum Hadriani *Suidas s. v.* Ἕρμιππος. *Fortasse, ut coniecit Borghesius (v. ad tegulas C. XV 552), hic est Severus qui fuit consul suffectus cum Arriano quodam circa a. 123—130 (cf. supra sub Flavio Arriano); non recte alii confuderunt eum cum L. Catilio Severo consule ordinario a. 120, alii cum T. Hoenio Severo consule ordinario a. 141. Verba Herennii Philonis a Suida s. v.* Φίλων Βύβλιος *relata* (ὕπατον γοῦν Σεβῆρον τὸν Ἑρέννιον χρηματίσαντα αὐτὸς εἶναί φησιν, ὅταν ἦγεν οη' ἔτος, ὀλυμπιάδι δὲ σκ') *si spectant proprie ad tempus quo fasces gessit Severus, neque error inest in numeris, fuit consul Olympiade centesima vicesima, id est inter annos 103—107. — Plane incertum num huc spectet P. Herennius Severus pro cuius salute Valentiae servus ponit titulum II 3731.*

94 Q. HERENNIVS SILVIVS MAXIMVS origine Telesinus; sevir turmae equitum Romanorum, curio, quaestor urbanus, aedilis Cerialis, praetor, iuridicus per Calabriam Lucaniam Brittios, legatus legionis II Italicae et alae Antoninianae (i. e. sub Caracalla vel Elagabalo) *t. Telesinus IX 2213.*

95 M. Herennius [Vict]or *(cognomen supplevi ex t. Thibilitano VIII S. 18892)*, M. f., tribu Quir., vir egregius, advocatus [fisci, procurator?] ad studia, procurator [vicesimae heredi]tatium per Umbriam Tu[sciam Pice]num et tractum Cam[paniae], procurator [regio]num sacrae urbis, procurator Augustorum duorum ad fu[nctionem *(supplevit Mommsen)* fru]menti et res populi per t[ractus] utriusque Numidiae *t. Thibilitanus VIII S. 18909.*

— IVLIA FLAVIA HERENNIA CAECILIA HONORATIANA OPTATA.

96 HERENNIA CVPRESSENIA ETRVSCILLA AVGVSTA. *Nomina sic perscripta exhibet t. Carseolitanus IX 4056,* Ἑρ. Κουπ. Αἰτρουσκίλλα Σεβ. *nummi Alexandrini (Eckhel 7 p. 348 cf. Sallet alex. Kaisermünzen p. 67),* Erenian. Cupris. Etruscilla *nummus Mallensium in Cilicia ap. Cohen² 5 p. 213. 42;* Herennia Etruscilla *saepe in nummis et inscriptionibus (scriptores eius non meminerunt).* Coniux (C. Messii Q. Traiani) Decii Augusti *III 4011. IX 4056 (cum Decio sociatur in nummo coloniae Rhesaenae ap. Eckhel 7 p. 348).* Mater Augg. nn. et castror. *IX 4056; matrem fuisse Q. Herennii Etrusci Messii Decii Caesaris etiam nomina ostendunt.*

97 HERENNIA HELVIDIA AEMILIANA, M. f., L. Claudii Proculi Corneliani consulis uxor *t. Tiburtinus XIV 4239; t. Sardus X 7828 cf. eph. ep. 8, 718.*

98 Herennia Hermonactia Dexippi rerum scriptoris filia *CIA. III 717.*

— GNAEA SEIA HERENNIA SALLVSTIA BARBIA ORBIANA AVG.

99 HERIVS PRISCVS proconsul Sardiniae a. 88 *dipl. mil.*

100 Hermagoras, rhetor, auditor Theodori Gadarei; Romae docuit temporibus Caesaris Augusti *Quintilian. 3, 1, 18; Seneca controv. saepius*

*(cf. index Kiesslingii p. 541); Suidas s. v. De eo, item de aliis eiusdem nominis rhetoribus, cf. Susemihl Gesch. der griech. Litteratur in der Alexandrinerzeit II p. 471.*

101 Hermes gladiator nobilis *Martialis 5, 24.*

101[a] Hermes Plinii libertus *Plin. ep. 7, 11.*

— [Va]lerius Hermes.

— Caecil(ius) Hermianus.

— TI. CL(AVDIVS) HERMIAS.

— Nonia Arria Hermionilla.

102 Hermogenes amicus Serrani, Vegeti, Senecae *carmen Senecae ut videtur attribuendum (Baehrens Poetae Lat. min. IV p. 72).*

103 Hermogenes Tarsensis, historiarum scriptor, occisus a Domitiano *Suet. Domit. 10. Cf. Mueller fr. hist. Gr. III p. 523.*

104 Hermogenes, medicus Hadriani *Dio 69, 22. (Alios eiusdem nominis medicos habes CIG. 3311; anth. Pal. 11, 114. 257; Galen. 11, 432 Kuehn).*

105 Hermogenes rhetor auditus a M. Aurelio imperatore *Dio 71, 1; Philostratus vit. soph. 2, 7.* Tarso oriundus; procedente aetate facultatem dicendi amisit *Philostratus l. c. (cf. Suidas s. v.). Scripta eius ap. Walzium Rhetores Graeci I p. 9 seq. III p. 1 seq.*

— M. IVNIVS HERMOGENES.

— L. Iunius Septimius Verus Hermogenes.

— Q. Marcius Hermogenes.

— M. CL(AVDIVS) VINDEX MACRINIVS HERMOGENIANVS.

— Herennia Hermonactia.

106 Herodes, cognomento Magnus *(Ioseph. ant. 18, 5, 4),* Iudaeae rex. *De eo Iosephus ant. 14, 9, 2—17, 8, bell. 1, 10, 4—fin. Nummi ap. Madden coins of the Jews (1881) p. 105—114. Cf. Schuerer Geschichte d. jüd. Volks² I p. 294 seq.* — Antipatri, qui nomine Hyrcani regnum Iudaeae administrabat, filius, Phasaeli frater minor *Ioseph. ant. 14, 9, 2, bell. 1, 10, 4. Civem Romanum eum fuisse probabile est, siquidem iam patrem eius a Caesare dictatore civitate Romana donatum esse narrat Ios. ant. 14, 8, 3, bell. 1, 9, 5 (regum ex stirpe eius ultimus Agrippa dicebatur M. Iulius; sed alius ex eius posteris C. Iulius, cf. infra sub C. Iulio Agrippa).* Vivo patre Galilaeae praefectus *Iosephus l. c.* A Sex. Caesare, qui iussu Caesaris dictatoris Syriam obtinebat, et postea a C. Cassio nescio quae potestas in Syria Coele ei commissa *bell. 1, 10, 8, ant. 14, 9, 5, bell. 1, 11, 4, ant. 14, 11, 4.* Malichum patris interfectorem e medio tollit *ant. 14, 11, 6, bell. 1, 11, 8.* Post pugnam Philippensem frustra accusatus apud M. Antonium, defensus a M. Messalla, tetrarcha Iudaeae constituitur *ant. 14, 13, 1, bell. 1, 12, 5.* Cum Parthi Antigonum in regnum Iudaeae reducerent, aegre evasit; Romam cum confugisset, a senatu rex appellatus est *ant. 14, 14, 4, bell. 1, 14, 4 cf. Appian. b. c. 5, 75.* In Iudaeam redux, post varios eventus ope C. Sosii Hierosolyma expuguat (a. u. c. 717) *Ioseph. ant. 14, 16, 2, bell.*

*1, 18, 2; Dio 49, 22 (tempus accurate indicat Iosephus ant. 14, 16, 4, cf. Schuerer l. c. p. 292 not. 11).* Post pugnam Actiacam Caesar Octavianus, Rhodi ab Herode conventus, regnum Iudaeae non solum ei confirmat *ant. 16, 6, 6, bell. 1, 20, 2, Strabo 16, 2, 46 p. 765,* sed mox etiam auxit *Iosephus ant. 15, 7, 3, bell. 1, 20, 3* itemque postea *Iosephus ant. 15, 10, 1 seq., bell. 1, 20, 4; Dio 54, 9; cf. Tac. h. 5, 9.* — Βασιλέως Ἡρώδου *nummi.* Βασιλεῖ Ἡρώδῃ κυρίῳ *Lebas-Waddington 2364.* Ὁ δῆμο[ς] βασιλέα Ἡρώδην Φιλορωμαῖον εὐεργεσίας ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν *t. Athenis in arce repertus CIA. III 550 (dedicationes ab Herode Atheniensibus factas memorat Iosephus bell. 1, 21, 11).* — Uxorem habuit Doridem *ant. 14, 12, 1, bell. 1, 12, 3 c. 22, 1,* deinde hac dimissa Mariammen Alexandri et Alexandrae filiam, Hyrcani et Aristobuli regum Iudaeae neptem *ant. 14, 13, 7 c. 15, 14; 16, 1, bell. 1, 12, 3; 1, 17, 18;* eam necat (a. u. c. 725) *ant. 15, 7, 4, bell. 1, 23, 5;* de reliquis uxoribus concubinisve Herodis *cf. Iosephus ant. 17, 1, 3; bell. 1, 28, 4.* Filios e medio tollit, primum (circiter a. u. c. 747) Alexandrum et Aristobulum natos ex Mariamme *Nicolaus Damasc. fr. 5 (Mueller fr. hist. Gr. III p. 351. 352), Iosephus bell. 1, 27, 6, antiq. 16, 11, 6 cf. Strabo 16, 2, 46 p. 765, Macrob. sat. 2, 4, 11 (de tempore cf. Schuerer l. c. p. 305 not. 18),* quinto ante mortem die Antipatrum natum ex Doride *Nicolaus l. c. (p. 353 Mueller); Iosephus bell. 1, 33, 7, ant. 17, 7.* Decessit a. u. c. 750 (a. Chr. 4), herede regni nuncupato Archelao, in partem vocatis Herode Antipa et Philippo *ant. 17, 18, 1, bell. 1, 33, 8 (annum indicat Iosephus l. c., cf. Schuerer l. c. p. 343 not. 165).*

107 Herodes Herodis Magni et Cleopatrae filius, Philippi tetrarchae frater *Iosephus ant. 17, 1, 3, bell. 1, 28, 4.*

108 Herodes Herodis Magni ex Mariamme (Simonis pontificis filia) filius *Iosephus bell. 1, 28, 4, ant. 17, 1, 3 cf. 18, 5, 1. 4.* Propter culpam matris ex testamento patris expungitur *bell. 1, 31, 7, ant. 17, 4, 2.* Uxorem habuit Herodiadem Aristobuli filiam, quae nata filia Salome ab eo discessit *ant. 18, 5. 1. 4.*

109 Herodes tetrarcha Galilaeae et Peraeae (Herodes Antipas). *Cf. Schuerer Geschichte des jüd. Volkes² I p. 358 seq. Nummi ap. Eckhel 3. 486 seq.; Madden coins of the Jews (1881) p. 119. 122.* Herodis Magni filius natu minimus *Iosephus bell. 1, 32, 7, ant. 17, 6, 1,* natus ex Malthace Samaritana, Archelai frater *Iosephus bell. 1, 28, 4, ant. 17, 1. 3,* Antipas proprio nomine dictus *(ita appellatur a Iosepho ant. 17, 1, 3, c. 8, 1 c. 9, 4. 5. c. 11, 4. bell. 1, 28, 4. c. 32, 7. 33, 7. 2, 2, 3. 4. c. 6, 3 nondum tetrarcha constitutus,* Ἡρώδης ὁ κληθεὶς Ἀντίπας *bell. 2, 9, 1, praeterea tam a Iosepho quam ab aliis* Herodes). Romae apud privatum quendam educatus *Iosephus ant. 17, 1, 3.* Testamento patris postremo tetrarcha Galilaeae et Peraeae constitutus, confirmatus ab Augusto, cum frustra, nisus testamento patris priore, Archelao fratri

litem de successione regni movisset *Iosephus ant. 17, 18, 1. c. 9, 4. 11, 4, bell. 1, 33, 7. 2, 2, 3 seq. c. 6, 3.* Ἡρώδης τετράρχης *nummi, item tituli Cous CIG. 2502 et Delius Bull. de corr. hell. 3, 1879, p. 366, item Matthaeus ev. 14, 1, Lucas 3, 19. 9, 7 (sed procedente oratione ap. Matth. 14, 9, item ap. Marcum 6, 14 dicitur* βασιλεύς*).* Urbes condit Tiberiadem aliasque *Ioseph. ant. 18, 2, 1. 3, bell. 2, 9, 1.* Regem Parthorum et L. Vitellium legatum Syriae, extructo ponte super Euphrate flumine, convivio excipit *ant. 18, 4, 5.* Herodiadis, quae nupta erat fratri ipsius Herodi, amore captus, uxorem suam Aretae Arabum regis filiam repudiare constituit; inde bellum cum Areta; vincitur Herodes *ant. 18, 5, 1.* Herodiadem uxorem ducit *ant. 18, 5, 4.* Huius fratri Agrippae per aliquod tempus victum suppeditat *ant. 18, 6, 2.* Iohannem Baptistam in carcere interficit *Iosephus ant. 18, 5, 2; Matthaeus 14, 3 seq.; Marcus 6, 17 seq.; Lucas 3, 19. 9, 9.* In Iesum captivum Hierosolymis, ubi forte aderat, inquirit *Lucas 23, 9.* Agrippa regnum adepto, impulsu Herodiadis in Italiam navigat, ut et ipse regiam dignitatem a C. Caesare impetret, verum ab Agrippa clam insimulatus apud C. Caesarem, in exilium mittitur Lugdunum (anno p. Chr. 39) *Ioseph. ant. 18, 7, 2 cf. bell. 2, 9, 6 (ubi Lugduni loco legitur Hispania). (De nummo cuso anno potentiae eius quadragesimo quarto cf. Madden p. 122).*

110 Herodes, Salampsionis, Herodis Magni filiae, et Phasaeli filius *Iosephus ant. 18, 5, 4.*

111 Herodes Chalcidis rex. *Nummi, ap. Eckhel 3, 492. Cf. Schuerer Geschichte des jüd. Volks I² 606 seq.* Aristobuli et Berenices filius, Herodis Magni nepos, regis Agrippae frater, infans a patre relictus *Iosephus ant. 18, 5, 4, bell. 1, 28, 1.* Uxorem ducit Mariammen Iosephi filiam *Iosephus ant. 18, 5, 4 cf. bell. 2, 11, 6,* postea Berenicen Agrippae fratris filiam *ant. 19, 5, 1, bell. 2, 11, 5. 6.* Intercedente Agrippa a Claudio constituitur rex Chalcidis *ant. 19, 5, 1, bell. 2, 11, 5 cf. Dio 60, 8 (rex appellatur a Claudio iam in edicto a. 41, apud Iosephum ant. 19, 5, 3).* Ornatus ornamentis praetoriis, Graece gratias agit Claudio in senatu *Dio 60, 8.* Βασιλεὺς Ἡρώδης Φιλοκλαύδιος *nummi. (Item huius Herodis esse putatur a Dittenbergero titulus Atheniensis CIA. III 551* [ὁ δ]ῆμος [βασιλ]έα Ἡρώδην Εὐσεβῆ καὶ Φιλοκαίσαρα [ἀ]ρετῆς ἕνεκα καὶ εὐεργεσίας). Cum fratre Agrippa Tiberiade convenit *Ioseph. ant. 19, 8, 1.* Post mortem Agrippae Silam interficiendum curat *ant. 19, 8, 3.* Ius pontifices creandi a Claudio impetrat *ant. 20, 1, 3 cf. 20, 5, 2.* Decessit anno Claudii octavo *ant. 20, 5, 2.* Filios reliquit ex Mariamme Aristobulum, ex Berenice Berenicianum et Hyrcanum *ant. 20, 5, 2, bell. 2, 11, 6.*

112 Herodes Aristobuli et Salomae filius, Herodis eius qui praecedit nepos *Iosephus ant. 18, 5, 4.*

113 Herodes vir gravis (ὁ σεμνότατος), libros Iosephi de bello Iudaico

comprobat *Iosephus c. Apion. 1, 9. Videtur coniunctus fuisse cum regia stirpe Iudaeorum. Fortasse non diversus ab eo qui praecedit.*

114 Herodes, filius Odaenathi non ex Zenobia sed ex alia uxore, a patre imperator appellatus, cum eo occisus a Maconio *vit. Gallien. 13, 1; trig. tyr. 15, 2. 5. 16; 17, 1. Fuerunt qui eum non diversum putarent a Septimio Vorode nobili Palmyreno, ap. Lebas-Waddington 2606–2610; cf. Mommsen Roem. Gesch. V p. 434 not. 1 et infra sub Septimio Vorode.*

— Herodes Agrippa *v.* M. Iulius Agrippa.

— Herodes Antipas *v.* Herodes *supra n. 109.*

— Herodes Archelaus *v.* Archelaus.

— TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES.

115 Herodianus, qui scripsit ab excessu divi Marci usque ad principatum Gordiani libros octo qui extant: aequalis temporum eorum quae scripsit *ipse 1, 2, 5,* ministeriis quibusdam in aula Caesarum vel publicis functus (ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος) *ib. Oriundus videtur fuisse ex Graecia vel ex Oriente, sed certi nihil statui potest; cf. Kreutzer de Herodiano rerum scriptore (diss. Bonn. 1881) p. 7 seq.*

— TI. CLAVDIVS HERODIANVS.

116 Herodias Aristobuli et Berenices filia, regis Herodis Magni neptis, regis Agrippae soror *Iosephus bell. 1, 28, 1.* Nupsit Herodi, Herodis Magni ex Mariamme filio *(v. supra n. 108) ant. 18, 5, 4,* desponsa ei iam ab avo Herode *bell. 1, 28, 2,* eique peperit Salomen *ant. 18, 5, 4;* hoc relicto uxor fit Herodis tetrarchae, fratris mariti *ib. cf. 18, 5, 1. (A Matthaeo ev. 14, 3 et a Marco 6, 17 prior maritus Herodiadis dicitur fuisse Philippus, non recte, ut videtur; cf. Schürer Geschichte d. jüd. Volks I² p. 362 not. 19).* Per filiam a marito necem Ioannis Baptistae impetrat *Matthaeus 14, 6 seq., Marcus 6, 22 seq.* Pro Agrippa fratre ad inopiam redacto intercedit apud maritum *ant. 18, 6, 2.* Agrippa regnum adepto maritum incitat ut in Italiam profectus et ipse regium nomen petat a C. Caesare; sed ab hoc una cum marito in exilium missa *ant. 18, 7. 1. 2, bell. 2, 9, 6.*

117 Hesperus, procurator Augusti in Asia proconsule Avidio Quieto *III 355.*

— ACCIA HEVRESIS VENANTIVM.

117ᵃ Hiberina, mulier uno viro non contenta *Iuvenal. 6, 53.*

118 Hiberus (Ἴβηρος *Dio; apud Philonem pro* Ἰβηρ- *traditur vel certe editur* Σεβηρ-) Aug. l., post mortem Vitrasii Pollionis Aegypto praefectus a. 32 *Dio 58, 19;* ei paullo post defuncto in praefectura succedit Avillius Flaccus *Philo in Flaccum c. 1 p. 517 cf. c. 3 p. 159. Libertum crediderim fuisse Antoniae Drusi et M. Antonium dictum, ut ex posteris eius fuerit M. Antonius Hiberus consul a. 133.*

— M. ANTONIVS HIBERVS.

— Plotia Hioria.

119 Hiero praefectus Parthus *Tac. a. 6, 42. 43.*

120 Hierocles, Caricum mancipium, Elagabali subactor *Dio 79, 15. 16; vit. Elag. 6.* Eum cum milites ad supplicium deposcerent, vitam ei impetravit Elagabalus *Dio 79, 19,* sed ipsum removit; mox repoposcit *vit. Elag. 15.* Occisus cum Elagabalo *Dio 79, 21 (Zon. 12, 14).*

121 ...[HIE]ROCLES PERPETVVS v. c., cur[ator]... *t. incerti loci VI 1223. (Mentio provinciae Britanniae in eodem titulo quo spectet, nescio). Diocletiano vix antiquior.*

— T. Licinius Hierocles.

— Licinia Hieroclia.

— L. (?) CLAVDIVS HIERONYMIANVS.

122 Hierus et Asylus, pueri formosi, gemelli *Martialis 9, 103.* Iidem fortasse Hierus et Asylus Ti. [Cl(audii)?] Liviani servi qui clavam Herculi dedicaverunt *VI 280, cf. Huelsen Berliner philol. Wochenschrift 1889 p. 683.*

123 Hilarianus procurator provinciae Africae, quam vice proconsulis Minucii Oppiani defuncti rexit *Passio S. Perpetuae c. 6 (Ruinart act. martyr. p. 95; Harris and Gifford acts of martyrdom of Perpetua p. 47; Robinson texts and studies contr. to biblical litterature vol. I fasc. 2 p. 71).* Memoratur *Tertullian. ad Scapulam 3.*

— P. AELIVS HILARIANVS.

124 Hilario Caesaris Augusti l. *Suetonius Aug. 101.*

125 Hilarus dispensator, 'Caeretani cultor notissimus agri' *Martial. 6, 73.*

126 Hipparchus Theophili, qui res M. Antonii Corinthi procurabat, filius, primus ex familia Antonii ad Caesarem transiit; postea Corinthi domicilium collocavit *Plutarch. Anton. 67. 73.* Memoratur *Plin. h. n. 35, 200.*

127 Hipparchus sestertium milies possessor, defensus a Salvio Liberale *Suet. Vesp. 13.*

128 Hipparchus Atheniensis, (Ti. Claudii) Attici pater, Herodis Attici avus, cum in suspicionem novarum rerum venissot, bonis multatus *Philostratus vit. soph. 2, 1. 2.*

129 M. HIRRIVS FR[ONT]O NERATIVS PANSA. *Titulus ei positus Hieropoli sive Comanis Cataoniae, bull. de corr. hell. 7 p. 129 (1). Memoratur in titulo Pessinuntio a. 79, Perrot expl. de la Galatie p. 209 (2). Nummi Ancyrani, communis Galatiae, Caesareae Cappadociae (cf. infra). — Nomen paene plenum extat in t. 1* (Μάρκον Ἵρριον [Φ]ρ[όντ]ωνα Νερά[τιον] Πάνσαν), M. Ἱρριο... *t. 2;* .... [Ner]atius Pansa *tit. consularis Lugdunensis ap. Borghesium opp. 5 p. 349.* Ἐπὶ M. Ἱρ. Φ. Νερατίου Πάνσα πρεσβευ. ἀντ. *nummus Ancyranus musei Berolinensis (male ap. Mionnet suppl. VII 633, 11),* ἐπὶ Μάρκου Νερατίου Πάνσα πρεσβευτοῦ *nummus Ancyranus ap. Mionnet IV 377, 16, suppl. VII 631, 2, Muret mélanges num. III p. 331,* ἐπὶ M. Νερα. Πάνσα πρεσβευτοῦ *num-*

*mus Caesariensis ap. Mionnet suppl. VII 663, 28, nummus Galaticus ib. 631, 3 et ap. Muret l. c. p. 329,* ἐπὶ M. Πάνσα πρεσβευ. *nummi Caesarienses ap. Mionnet suppl. VII 662, 18–20,* ἐπὶ Πάνσα πρεσβευτοῦ *nummi Caesarienses musei Berolinensis cf. Mionnet IV 411, 29, suppl. VII 663, 27.* — Consul (suff. a. inc.) *t. Lugdunensis supra citatus.* Legatus Galatiae et Cappadociae *nummi (cf. supra), alii cum Vespasiani, alii cum Titi capite; tituli (cf. supra).*

130 Hirrus, pupillos circumscripsit *Iuvenalis 10, 222.*
— SEX. PEDIVS HIRRVTVS.
— SEX. PEDIVS HIRRVTVS LVCILIVS POLLIO.
— Sex. Pedius Lusianus Hirrutus.

131 Hispanus: ad eum scripsit Plinius *ep. 6, 25.* Fortasse hic est Baebius Hispanus ad quem Plinius scripsit *ep. 1, 24.*
— Baebius Hispanus.
— Cornelius Hispanus.
— Q. DOMITIVS HISPANVS.
— Fabius Hispanus.
— ..... HISPANVS [P]OMPEIVS MARCEL[LVS VMB]ONIVS SILO *II 3839. Cf. infra sub Pompeio Marcello (P. 478).*

132 Hispo, cinaedus *Iuvenalis 2, 50 (nomen fortasse fictum).*
— M. EPPVLEIVS PROCVLVS TI. CAEPIO HISPO.
— Romanius Hispo.

133 HISPVLLA, uxor Corellii Rufi *Plin. ep. 1, 12, mater sine dubio Corelliae Hispullae (Plin. ep. 3, 3).*

134 Hispulla *Iuven. sat. 6, 74; 12, 11.*
— Calpurnia Hispulla.
— CORELLIA HISPVLLA.
— TERENTIA HISPVLLA.

135 Hister, homo infamis *Iuvenalis sat. 2, 58 cum schol.*
— Pacuvius Hister.
— SEX. PALPELLIVS HISTER.
— P. IVVENTIVS CELSVS T. AVFIDIVS [H]OENIVS SEVERIANVS.

136 T. HOENIVS SEVERVS *(sic plene VI 161. 635. XIV 400; t. Fabrianensis ap. Wilmanns 692ᵃ; plerumque* Severus) consul ordinarius a. 141 cum M. Peducaeo Stloga Priscino *fasti. (Non recte in t. urbano Bull. comun. 1885 p. 150 n. 1076 collega Priscini dicitur Stloga).*

137 T. HOENIVS SEVERVS, filius puto eius qui praecedit, salius Palatinus, exit e collegio consul factus a. 170 *VI 1978 v. 2.*
— SALVIVS NEN[IVS] L. (H)AIVS CAMP[ANI]ANVS CN. PLO[TIVS] MAXIMINVS T. (H)OENIVS SEVER[VS] SERVEIENVS V[RSVS].

138 Homilus Gaio principi ab admissionibus (ἐπὶ τῶν πρεσβειῶν) *Philo leg. ad Gai. c. 28 (p. 572).*

139 Homullus Traiano quid dixerit de arte imperandi *vit. Sev. Alexandri 65, 5. Fortasse* Valerius Homullus.
— IVNIVS (H)OMVLLVS.
— Cn. Pompeius Homullus Aelius Gracilis Cassianus Longinus.
— L. TERENTIVS HOMVLLVS IVNIOR.
— M. VALERIVS HOMVLLVS.
— .. [COR]NELIVS VALENTI[NVS H]ONESTIANVS IVNIANVS.
140 ....... LIA HONORATA clarissima femina, mater Coeliorum Martialis et Senecionis clarissimorum virorum *t. rep. in Mauretania, Eph. ep. 5, 1297, Poulle mém. de la société de Constantine 26 p. 386.*
— Grania Honorata.
— IVLIA FLAVIA HERENNIA CAECILIA HONORATIANA OPTATA.
— IASDIVS AEMILIANVS HONORATIANVS.
— Mevius Honoratianus.
— Q. RANIVS TERENTIVS HONORATIANVS FESTVS.
— ...... VIVS (*vel* ..... VVS) SATVRNINVS HONORATIANVS.
— C. VALERIVS GALLIANVS HONORATIANVS.
141 Honoratus praefectus praetorio temporibus Severi Alexandri, eminentissimus vir (*pro* em. v., *quod in lapide esse crediderim, descriptum est* e. m. v.) *t. Alexandrinus III S. 12052. Cf. infra sub Mevio Honoratiano.*
142 Honoratus Macrinus *tegulae urbanae aetatis, ut iudicat Dressel, fere Pii CIL. XV 1189. Fortasse nobilis aliquis.*
— L. AEMILIVS HONORATVS.
— ANNIVS HONORATVS.
— L. ANNIVS ITALICVS HONORATVS.
— Antonius Honoratus.
— C. ARRIVS CALPVRNIVS FRONTINVS HONORATVS.
— AXILIVS HONORATVS.
— P. CLAVDIVS PALLAS HONORATVS REPENTINVS.
— Q. CLODIVS CALVISIVS HONORATVS.
— Q. COELIVS HONORATVS.
— Sex. Cornelius Honoratus.
— L. DOMITIVS HONORATVS.
— Egnatuleius Honoratus.
— Q. Fabius Honoratus.
— M. FL(AVIVS) ARRIVS OSCIV[S] HONORATVS.
— L. [F]l[avius] Honoratus.
— C. IVL(IVS) DIONYSIVS HONORATVS.
— Iulius Honoratus.
— M. Lollius Honoratus.
— MINVCIVS HONORATVS MARCELLVS AEMILIANVS.
— C. OCTAVIVS PVDENS CAESIVS HONORATVS.
— M. Petronius Honoratus.

Digitized by Google

— Septimius Honoratus.

143 HONORINVS legatus Carthagine Severiani proconsulis Africae, patris sui, praetor designatus *Apuleius florid. 2, 9.*

— L. VOLVMNIVS HORATIANVS.

144 Q. Horatius Flaccus. *Vita a Suetonio composita, ap. Reifferscheid Sueton. reliq. p. 44 seq.* Natus Venusiae *sat. 2, 1, 34*, a. u. c. 689 *ipse epod. 13, 6, carm. 3, 21, 1 cf. epist. 1, 20, 27, Sueton.*, d. 8 Dec. *Suet.*, patre libertino *sat. 1, 6, 6. 45, ep. 1, 20, 20* et coactore *sat. 1, 6, 86* (auctionum coactore *Suet.*). Educatus Romae *sat. 1, 6, 76, epist. 2, 2, 41.* Athenis philosophiae studet *epist. 2, 2, 43 seq.* Bello civili relictis Athenis *ep. l. c.*, tribunus militum legionis *sat. 1, 6, 48,* in exercitu M. Bruti *carm. 2, 7, 2,* interfuit proelio Philippensi a. 712 *carm. 2, 7, 9, ep. 2, 2, 49.* Victis partibus venia impetrata *Suet.*, (Romae) scriptum quaestorium comparavit *id., cf. sat. 2, 6, 36.* Versus facere incipit *ep. 2, 2, 51.* Amicus Maecenatis factus a. u. c. 716 *sat. 2. 6, 40,* comitatur eum Brundisium (a. u. c. 717) *sat. 1, 5 (de anno cf. Franke fast. Horat. p. 96).* Per Maecenatem Augusto innotescit *Suet.* Epistularum officium ab Augusto sibi delegatum recusat *Suet.* Iussu Augusti saeculare carmen composuit a. 737 *Suet. (nomen Horatii extat in actis ludorum saecularium anni 737 v. 149, eph. ep. 8 p. 233). De reliquorum carminum Horatii temporibus, cf. C. Franke fasti Horatiani (Berol. 1839).* Decessit d. 27 Nov. 746 *Suet.*

145 M. Hordeonius . . ., sub Ti. Caesare procurator ut videtur provinciae Narbonensis *VI 92 add. (p. 831).*

146 HORDEONIVS FLACCVS, legatus Germaniae superioris *Tac. h. 1, 9,* a Galba missus successor Verginio Rufo *Plut. Galb. 10,* proper senectutem et pedum debilitatem a militibus contemptus *Tac. l. c.; Plut. Galb. 18.* Exercitum a Galba desciscere sinit *Tac. h. 1, 56; Plut. Galb. 22.* A Vitellio utraque Germania ei permissa *Tac. h. 2, 57.* Inclinato in Vespasianum animo Civilem et auxilia Batavorum retinet *Tac. h. 4, 13 cf. 2, 97; 5, 26.* Primos Civilis conatus dissimulans alit *ib. 4, 18.* Adversus Batavos desciscentes languida eius consilia et imperia *Tac. h. 4, 18. 19. 24. 25.* Post pugnam Cremonensem milites in verba Vespasiani adigit *ib. c. 31.* A seditiosis militibus occiditur *ib. c. 36.* Nominatur *ib. 1, 52; 2, 57; 4, 27. 55. 77.* — M. Hordionius M. f. Flaccus *memoratur in tit. Foropopiliensi 11, 583, vix idem.*

147 P. Hordeonius Lollianus ὁ σοφιστής, statua et epigrammate honoratus ab Atheniensibus *CIA. III 625 = Kaibel ep. Gr. 877. Esse Lollianum Ephesium, Isaei discipulum, cathedrae Atheniensis primum professorem, de quo habemus Philostratum vit. soph. 1, 23, viderunt Kayser P. Hordeonius Lollianus (Heidelb. 1841) et paullo ante eum Clarisse (loco ap. Kaibelium laudato). Ipse praeterea memoratur in fragmento nuper rep. Athenis* (Δελτίον ἀρχαιολ. *1892 p. 38), filia eius Pulchra in titulo Ephesio CIGr. 3003 (cf. add. vol. II p. 1125).*

148 Hormus, Vespasiani libertus *Tac. h. 3, 12. 27. 28.* Dignitas equestris ei data *ib. 4, 39.*

— M. (Hortensius) Hortalus.

149 ..IVS Q. HORTENSIVS ..*ISINVS Q. f. proconsul (provinciae Cypri) *t. Paphius Journal of hell. studies IX p. 251, 1076. Videtur proconsul fuisse sub Domitiano; nam in hunc potissimum quadrant quae ex nomine imperatoris relicta sunt in titulo* [αὐτοκράτορα Κα]ίσαρα θεοῦ Σεβαστοῦ υἱὸν [Δομετιανὸν] Σεβαστόν, *vix in ullum alium imperatorem.*

150 Hortensius Corbio, nepos Q. Hortensii oratoris, vita obscaenus *Valerius Maximus 3, 5, 4.*

151 M. (Hortensius) Hortalus *(praenomen habet Tacitus)*, nepos Q. Hortensii oratoris, permodica re familiari, ab Augusto liberalitate decies sestertii adductus est ut uxorem duceret et quattuor ex ea liberos tolleret. A. 16 cum Tiberii opem imploraret, repulsam tulit. Unde domus eius ad pudendam inopiam delapsa *Tac. a. 2, 37. 38; Suet. Tib. 47.*

152 HORTENSIVS PAVLINVS clarissimus vir *tegulae urbanae XV 415. 416. 417 cf. p. 125. Idem fortasse, ut coniecit Marinius, M. Cassius Hortensius Paulinus praetor urbanus (VI 318). Diversus puto M. Hortensius Paulinus aequalis Bellicii Sollertis consulis (V 3338).*

— M. CASSIVS HORTENSIVS PAVLINVS.

153 Hosidius Geta (*pro* Hosid- *codex optimus Agobardinus* Vosid-) 'Medeam tragoediam ex Vergilio plenissime exsuxit' *Tertullianus de praescript. haeret. 39. Talis cento extat in codice Anthologiae Salmasiano (apud Riese anthol. Lat. I p. 49 seq.). Hosidio illi tribui solitus.*

154 [HOSIDIVS] GETA *(gentilicium supplevit Mommsen ex tegulis Histoniensibus IX 6078, 96. 97. 99)*, quattuorvir viarum cur., quaestor provinciae ...., quaesitor ... *fragmentum tituli Histoniensis IX 2844. Potest esse unus ex eis qui sequuntur.*

155 CN. HOSIDIVS GETA *(ex posteris sine dubio C. Hosidii Getae proscripti a triumviris, Dio 47, 10, Appian. b. c. 4, 41, cf. Mommsen Roem. Münzwesen p. 640 n. 287)*, post praeturam legatus Claudii in Mauretania, exercitum ducit in desertum *Dio 60, 9.* A. 43 in Britannia cum hoste conflixit; ornamenta triumphalia accepit nondum consul *Dio 60, 20.* Consul suff. cum L. Vagellio exeunte anno vel 45 vel 46 *X 1401 cf. p. 51 not. 1.*

156 M. HOSIDIVS [GET]A *(cognomen in* A *desinens recte ita supplevit Mommsen)*, M. f., tribu A[rn.], adest scribendo senatus consulto de Cyzicenis *III S. 7060.*

157 Q. Hosidius Geta C. f. *tegulae Histonienses IX 6078, 97 (praenomen patris et cognomen in uno tantum exemplo agnita sunt). Aut huius aut unius eorum qui praecedunt servi* Montanus Hosidi [G]eta[e] *signaculum incertae originis IX 6083, 96,* Aphtonius H. G. *tegula prope Anxanum rep. IX 6078, 36.*

— C. VITORIVS HOSIDIVS GETA.

158 CN. HOSIDIVS MAVRICVS consul (suff. a. inc.) *t. pictus in amphora quadam, CIL. XV 4617 descripsit Dressel, de lectione dubitans.*

159 Hostilius philosophus, a Vespasiano in insulam relegatus *Dio 66, 13.*

160 Hostilius mimographus *Tertullian. apol. 15. Cf. Teuffel Lit. § 363, 5.*

— *SEVERVS HOSTILIANVS.

— C. VALENS HOSTILIANVS MESSIVS QVINTVS CAESAR.

— T. MVSTIVS HOSTILIVS FABRICIVS MEDVLLA AVGVRINVS.

161 HOSTILIVS FIRMINVS, legatus Marii Prisci proconsulis Africae, permixtus eius causae *Plin. ep. 2, 11, 23.* Poenae causa a sortitione provinciae exclusus *ib. 2, 12.*

162 L. HOSTILIVS HA..... clarissimus puer *titulus ad urbem rep., Comptes rendus de l'Académie des inscr. et belles lettres 1888 p. 111.*

163 Hostilius Rufus praefectus castrorum Drusi in Germania a. 743 *Obsequens c. 72.*

— [VAL]ERIA MAR[CIA] HOSTILIA CRISPINA MOECIA CORNELIA.

164 Hostins Quadra homo impudicns, quem cum a servis esset occisus, Augustus indignum vindicta iudicavit *Seneca nat. q. 1, 16.*

165 Hostia amica Propertii, Cynthia ab eo in carminibus dicta *Apuleius apol. 10.*

166 Hybreas, Mylasensis, humili loco natus, ad principatum civitatis suae pervenit *Strabo 14 p. 659;* memoratur in nummis Mylasensinm *Mionnet III p. 355 n. 303* (γραμματεύοντος Ὑβρέου), *ib. suppl. VI p. 509 n. 358 seq.* Libera vox eius coram M. Antonio *Plut. Ant. 24.* Labieno et Parthis Asiam invadentibus restitit *Strabo 14 p. 660.* Summus orator *Strabo 13 p. 630; Hieronymus ad a. Abr. 1984 (u. c. 721).* Disertissimus vir *Seneca suas. 7, 14.* Copiosae atque concitatae facundiae orator *Valerius Maximus 9, 14 ext. 2.* Declamationes eius Graecae citantur a *Seneca suas. 4, 5, contr. 1, 2, 23. 4, 11; 2, 5, 20; 7, 4, 10; 9, 1, 12. 15. 6, 16.*

167 Hybreas, filius eius qui praecedit. Cum eo M. Cicero filius proconsul Asiae causam aliquam apnd se agente altercatur *Seneca suas. 7, 14.*

— Hydatius *v.* T. Fl(avius) Umbrius Antistius Saturninus Fortunatianus.

168 HYDRIA TERTVLLA clarissima femina, uxor Terentii Mus(a)ei, mater Axiae Aelianae *t. sarcophagi anaglyphis ornati XII 675 (Arelate). Aliqua parentela coniuncta cum Axio Aeliano qui vixit temporibus Severi Alexandri, ut colligi potest ex nomine filiae. Christianam fuisse indicant ornamenta sarcophagi (cf. Leblant inscr. chrét. de la Gaule II p. 255 n. 517).*

169 ......SIVS HYGINIANVS, quaestor pro pr. provinciae Siciliae *X 7235.*

170 Hyginus (Hygenus *codices corporis gromaticorum nonnulli*): sub eius nomine complura in corpore scriptorum gromaticorum *Scr. gromatici ed. Lachmann I p. 108—134. 166—208.* Scripsit sub Traiano *ib. p. 121.*

Augusti libertus *codices nonnulli gromaticorum (ib. p. 166 adnot. ad v. 1. 2), dubitatur num recte. Scripta illa duobus diversis auctoribus tribuunt plerique cum Lachmanno, cf. l. c. II p. 136 seq., item Gemoll Herm. 11 p. 174. (Mero casu in codicibus etiam libello de munitionibus castrorum subscriptum est nomen Hygini). — De Hygino, fabularum quae extant et astronomiae auctore, cf. infra sub C. Iulio Hygino.*

— C. Iulius Hyginus.

171 Hylas pantomimus clarus temporibus Augusti, Pyladis discipulis *Macrobius sat. 2, 7, 12–19.* Ab Augusto flagellis verberatus *Suet. Aug. 45.*

172 Hyllus, scripsit librum de diis *Macrob. sat. 3, 2, 13 (Hyginum intellegi coniecit Mommsen CIL. I p. 26 ad n. 58).*

— Plotia Hypsaea.

173 Hyrcanus Herodis, regis Chalcidis, filius *Iosephus ant. 20, 5, 2, bell. 2, 11, 6.*

174 Hyrcanus Iosephi historici filius natu maximus *vit. Iosephi 1. 76.*

# I

1 I.... ....cianus praefectus classis praetoriae Ravennatis a. 249 *dipl. mil. (III p. 899).*

2 M. IALLIVS BASSVS FABIVS VALERIANVS. *Titulus: agri Helvorum XII 2718, mutilus, ad exempla duo non bona restitutus ab Hirschfeldio (1); ad eum fortasse pertinet etiam fragmentum eodem loco repertum XII 2719 (1[b]). Memoratur in t. urbano VI 1119 (2) et in Troesmitano III 6169 (3) et in alio Moesiae inferioris arch.-ep. Mitth. 14 p. 158 (4). Nomen plenum exhibebat t. 1* (M. Fanius Bassus .... Valerianus *ex. I,* ..assus IABIVS VAIIRIANVS *ex. II*), M. Iallius Bassus *t. 4,* Iallins Bassus *t. 2. 3.* M. f. *t. 1,* tribu Volt. *t. 1, oriundus ut videtur ex Helvis. Primi honores ignorantur.* Consul (suff. a. inc.) *t. 1.* Prae[f. aerari?..] *t. 1.* [Leg. Aug. pro pr.] provinciae Pannoniae inferioris *t. 1.* Curator operum publicorum a. 161 *t. 2 cf. t. 1.* Legatus pro pr. Moesiae inferioris sub Marco et Vero *t. 3. 4 cf. t. 1.* Comes Augustorum Par[th]i[c]a[e] e]x[peditionis?] *t. 1 (ultima adsunt tantum in ex. II).* — Legatus pro pr. provinciae Pannoniae superioris *t. 1[b] (si ad hunc pertinet). — Vix ad huius Iallii Bassi filiam, fortasse ad mulierem ex eadem stirpe, pertinet sarcophagus repertus ad urbem in coemeterio christianorum quod dicunt cryptas Lucinae, cum titulo:* Ialliae, Ialli Ba[ss]i et Catiae Cle[me]ntinae fil. pii[ssim]ae, matri, Clem[en]tinae, in pac[e] Ael. Clemens [fi]liûs *(de Rossi Roma sott. vol. I tab. XXXI fig. 12 cf. de Rossi bull. crist. 1865 p. 78, Roma sott. vol. I p. 309, vol. II p. 366).*

3 IALLIA BASSIANA femina clarissima (ἡ λαμπροτάτη) *t. Graecus positus ei Romae a senatu populoque Tauromenitano, Inscr. Gr. Ital. Sicil. 1091.*

4 Iallia Clem[en]tina, Ialli Ba[ss]i et Catiae Cle[me]ntinae filia, Aelii Clementis mater *v. sub* M. Iallius Bassus Fabius Valerianus *(fin.)*.

5 Iamblichus Iamblichi reguli Arabum ab Antonio interfecti filius: ei regnum paternum ab Augusto confirmatur a. 734 *Dio 54, 9 cf. 50, 13; 51, 2.*

— LVRIA IANVARIA.

6 ... [IAN]VARIV[S] legatus Aug. exercitus Africani a. 126 *t. Thamugadensis VIII S. 17845 [VIII 2358/9 cf. Eph. ep. 7, 743] (modo recte fragmentum VIII 2359 a solo Delamario descriptum eo rettulerit Poullius; praeterea num recte litteras ex nomine legati relictas exceperit Delamarius auctor ceteroquin accuratissimus, licet dubitare).*

7 Ianuarius procurator Sardiniae sub Valeriano et Gallieno *miliarius Sardus non bene descriptus X 8028. Nomen fortasse non recte exceptum; cf. infra sub P. Maridio Maridiano.*

— Aurelius Ianuarius.

— AVR(ELIVS) ZENO IANVARIVS.

— Octavius Ianuarius.

8 [IASDIVS] .... *(nomen supplevit Henzen propter nomen in fine tituli memoratum Iasdii Domitiani)*, tribunus laticlavius l[egionis] (nescio cuius), [quaestor prov.] Achaiae, aedilis curulis, [praetor], [legatus le]g. XIIII Geminae, [curator viae Aem]iliae praefectus al[imentorum, legatus provinciarum complurium; [curator rei] p(ublicae) Fulginatium *t. mutilus VI 1428 (restitutus ab Henzeno, melius quam a Borghesio opp. 5, 339).*

9 IASDIVS AEMILIANVS HONORATIANVS magister fratrum Arvalium a. 241 *act. Arv.*

10 IASDIVS DOMITIANVS legatus Aug. pro pr. Daciae sub Severo Alexandro *t. Dacici III 797. 798 (vix huc pertinet* C. Ias.... *t. Dacici III 952 = III S. 7723).* Iasdius Dom[itianus] *memoratur VI 1428.*

11 Iason mercator (?) *Iuvenalis 6, 153.*

12 C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO (Kap- *lapis*) CORNELIVS POLLIO SQVILLA Q. VVLCACIVS (Vulkac- *lapis*) SCVPPIDIVS VERVS decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum leg. V Macedonicae, quaestor provinciae Africae, tribunus plebis candidatus, praetor candidatus divi Hadriani, legatus legionis III Gallicae, legatus Aug. pro pr. provinciae Lusitaniae, proconsul provinciae Baeticae, consul (suff. a. inc.) *t. agri Tusculani XIV 2499.*

— C. OCTAVIVS TIDIVS TOSSIANVS L. IAVOLENVS PRISCVS.

13 Iccius, amicus Horatii, philosophiae studiosus, ad quem is dedit *carm. 1, 29; ep. 1, 12.* Procurator Agrippae in Sicilia *ep. 1, 12, 1 cum Porphyrione.*

14 Icelus (hic eius *traditur Suet. Ner. 49*), Galbae libertus, a. 68 primo tumultu in vincula coniectus a Nerone *Suet. Nero 49.* Postea vinculis exsolutus, nt corpus Neronis cremaretur permisit *ib.* Septem diebus itinere in Hispaniam confecto Galbae nuntiat Neronis mortem *Plut. Galb. 7 cf. Suet. Galb. 22.* Anulis aureis et Marciani cognomine ornatus *Tac. h. 1, 13; Suet. Galb. 14; Plut. l. c.* Summa apud Galbam potentia *Tac. h. 1, 13; Suet. Galb. 14,* paedagogus eius vulgo dictus *Suet. l. c. (inde Victor ep. 6); cf. Plut. Galb. 20.* Vininm odit *Tac. h. 1, 33 cf. c. 13.* Avaritia eius *Tac. h. 1, 37.* Occiso Galba in eum ut in libertum palam animadversum *Tac. 1, 46.* — Ferebant eum a Galba stupratum *Suet. Galb. 22.* — Nominatur *Tac. h. 2, 95.*

15 L. Icius *(sic Torrentius;* Licius *vel* Lycius *vel* Litius *libri)*, adulescentulus honeste natus, ab Augusto publice exhibitus 'quod erat bipedali minor, librarum septemdecim et vocis immensae' *Suet. Aug. 43.*

16 Ide, Decii Mundi equitis Romani liberta, dolum per quem patronus Paulina potiretur composuit: cognita re in crucem tollitur *Iosephus ant. 18, 3, 4.*

17 Ilasarus rex Arabum Rhammanitarum, quorum oppidum Mariaba frustra obsedit Aelius Gallus (a. u. c. 730) *Strabo 16, 4, 24 p. 782.*

— Iulius Indus.

18 INGENVVS (Ingebus *Victor*) sub Gallieno Pannonias regebat *trig. tyr. 9; Vict. Caes. 33, 2,* coniugi Gallieni snspectus *Anonymus post Dionem (Dio ed. Dindorf V p. 221);* is comperta Valeriani clade *Victor l. c.,* a. 258 *trig. tyr. l. c.,* a Moesiacis legionibus imperator est dictus *trig. tyr. l. c., Zonaras 12, 24;* Sirmii (tyrannus fuit) *Polemii Silvii laterculus.* Eum Gallienus apud Mursam devicit *Victor l. c., Eutrop. 9, 8, Oros. 7, 22,* circa Sirmium *Zon.,* egregia Aureoli opera in ea pugna usus *Zon.* Ingenuus in fuga a stipatoribus suis occisus *Zon. (cf. trig. tyr. 9, 4, sed is locus corruptus est).* In eius socios crudeliter saevitum a Gallieno *trig. tyr. 9, 3 seq.; Anonymus post Dionem (Dio ed. Dindorf V p. 221).* Memoratur *trig. tyr. 10, 1. 14; vit. Claudii 7, 4; Ammian. Marc. 21, 16, 10.* — *Nummi (si exceperis fictos, vel aliorum male lectos, cf. Cohen ed. 2 VI p. 1) nulli innotuerunt.*

— C. IVLIVS INGENVVS.

19 Inguiomerus, Arminii patruus, vetere apud Romanos auctoritate, a. 15 in partes Arminii transit *Tac. a. 1, 60.* Contra Romanos pugnat *ib. c. 68; 2, 17. 21.* Cum manu clientium ad Maroboduum perfugit *ib. c. 45. 46.*

20 (Ti. Iulius) Ininthimaeus rex Bospori. *Nummi: Koehne musée Kotschoubey II p. 325 seq., Buratschkov tab. XXXII n. 311 seq., Giel Beiträge zur Numismatik Südrusslands (Moskau 1886) p. 19. Memoratur in titulis Tanaiticis Latyschev inscr. Ponti Euxini 2, 433. 434, item ut videtur 435.* Βασιλεὺς Τιβέριος Ἰούλιος Ἰνινθιμαῖος φιλοκαῖσαρ καὶ φιλο-

ρωμαῖος εὐσεβής *t. 434 (idem fuit in t. 433,* ..νινθ... *t. 435);* βασιλέως Ἰνινθιμήου vel Ἰνινθιμηύου *nummi. Regnavisse eum ab a. 531 aerae Bosporanae (234/5 p. Chr.) usque ad a. 536 (239/240 p. Chr.) docent nummi. De nummo cum inscriptione* βασιλέως Ἰνηθέου *cf. A. v. Sallet Zeitschrift f. Numismatik 4, 311.*

— Q. SERVAEVS INNOCENS.

20ᵃ INSTANTIVS RVFVS fautor Martialis *Martial. 7, 68. 8, 51, 21. 8, 73. 12, 95 (incertum num hic Rufus ad quem Martial. 6, 82. 8, 52, 5).* Proconsul Baeticae a. 101/2, successor Macri *Martial. 12, 98.*

— Insteius centurio *v.* Insteius Capito.

21 M. Insteius, in pugna navali Actiaca mediam Antonii aciem cum M. Octavio obtinuit *Plut. Ant. 65.*

22 Q. INSTEIVS ...... T. f., tribu Pup., [quaestor], tribunus plebis, praetor, consul (suffectus a. inc.), legatus consularis provinciae...., honoratur a Praenestinis *XIV 2924.* Uxor eius, filius, frater memorantur *ib.*

23 M. INSTEIVS BITHYNICVS (*pro* Inst- *traditur* Ihst-) consul (suff. a. inc.) *t. Amalfiae a Vallamberto descriptus X 522.*

24 Insteius Capito *(sic c. 39,* Insteius *c. 9)* centurio missus ab Ummidio Quadrato ad obsides Parthorum accipiendos *Tac. a. 13, 9.* Praefectus castrorum a. 58 bene rem gerit adversus Armenios *ib. c. 39.*

25 Insteius Celer (Instius *cod.*), praeses provinciae puto vel magistratus (fortasse praetor tutelarius). Rescripta divi Pii et divorum fratrum ad eum *Ulpianus Dig. 26, 5, 12.*

26 L. INSTEIVS FLACCIANVS L. f., tribu Hor.; decemvir stlitibus iudicandis, sevir t[urmae] ..., quaestor, tribunus plebis, praetor candidatus; sodalis Hadrianalis *VI 1429. Pater fortasse, certe propinquus, Claudiae Papiae Netoniae Insteiae Praenestinae clarissimae puellae.*

— .. [I]VLIVS I...... [IN]STEIVS PAVLI[NVS].

27 INSTEIVS TERTVLLVS vir clarissimus *VIII 876. Videtur distinguendus esse ab Insteio Tertullo qui floruit temporibus Diocletiani (V 2818; laterculus praefectorum urbis sub a. 307).*

28 L. INSTEIVS TERTVLLVS sodalis Augustalis, magister collegii a. 214 *VI 1987.*

— CLAVDIA PAPIA NETONIA INSTEIA PRAENESTINA.

— C. CASSIVS INTERAMNANVS PISIBANVS PRISCVS.

29 Iohannes (quem et Barbagioram — *scr.* Bargioram — vocabant *addit codex Tacit., errore aut Taciti aut interpolatoris, nam Simonem, non Iohannem fuisse Bargioram constat ex Iosepho*), Levi f., Giscalenus *Iosephus bell. 2, 20, 6. c. 21, 1, vita 10,* dux factionis Iudaeorum obsidione Hierosolymorum *Tac. h. 5, 12; Iosephus bell. lib. 4. 5. 6 passim.* In potestatem Romanorum pervenit *Iosephus bell. 6, 9, 4.*

30 Ionius Aug. l. ab epistulis *fistula plumbea ap. Fabrettium 539, 60.*

31 * Iortius (Ἴόρτιος — *nomen sine dubio corruptum; fortasse* Ἑόρτιος) parasitus Maecenatis *Plutarchus (vel potius Aelianus, v. Aelian. fr. 108) apud Suidam s. v.* ἐγγώνιος τράπεζα, Ἴόρτιος, θῶπα.

32 Iosephus Herodis Magni fratris filius, gener idem Herodis ducta filia eius Olympiade *Iosephus bell. 1, 28, 4, ant. 17, 1, 3.* Pater Mariammes quam duxit Herodes rex Chalcidis *ant. 18, 5, 4.* Post mortem Herodis turbis exortis Hierosolymis, Quinctilio Varo obviam procedit *bell. 2, 5, 2 cf. ant. 17, 20, 9.*

— Flavius Iosephus.

33 Iotape Artavasdis regis Medorum filia, desponsa Alexandro Antonii ex Cleopatra filio, post pugnam Actiacam patri reddita *Dio 49, 40. 44; 51, 16.*

34 Iotape Sampsigerami Emesenorum regis filia, nupsit Aristobulo, Aristobuli filio, Herodis Magni nepoti *Iosephus ant. 18, 5, 4.*

35 Iotape filia eius quae praecedit et Aristobuli, surda *Iosephus ant. 18, 5, 4, bell. 2, 11, 6.*

36 Iotape (Ἰωτάπη βασίλισσα *nummi*), Antiochi (IV) regis Commagenes uxor *nummi Sebastenorum Ciliciae cum imaginibus ipsius et Antiochi, ap. Eckhel 3 p. 257, Babelon monnaies des rois de Syrie de la bibliothèque nationale p. 221; nummi cum sola ipsius imagine cusi a Selinuntiis Ciliciae, ap. Babelon l. c. p. 216, Loebbecke Zeitschrift für Num. 17, 17.* Βασίλισσα Ἰωτάπη φιλάδελφος *nummi tam Commagenes quam Lacanatium in Cilicia cum sola ipsius imagine, ap. Eckhel l. c., Mionnet V p. 131 cf. suppl. 8 p. 101, Babelon l. c. p. 221. 222. Mater sine dubio eius qui sequitur, item ut videtur Epiphanis (supra E 57) et Callinici.*

37 Iotape Antiochi (IV) regis Commagenes filia *Iosephus ant. 18, 5, 4, nata sine dubio ex Iotape quae praecedit.* Nubit Alexandro, regis Tigranis filio, quem Vespasianus regem insulae Ciliciae fecit *Iosephus l. c.*

— IOTAPIANVS imperator *v.* IMP. M. F . . . RV. . . . IOTAPIANVS *(F 1).*

— Fabia V. . . . a Iovina.

38 Irenaeus rhetor, auctor Herodi Antipae ut cum fratre Archelao de regno contenderet *Iosephus ant. 17, 9, 4, bell. 2, 2, 3.*

— Flavia Seia Isaurica.

— Plotia (Servilia) Isaurica.

— Q. ANTONIVS ISAVRICVS.

— CAESENNIVS ISAVRICVS.

39 Isidorus Characenus, qui scripsit de orbe terrarum, adhibitus a *Plin. h. n. lib. 2–6 cf. 1, 4–6; 2, 242. 245. 246; 4, 9. 102. 121; 5, 40. 47. 127 seq.*; scripsit etiam περιήγησιν Παρθίας *Athenaeus III p. 93^d. Reliquias eius collegit C. Mueller Geogr. Graec. minor I p. 244 seq. cf. praef. p. LXXX seq.* — Dionysium Charace genitum, terrarum orbis

situs recentissimnm auctorem, ad commentanda omnia in Orientem praemisit divus Augustus ituro in Armeniam maiore filio *Plin. h. n. 6, 141, ubi Dionysii nomen errore positum esse, cum Plinius cogitaverit de Isidoro Characeno, observavit Bernhardy ad Dionys. perieg. p. 496.*

39ᵃ Isidorus athleta annos natus XCI, verba faciens indncitur in convivio aliquo una cum Apicio, Asconio Pediano, aliis *Suidas s. v.* Ἀπίκιος Μάρκος (= *Aelian. fr. 110 Hercher).*

40 Isidorus cynicus, in publico Neronem corripit *Suet. Ner. 39.*

41 Isidorus sacerdos Aegyptius, dux rebellionis Bucolicae quae dicebatnr sub Marco *Dio 71, 4.*

42 Isidorus Lysias: quid in eius causa divi fratres constituerint, memorat *Fronto ep. ad am. 2, 7 (p. 194 Naber).*

— C. Caecilius Isidorus.

43 ISOAEMVS vir consularis: eius uxorem Aetheriam Caesareae Cappadociae rapuit Palmatius *Hesychius Milesius hist. fr. 1 (Müller fr. h. Graec. IV p. 145). Narratio suspecta.*

— ANNIA ITALICA.

44 Italicus, Flavi filius, Romae edncatus, a Clandio rex Cheruscis petentibus datus a. 47 *Tac. a. 11, 16.* Regni eius variae vices *ib. c. 17.*

45 Italicus, Sueborum rex, a. 69 a dncibus Flavianis in partes adsnmptus *Tac. h. 3, 5.* Contra Vitellianos pugnat *ib. c. 21.*

— ANNIVS ITALICVS.

— L. ANNIVS ITALICVS .....ATVS.

— L. ANNIVS ITALICVS HONORATVS.

— TI. CLAVDIVS CALLIPPIANVS ITALICVS.

— M. STATIVS PRISCVS LICINIVS ITALICVS.

— P. CORNELIVS FELIX ITALVS.

— C. Minicins Italus.

— M. VALERIVS ITALVS.

45ᵃ ITE(IVS?) *vel* ITI(VS?) RVFVS legatus Thraciae sub Hadriano *nummus Bizyensium ex Thracia inscriptus* ἐπ. Ἐιτει. Ῥούφου πρεσ. καὶ ἀντι. τοῦ Σεβασ. *(Mionnet I p. 374, 74 cf. Imhoof monn. gr. p. 44; nummi huius generis extant Florentiae, Parisiis, Gothae, Gothani ectypum in museo Berolinensi; lectio certa est; noli corrigere cum Borghesio opp. 3 p. 275* ἐπεὶ Τει. Ῥούφου).

46 Iturius (tyturins *uno loco [a. 14, 12]; fortasse nomen fuit* Titurius) Silanae cliens, Agrippinam accusat a. 55 *Tac. a. 13, 19. 21,* relegatur *ib. c. 22.* Poena exsolvitur post mortem Agrippinae *Tac. a. 14, 12.*

— .. LABERIVS IV.... [C]OCCEIVS LEPIDVS PROC[VLVS].

47 IV.... COMMODVS legatus Thraciae snb Antonino Pio *nummi urbium Thracicarum, Anchiali (Mionnet S. II 216, 64), Hadrianopolis (Brit. Mus. cat. III p. 116, 2), Perinthi (Mionnet I 403, 270, S. II 404, 1024. 1025),* Topiri *(Mionnet S. II 500, 1752. 1753; Brit. Mus. p. 175, 4; Mus. Berol. catal. numm. I p. 238, 1–4) inscripti* ἐπὶ Ἰου. Κομόδου *(sic*

*nummi Topiri; male lectus est nummus ap. Mionnet. S. II 500, 1753) vel* ἡγε. Ἰου. (ἡγει. *Mionnet S. II 404, 1024 puto pro* ἡγε. Ἰ.) Κομμόδου. *Cf. etiam infra* C. Iulius Commodus Orfitianus.

48 Iuba rex Mauretaniae. *Nummi ap. Mueller num. de l'Afrique 3 p. 103 seq., 4 p. 74. Cf. R. de la Blanchère de rege Iuba (Paris. 1883).* Rex Iuba, re[gis] Iubae filius, regi[s] Iempsalis n., regis Gau[dae] pronepos, regis Masiniss[ae] pronepotis nepos *tit. Carthaginis novae II 3417,* scilicet filius Iubae regis Numidiae devicti ad Thapsum a. 708. In triumpho ductus a dictatore Caesare, parvulus adhuc *Plut. Caes. 55; App. b. c. 2, 101.* (A Romanis captus et verberatus, nec tamen interfectus, propter eruditionem *Suidas*). Educatus in Italia, Augusto comes belli quo vicit ad Actium *Dio 51, 15.* Restituitur in regnum paternum *Dio l. c.* Pro huius parte a. 729 accipit Mauretaniam *Dio 53, 26; cf. Strabo 6, 4, 2 p. 288, 17, 3, 7 p. 828; Tac. a. 4, 5; Vict. Caes. 4, 2;* 'primus utrique Mauretaniae imperitavit' *Plin. h. n. 5, 16.* Iol oppidum sedem regni in honorem Augusti Caesaream appellat *Strabo 17, 3, 12 p. 831; Mela 1, 30; Plin. h. n. 5, 20; Solinus 25, 16*, Caesaream condit in honorem Augusti *Eutropius 7, 10; Ampelius 38.* Gaetulorum seditionem perpetitur (a. p. Chr. 6) *Dio 55, 28.* Uxorem duxit Cleopatram Selenen M. Antonii et Cleopatrae filiam *Plut. Ant. 87; Dio 51, 15; cf. Strabo 17, 3, 7 p. 828; Suet. Cal. 26,* non post annum 734 *testibus nummis cf. Mommsen eph. epigr. I p. 276,* ex qua genuit filium Ptolemaeum; postea Glaphyram Archelai regis Cappadocum filiam *Iosephus bell. Iud. 2, 7, 4, ant. 17, 13, 4 (mutilum titulum Atticum CIA. III 549 spectare ad Iubam et Glaphyram coniecit Mommsenus Eph. ep. I p. 277), quam mox videtur dimisisse (morte mariti Glaphyram novo matrimonio vacuam factam esse ait Iosephus, sed errore). Civitate Romana eum donatum esse ab Augusto colligi potest ex eo quod libertae eius nonnullae dicebantur* Iuliae, *Eph. V 1015. 1020 cf. 1016.* Memoratur in titulis filii *VIII 841; CIAtt. III 555; CIG. 4269*[b]. Liberti libertaeque eius *in titulis Caesariensibus VIII 9344. 9348. 9349. 9350; Eph. V 1012. 1015. 1016. 1019. 1020. 1021;* regis Iubae mima *VI 10110. Regnavit annos duodequinquaginta, nummi hoc numero notati cf. L. Mueller num. de l'Afrique 3 p. 114 qui post alios probatum ivit annos regni numerari ab a. 729; videtur igitur excessisse a. p. C. 23 (ut vivus memoratur a Strabone 6, 4, 2 p. 288, item ut videtur sub a 23 a Tacito ann. 4, 4, ut nuper mortuus memoratur a Strabone 17, 3, 7. 8 p. 828. 829; 17, 3, 25 p. 840; cf. Ruehl Jahrb. f. Phil. 1878 p. 543).* Duovir Gadibus *Avienus ora marit. 284.* Duovir Carthagine nova *nummi ap. L. Mueller num. de l'Afrique 3 p. 111 n. 108; titulus Carthaginiensis II 3417;* eiusdem coloniae patronus *id.* 'Studiorum claritate memorabilior etiam quam regno', *Plin. h. n. 5, 16;* valde multa scripsit *Suidas. De scriptis eius cf. Mueller fr. hist. Graec. III p. 467 seq.* Libros de Arabia (de Arabica expeditione *Plin. 6, 141*)

dedicavit C. Caesari Augusti filio *Plin. h. n. 6, 141; 12, 56; 32, 10.* — Iocose dictum Iubae narrat *Quintil. 6, 3, 90, sed incertum an huius.*

49 Iuba qui scripsit de re metrica, adhibitus a *Priscian. de metris Terentii, Rufin. comm. in metra Terentiana, aliis (cf. Keil gramm. Lat. ind., vol. VII p. 602).* 'Iuba artigraphus' *Servius ad Aen. 5, 522. Cf. O. Hense de Iuba artigrapho (act. soc. phil. Lips. 4, 1875). Vixisse sub finem tertii saeculi vel initio sequentis coniecit Hense l. c. p. 13.*

— DESTICIVS IVBA.

— T. DESTICIVS IVBA.

— (T.) DESTICIVS SALLVSTIVS IVBA.

— M. Veserius Iucundianus.

50 Iu . . udius (Iu[c]u[n]dius?) Marcus proc. Aug. (vectigalis Illyrici) *t. Viminaciensis III 1647.*

51 Iucundius Peregrinus vir perfectissimus, p(raeses) (*intellege* Mauretaniae sive Caesariensis sive Sitifensis) *VIII 8811. Videtur esse saeculi p. C. IV, cf. VIII 8479.*

52 Iucundus praefectus equitum (ἱππάρχης) frustra tumultum Caesareae a. 66 ortum sedare studet *Iosephus bell. 2, 14, 5. Incertum num idem Aemilius Iucundus praefectus alae memoratus ib. 2, 19, 7.*

— . . . . . IA ASINIA [CLA]VDIA TIBERIA . . . . . ATIA STATILIA PAVLLINA IVLIANA PHILIPPA.

— AVRELIA FLAVIA IVLIANA.

— IVLIA IVLIANA.

— SEXTIA IVLIANA.

— T. FLAVIVS IVLIANIVS QVADRATIANVS.

53 IVLIANVS missus a Domitiano contra Dacos pugna commissa prope Tapas victor extitit *Dio 67, 10. Fortasse Tettius Iulianus consul suffectus a. 83 (cf. Gsell mélanges de l'école fr. de Rome 8, 1888 p. 77 seq.).*

54 IVLIANVS proconsul Narbonensis sub Alexandro *cod. Iust. 9, 9, 4 (sine anno).*

55 . . . . . IVLIANVS (['Ἰο]υλιανός) proconsul Asiae a. 145/6 *t. Ephesius ap. Waddington mém. de l'ac. XXVI 1 p. 216; nummus ap. eundem. Cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 138. V. supra* Claudius Iulianus.

56 . . . . IVLIANVS [leg.] Aug. pr. [pr. pr]ovinc. [Germaniae superioris] *fragmentum Argentorati rep., Brambach 1887.*

57 . . . . . IVLIANVS, inter pueros senatorum filios qui Arvalibus ministrabant a. 241 *acta Arv.*

58 Iulianus praefectus praetorio Commodi *vit. Comm. 7, 4; 11, 3; Dio 72, 14. V. infra* L. Iulius Vehilius Gratus Iulianus.

59 Iulianus praefectus praetorio Macrini *Herodian. 5, 4, 3; vit. Macrini 10. V. infra* Ulpius Iulianus.

60 Iulianus gladiatorium munus Neronis curavit *Plin. h. n. 37, 45. Non diversus videtur a Claudio Iuliano praefecto classis Misenensis (Tac. h. 3, 57), cf. Hirschfeld Verw. I p. 124.*

Digitized by Google

61 Iulianus, amicus M. Caesaris: eum morbo affectum visit Fronto scribitque de ea re Marco *Fronto ad M. Caes. 4, 1. 2 p. 59. 60 Naber (p. 67. 68 Mai.). Videtur idem qui sequitur; vix idem Claudius Iulianus ad quem dedit Fronto epistulas complures (p. 172 N.).*

62 Iulianus, M. Caesari notus, diu vitam produxit, una cum aliis longaevis memoratur *M. Anton.* εἰς ἑαυτόν *4, 50. Videtur esse idem qui praecedit.*

63 Iulianus: eo delatore contra Pescennii Nigri fautores usus est Severus *Dio 74, 9.*

64 Iulianus centurio Romanus, e Bithynia oriundus (τῶν ἀπὸ τῆς Βιθυνίας), in obsidione Hierosolymorum fortiter pugnans occisus est *Iosephus bell. 6, 1, 8.*

65 Iulianus praefectus praetorio (p. p. *delendum censet Krueger*), cui rescripserunt Severus et Antoninus (a. 202 ut videtur) *cod. Iust. 7, 33, 1.*

66 Iulianus Nestor *(sic Dio 78, 15;* Nestor *id. 79, 3)* sub Caracalla τῶν ἀγγελιαφόρων ἡγούμενος *(i. e.:* centurio frumentarius? *Hirschfeld Verw. p. 232),* a Macrino praefectus praetorio factus una cum Ulpio Iuliano *Dio 78, 15.* Occisus ab Elagabalo in Syria *Dio 79, 3.*

— ACCIVS IVLIANVS.

— L. ACCIVS IVLIANVS ASCLEPIANVS.

— M. AEDINIVS IVLIANVS.

— M. AEMILIVS FLAVIVS IVLIANVS LATINIANVS.

— Antonius Iulianus.

— C. Antonius Iulianus.

— M. Antonius Iulianus.

— Apicius Iulianus.

— M. AQVILA IVLIANVS.

— C. ASINIVS NICOMACHVS IVLIANVS.

— C. ATILIVS ......VS IVLIANVS CL(AVDIVS) RVFINVS.

— TI. ATTIVS IVLIANVS.

— Aufidius Iulianus.

— M. Aurelius Iulianus.

— CAELIVS IVLIANVS.

— M. CAELIVS IVLIANVS.

— C(a)erellius Iulianus.

— CALPVRNIVS IVLIANVS.

— Sex. Calpurnius Iulianus.

— CLAVDIVS IVLIANVS.

— Claudius Iulianus.

— AP. CLAVDIVS IVLIANVS.

— L. CL(AVDIVS) POLLIO IVLIVS IVLIANVS (*vel* IVLIANVS IVLIVS) GALLICANVS.

— TI. CLAVDIVS SACERDOS IVLIANVS.

— TI. CLAVDIVS SVLPICIVS IVLIANVS.
— Cocceius Iulianus Synesius.
— M. DIDIVS SEVERVS IVLIANVS.
— ... itius Eglectus Iulianus.
— Q. FABIVS BARBARVS VALERIVS MAGNVS IVLIANVS.
— M. FABIVS IVLIANVS HERACLEO OPTATIANVS.
— Q. F(ABIVS) IVLIANVS OPTATIANVS L. FABIVS GEMINVS CORNELIANVS.
— L. FLAVIVS IVLIANVS.
— Iulius Iulianus.
— C. IVLIVS IVLIANVS.
— L. IVLIVS IVLIANVS.
— TI. IVLIVS ALEXANDER IVLIANVS.
— L. Iulius Veh[il]ius Gr[atus] Iulianus.
— IVNIVS IVLIANVS.
— L. NAEVIVS FLAVIVS IVLIANVS TERTVLLVS AQVILINVS.
— L. OCTAVIVS IVLIANVS.
— Pescennius Iulianus.
— PLOTIVS IVLIANVS.
— Pompeius Iulianus.
— POMPONIVS IVLIANVS.
— SABINVS IVLIANVS.
— P. SALVIVS IVLIANVS.
— Sergius Iulianus.
— SIMONIVS PROCVLVS IVLIANVS.
— P. STA[TIVS] IVLIANVS .... P(A)ELIGNIANVS.
— L. STATIVS PROSPER IVLIANVS.
— TETTIVS IVLIANVS.
— Ulpius Iulianus.
— T. VINICIVS IVLIANVS.
— Volusius Iulianus.

67 IVLIVS senatorii ordinis, delator, in insulam deportatus a Macrino *Dio 78, 21.*

68 Iulius ...., inter amicos quorum Dasumius testamento meminit primo loco nominatus *VI 10229 v. 15.*

69 (IVLIVS?) ..... iuridicus Hispaniae citerioris, pater Iuliorum Gaetulici et ...... et Iuliae Proculae: praedia eius prope Sitifim sita *VIII 8421.*

70 Iulius (*var. lect.* Iunius) propter staturam fibula ferrea dictus a Sarmento *Quintilian. 6, 3, 58 (de Sarmento cf. Horat. sat. 1, 5, 52, Iuvenal. 5, 3 cum schol., Plutarch. Anton. 59).*

71 Iulius ..... nus vir egregius, praeses provinciae Sardiniae sub Caro *miliarius Sardus Eph. ep. 8, 776.*

Digitized by Google

72 A. IVLIVS ..... (*traditur* A. Iulius AV ODV) inter patronos ordinis senatorii collegii alicuius Ostiensis *XIV 249 (titulus male descriptus).*
73 G. IVL(IVS) ... leg. Aug. pr. pr. (Britanniae) *t. mutilus VII 967.*
74 TI. IVL[IVS] ........ cos. suff. XII k. Oct. a. inc. *VI 31.*
75 Ti. Iulius .....us epistrategus (Thebaidis) *t. Tentyriticus ap. Lumbroso bull. dell' Inst. 1877 p. 52.*
— Aurelius Iulius.
— M. AVRELIVS IVLIVS.
— Fabius Iulius.
— MODIVS IVLIVS.
76 IVLIVS A ... (AI .... *apographa*) legatus Aug. pr. pr. Numidiae anno ut videtur 242 *fragmenta titulorum duorum gemellorum rep. in extrema Numidia VIII S. 17988. 17989 (= VIII 8779 a. b). Eundem esse L. Iulium Apronium Maenium Pium Salamallianum coniecit Pallu de Lessert fastes de la Num. p. 149, recte fortasse; quamquam hic, ut monuit Schmidt, nomine correpto dici solet L. Apronius Pius.*
77 ..VS C. IVLIVS ADVRIVS .... [PATE]RNVS clarissimus vir; consul ordinarius, septemvir epulonum, curator viae Appiae, proconsul pro[v. Asiae sort]e f(actus) excusat(us), praefectus urbi .... *t. urbanus mutilus VI 3832. Ab Henzeno l. c. creditur Ovinius Paternus praefectus urbi a. 281, idem ut videtur consul ordinarius a. 267 aut a. 268 aut a. 269 (quibus annis alter consulum fuit Paternus), ita ut Ovinii nomen inserendum sit aut ante Paterni aut ante C. Iulii nomen; sed potest cogitari etiam de Paterno consule ordinario anno 233.*
78 P. Iul(ius) Aemilius Aquila ὁ κράτιστος *t. Pergensis, ap. Lanckoroński Städte Pamphyliens I p. 167, 34.*
79 Iulius Africanus, e Santonis, Gallica civitate, a. 32 damnatus *Tac. a. 6, 7.*
80 Iulius Africanus, e Gallia *Quint. inst. 8, 5, 15,* filius ut videtur eius qui praecedit. Orator sui temporis fere praestantissimus *Quint. inst. 10, 1, 118, cf. 12, 10, 11; Tac. dial. 15; Plin. ep. 7, 6, 11.* A. 59 apud Neronem verba fecit nomine Galliarum *Quint. inst. 8, 5, 15.* Vitam eius composuit Iulius Secundus *Tac. dial. 14 (ubi codd.* Iulius Asiaticus *pro* Iulius Africanus; *corr. Nipperdey).*
81 Iulius Africanus, nepos praecedentis, causarum actor *Plin. ep. 7, 6, 11. 12.*
81ª C. Iulius Africanus *tegulae Histricae V, 8110, 97.*
82 Sex. Iulius Africanus (Ἀφρικανὸς ὁ Σέκτος χρηματίσας *Suidas,* Ἰούλιος Ἀφρικανός *Eusebii chronicon. ad a. 2237 cum Hieronymo de vir. ill. 63, item vet. mathem. p. 274),* φιλόσοφος Λίβυς *Suidas (sed ex Palaestina oriundum fuisse Africanum videtur colligi posse ex eis quae sequuntur).* Versatur in aula Abgari regis Osrhoenorum filiique eius Manni *ipse in* κεστῶν *capite* περὶ βέλους *(veter. mathemat. ed. Thévenot p. 300).* Imperante Severo Alexandro *(ita Syncellus, temporibus Elagabali*

*eandem rem adscripsit Eusebius)* legatione suscepta pro vico Palaestinae, cui nomen Emmaus, ius civitatis et nomen Nicopolis *(cf. Mommsen III S. p. 1216)* ei vico impetravit *Eusebius chron. ad a. Abr. 2237 cf. Hieronymus de vir. ill. c. 63; Syncellus p. 676 Bonn.* Eidem Alexandro κεστῶν libros dedicavit *Syncellus l. c.* Chronica scripsit desinentia in Macrino *Photius bibl. cod. 34. De his reliquisque scriptis eius cf. H. Gelzer Sextus Iulius Africanus und die byzant. Chronographie (Lips. 1880) I p. 12 seq.*

83 Iulius Agrestis centurio, missus a Vitellio ad vires hostium explorandas, voluntaria morte eis quae rettulit fidem addidit *Tac. h. 3, 54.*

84 CN. IVLIVS AGRICOLA *(sic Tac. Agr. 4; Dio 66, 20;* Iulius Agricola *inscriptio codicum libri Tacitei, praeterea* Agricola). *Cf. C. L. Urlichs de vita et honoribus Agricolae (Wirceb. 1868).* Natus C. Caesare ter consule (i. e. a. 40) *Tac. c. 44 (quem annum impugnaverunt multi, cf. Wex ad Tac. Agr. p. 199 seq., tutatus est post alios Mommsen Staatsr. $1^2$, 556 not. 1)* idibus Iuniis *Tac. l. c.*, Foroiulii, patre Iulio Graecino, matre Iulia Procilla, avo utroque procuratore Caesaris *Tac. c. 4.* Educatus Massiliae *ib.* Tribunus militum in Britannia *c. 5.* Romae uxorem ducit Domitiam Decidianam *c. 6.* Filium ex ea tollit, quem brevi post amisit *ib.* Quaestor provinciae Asiae proconsule Salvio Titiano (a. 64?) *ib.* Augetur ibi filia *ib.* Tribunus pl. *ib.* Praetor (a. 68 ut videtur, certe non postea) *ib.* Electus a Galba ad dona templorum recognoscenda *ib.* Matrem amittit a. 69 *c. 7.* Ad sollemnia pietatis profectus, accepto nuntio de imperio Vespasiani in partes eius transgreditur *ib.* A Muciano missus ad dilectus agendos, mox praepositus legioni XX Valeriae Victrici in Britannia *ib.* Adscitus inter patricios a Vespasiano (a. 73) *c. 9.* Legatus provinciae Aquitaniae minus triennio (a. 74—76) *ib.* Consul (suffectus a. 77) *ib.* Consul Tacito filiam despondet, post consulatum collocat *ib.* Pontifex *ib.* Mox in Britanniam missus *ib.*, cui praefuit per annos septem (a. 78—85) *c. 33.* Filium natum sibi cum annum quintum in Britannia ageret, anno insequenti amisit *c. 29.* Res ab eo gestas in Britannia enarrat *Tac. c. 18–38 cf. Dio 39, 50; 66, 20.* Triumphalibus ornamentis et statua auctore Domitiano a senatu honoratus *Tac. c. 39* (a Tito triumphalibus ornamentis honoratus *Dio 66, 20 minus recte).* Reversus in urbem otio se dedit, ut suspiciones Domitiani vitaret *Tac. c. 40. 41* (ἐν ἀτιμίᾳ καὶ ἐνδείᾳ vixit *Dio l. c.*). Cum adesset annus, quo proconsulatum Africae et Asiae sortiretur, se excusavit *Tac. c. 42.* Decessit d. 23. Aug. a. 93 *Tac. c. 44* ($VI^0$ et quinquagesimo anno *ib., errore codicum manifesto*), non sine suspicione dati a Domitiano veneni *c. 43* (occisus a Domitiano *Dio*).

85 Iulius Agrippa, mixtus coniurationi Pisonianae in exilium actus a. 65 *Tac. a. 15, 71.*

86 Iulius Agrippa, primipilaris, patruus maior Iuliae Domnae *Scaevola Dig. 32, 38, 4.*

87 C. IVLIVS AGRIPPA regis Alexandri filius, quaestor pro pr. provinciae Asiae *t. Ephesius ap. Curtium Herm. 4 p. 190 (= Greek inscr. in the British Museum III p. 187 n. 537). Patrem Mommsenus (Herm. l. c.) putat Alexandrum, Tigranis regis Armeniae sub Nerone filium, a Vespasiano regem insulae Ciliciae constitutum (Ioseph. ant. 18, 5, 4 cf. Marquardt Staatsr. I² p. 385).*

88 [M.] Iulius Agrippa (I) Iudaeae rex. *De eo Iosephus ant. 18, 5, 3–8, 8; 19, 4, 1–9, 3, bell. 2, 9, 5 seq. c. 11, 2 seq. Nummi ap. Madden Coins of the Jews (1881) p. 129—139. Cf. Schürer Gesch. d. jüd. Volks I² p. 459 seq.* — Agrippa *tam scriptores quam nummi lapidesque,* Iulius Agrippa *t. Atheniensis CIAtt. III 556;* M. *praenomen ei fuisse docet idem praenomen in filio, nam hic nisi a patre a nullo id habere potuit (titulum Lebas-Waddington 2552, in quo extat praenomen Marci, ad filium potius pertinet);* Herodes *act. apost. 12 (unde plerisque recentioribus dicitur Herodes Agrippa).* — Aristobuli et Berenices filius *Ioseph. ant. 18, 5, 4, bell. 2, 9, 5 cf. ant. 18, 6, 6,* Herodis Magni nepos, natus a. u. c. 744 (quippe annum agens quinquagesimum quartum mortuus est a. p. Chr. 44 = u. c. 807 *Ioseph. ant. 19, 8, 2 cf. infra*). Ante avi obitum Romam missus in familiaritatem pervenit Drusi Caesaris Ti. filii *Ioseph. ant. 18, 6, 1.* Consumptis opibus, post Drusi mortem (a. p. Chr. 23) in Iudaeam revertitur *ib.* Inopia pressus ab Herodiadis sororis viro Herode Antipa paulum sublevatur *ib. 2.* Ab hoc ad (L. Pomponium) Flaccum praesidem Syriae se contulit; a cuius amicitia exclusus, aegre navem solvit in Italiam *ib. 3.* Tiberium Capreis convenit *ib. c. 4;* Herodem Antipam frustra accusavit *bell. 2, 9, 5.* C. Caesarem adulescentem colit *ib.* Ab Eutycho liberto Tiberio delatus, in vincula conicitur (sex mensibus ante Tiberii mortem) *ant. 18, 6, 5. 6 cf. bell. 2, 9, 5.* A C. Caesare rerum potito vinculis solutus, rex constituitur earum regionum quas Philippus Herodis filius et Lysanias tetrarchae rexerant *ant. 18, 7, 10, bell. 2, 9, 6 cf. Philo adv. Flaccum c. 5 p. 521.* Ornamentis praetoriis honoratus *Philo adv. Flaccum c. 6 p. 523.* A. 39 Gaius, in exilium misso Herode Antipa, Galilaeam et Peraeam ei attribuit *Ioseph. ant. 18, 7, 2, bell. 2, 9, 6 cf. ant. 19, 8, 2,* a. 41 Claudius, cui auctor fuerat imperii capessendi, reliquum regnum Herodis Magni *ant. 19, 5, 1, bell. 2, 11; Dio 60, 8.* Foedus cum Agrippa ictum *Iosephus ant. l. c.;* tabulae aereae in Capitolio collocatae *bell. 2, 11, 5. Ad hoc foedus pertinet nummus adhuc unicus (ap. Madden p. 136), de quo egit Mommsen Wiener num. Zeitschr. 3, 1872 p. 449, in cuius parte aversa conspiciuntur manus duae iunctae, et legitur* [Φιλ]ία βασ(ιλέως) Ἀγ[ρί]πα [πρὸς τὴν σύγ]κλητον [καὶ τὸν δ]ῆμ(ον) Ῥωμαίω(ν) κ(αὶ) συμ(μαχία) ΧΙΑ(?)Υ(?). Ornatus ornamentis consularibus *Dio 60, 8;* una cum Herode fratre, cui regnum Chalcidis im-

petraverat, Claudio in senatu gratias agit *ib.* In regnum suum revertitur *Iosephus ant. 19, 6, 1.* — Βασιλεὺς μέγας Ἀγρίππας φιλοχαῖσαρ *nummi Caesarensium cum ipsius imagine, ap. Madden p. 133 (in aliis nummis nomen tantum eius legitur* βασιλέως Ἀγρίπα *vel* βασιλε. Ἀγρίπ.), βασιλεὺς μέγας Ἀγρίππας φιλοχαῖσαρ εὐσεβὴς καὶ φιλορωμαῖος *in titulo filii Lebas-Waddington 2365* (Ἀγρίππας ὁ μέγας *etiam Ioseph. ant. 18, 5, 4, similiter vit. 9*). Hierosolymis novos muros circumdare coepit *Iosephus ant. 19, 7, 2, bell. 2, 11, 6; 5, 4, 2.* Quinque reges populi Romani amicos apud se excipit *ant. 19, 8, 1.* Christianos persequitur *act. apost. 12, 1 seq.* Repentino morbo correptus obit Caesareae *Iosephus ant. 19, 8, 2, bell. 2, 11, 6 cf. act. apost. 12, 19 seq.*, a. 44 *Iosephus l. c.* Uxor: Cyprus Phasaeli filia, Herodis Magni neptis; ex ea filii Agrippa *(is qui sequitur)*, Drusus, Berenice (*v.* Iulia Berenice), Mariamme, Drusilla *Ioseph. ant. 18, 5, 4; 19, 9, 1; bell. 2, 11, 6.*

89 M. Iulius Agrippa (II). *Nummi ap. Madden Coins of the Jews (1881) p. 144 seq. Cf. Schürer Gesch. des jüd. Volks I² p. 490 seq. Praenomen est in nummo ap. Madden p. 146 n. 5, item in titulo Lebas-Waddington 2552 (sed is fortasse pertinet ad patrem).* Filius eius qui praecedit, natus a. p. Chr. 28, quippe decimum septimum annum agens, cum pater mortuus est a. 44 *Iosephus ant. 19, 9, 1*; eo tempore Romae degebat *ib. 2.* Propter aetatem imbecillam Claudius regnum paternum ei non concessit *ib.* Pro Iudaeis apud Claudium intercedit *Iosephus ant. 15, 6, 4; 20, 1, 2; 20, 6, 3.* Herode Chalcidis rege defuncto a. 48, huius regnum ei Claudius tribuit *ant. 20, 5, 2, bell. 2, 12, 1 (factum id esse non a. 48, sed a. 49 vel 50 videtur colligi posse ex ant. 20, 7, 1, bell. 2, 14, 4)*, mutato consilio a. 53 eundem regionibus quas Philippus et Lysanias tetrarchae rexerant praefecit *ant. 20, 7, 1, bell. 2, 12, 8;* Nero adiecit quasdam Galilaeae et Peraeae partes *ant. 20, 8, 4, bell. 2, 13, 2. Nescimus cur annos regni interdum numeraverit ab a. 61 (testes huius numerationis sunt nummi cum capite Domitiani inscripti* imp. Cae. d. Vesp. f. Dom. Au. Ger. *[similiterve]* cos. XII *[a. 86], cusi* ἐπὶ βασ. Ἀγρί. ἔτ. κϛʹ); *alia computatio, quae coepit ab a. 56 (ut collegit Mommsen Wiener num. Zeitschr. 3, 1872 p. 451 ex nummo* ἔτους αιʹ τοῦ καὶ ϛʹ *cuso sub Nerone) potest pertinere ad illam Neronis donationem.* Ἐπὶ βασιλέως μεγάλου Ἀγρίππα φιλοκαίσαρος εὐσεβοῦς καὶ φιλορωμαίου, τοῦ ἐκ βασιλέως μεγάλου Ἀγρίππα φιλοκαίσαρος εὐσεβοῦς καὶ φιλορωμαίου *t. extans in Batanaea, Lebas-Waddington 2365; etiam in aliis titulis Batanaeae et Auranitidis, Lebas-Waddington 2112. 2135. 2211. 2329. 2413ᵇ. 2552, mentio fit regis Agrippae* (βασιλέως μεγάλου Ἀγρίππα *2135,* φιλοκαίσαρος καὶ φιλορωμαίου *2329. 2552*), *huius potius quam patris, quippe qui longe diutius regnaverit; certe ad hunc pertinet t. Auraniticus arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 8 p. 189, 27* (ἔτους λζʹ τοῦ καὶ λβʹ βασιλέως Ἀγρίππα). — Caesaream Philippi Neroniadem appellat *Ios. ant. 20, 9, 4.* Exeunte a. 54 iubetur copias parare

belli Parthici causa *Tac. a. 13, 7.* A. 60 vel 61 Caesareae fuit una cum sorore Berenice (Porcium) Festum procuratorem Iudaeae salutandi causa, qua occasione Paulum apostolum sibi productum audivit *act. apost. 25, 13 seq.*, a. 66 Alexandriae fuit, ut Ti. Alexandro de praefectura Aegypti gratularetur *Iosephus bell. 2, 15, 1.* Mox Hierosolyma profectus Iudaeis seditiosis patientiam suadet *bell. 2, 16;* in regnum revertitur *ib. 2, 17, 1.* Rebellione exorta Cestio Gallo et Flavio Vespasiano ducibus Romanorum praesto est eosque copiis adiuvat *bell. 2, 18, 9. c. 19, 3; 3, 2, 4. c. 4, 2. c. 9, 7; 4, 1, 3.* Galba rerum potito Romam proficiscitur gratulandi causa, nec revertitur quamvis nuntium de caede Galbae in itinere accepisset *bell. 4, 9, 2;* Romam relinquit, sicubi per occultos nuntios de imperio Vespasiani certior factus est *Tac. h. 2, 81.* Titum in obsidione Hierosolymorum adiuvat *ib. 5, 1.* Vespasianus regnum eius auget *Photius bibl. cod. 33 ex Iusto Tiberiensi.* A. 75 Romam cum venisset cum sorore Berenice, ornamentis praetoriis honoratur *Dio 66, 15.* Rumores de consuetudine eius cum Berenice *Iosephus ant. 20, 7, 3; Iuvenal. 6, 158 (quae mentio Agrippae in scholiis non recte trahitur ad Agrippam Caesarem).* Ut mortuus memoratur *Ios. vit. 65;* mortuus anno Traiani tertio *Photius bibl. cod. 33 ex Iusto Tiberiensi, addens usque ad eum annum historiam a Iusto productam esse (de testimonio Photii dubitaverunt Tillemont ruine des Juifs not. XLI et post eum alii, cf. Schürer l. c. p. 501 not. 43, non sine causa; nam non triginta, sed viginti fere annis post bellum Iudaicum historiam Iusti editam esse indicat Iosephus l. c., et ipsa Iosephi vita, scripta post mortem Agrippae, edita videtur esse ante annum 96, propter mentionem honorificam Domitiani c. 76). Ad tricesimum quintum regni annum pervenisse Agrippam testantur nummi Domitiani in parte aversa inscripti* ἔτου λε' βα. Ἀγρίππα *(ap. Madden p. 159); qui numerus si vere computatus est, ut numeri aliorum nummorum Agrippae cusi sub Flaviis, ab a. 61 (cf. Mommsen l. c. p. 455), Agrippa superstes fuit certe a. 95.*

90 IVLIVS AGRIPPINVS vir clarissimus, sponsus filiae Avinii(?) Octaviani (a. 259) *cod. Gregor. 2, 3, 1.*

90ª Iulius Agrippinus: ad eum rescripsit Caracalla a. ut videtur 213 *collat. 10, 9. Fortasse homo de plebe.*

— C. MEMMIVS FIDVS IVLIVS ALBIVS.

91 Iulius Alexander origine Emesenus, cum percussores sibi missos a Commodo, item adversarios quos habuit inter Emesenos, interfecisset, fugae se dedit; in qua deprehensus se ipsum et puerum amatum interfecit *Dio 72, 14.* Alexander a Commodo defecit, postea se et suos interemit *vit. Comm. 8, 3 fortasse idem.*

92 Ti. Iulius Alexander. *Memoratur in titulo Aegyptiaco CIGr. 4957 (1) et in Aradio CIGr. 4536 f restituto a Mommseno Herm. vol. 19 p. 644 (2).* Ti. Iulius Alexander *tituli,* Ti. Alexander *scriptores.* Filius Alexandri

Iudaei τοῦ καὶ ἀλαβαρχήσαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ *Iosephus ant. 20, 5, 2, cf. bell. 5, 5, 3* (natione Aegyptius *Tac. h. 1, 11*); *civitate Romana a Ti. Caesare donatum crediderim iam patrem.* A moribus patriis descivit *Ios. a. l. c.* Inlustris eques Romanus *Tac. ann. 15, 28 (sub a. 63).* Procurator Iudaeae a Claudio factus in locum Cuspii Fadi; mox ei substitutus Cumanus *Iosephus ant. 20, 5, 2 cf. bell. 2, 11, 6.* A. 63 minister bello Armeniaco datus Corbuloni a Nerone venit in castra Tiridatis *Tac. a. 15, 28.* A Nerone Aegypto praefectus a. 66 *Ioseph. bell. 2, 15, 1.* Tumultum Iudaeorum Alexandriae reprimit *Ioseph. bell. 2, 18, 7. 8.* Praefectus Aegypti etiam sub Galba *t. 1; Tac. h. 1, 11.* Cum eo Mucianus consilium transferendi in Vespasianum imperii communicat *Tac. h. 2, 74.* Legiones sacramento Vespasiani adegit primus, kal. Iuliis a. 69 *Tac. h. 2, 79; Suet. Vesp. 6 cf. Iosephus bell. Iud. 4, 10, 6.* Mox relicta Aegypto sub Tito in Iudaea exercitui praeest *Iosephus bell. 5, 1, 6* (πάντων τῶν στρατευμάτων ἐπάρχων *Iosephus bell. 6, 4, 3,* [ἔπ]αρχος [τ]οῦ Ἰουδαι[κοῦ στρατοῦ] *t. 2; cf. Mommsen ad III S. 6809 = eph. ep. 5 p. 578*). Interest obsidioni et expugnationi Hierosolymorum *Iosephus bell. 5, 12, 2; 6, 4, 3. — Ad hunc videtur verba facere auctor libri* περὶ κόσμου *falso Aristoteli tributi (in principio praefationis:* ὦ Ἀλέξανδρε, *item in fine:* πρέπει δ' οἶμαί γε καὶ σοί, ὄντι ἡγεμόνων ἀρίστῳ, τὴν τῶν μεγίστων ἱστορίαν μετιέναι), *cf. Bernays ges. Schriften 2, 278 seq. (sed aliter Zeller Sitzungsber. d. berl. Akad. 1885 p. 402 seq.). — Incertum num hic* Ti. Iulius Alexander *in t. originis incertae VI 294. — T. Iulius Alexand[er] honoratus a Gytheatis (Lebas-Foucart 245c) si umquam fuit, nec tantum excogitatus a Lenormantio (mus. Rhen. 1866 p. 397 n. 256), diversus fuisse putandus est.*

93 Ti. Iulius Ale[xan]der, C. [f.], tribu Corn., equestribus militiis perfunctus, procurator imp. Traiani ..... provin[ciae Cre]tae, item [provinciae] Asiae *t. Ephesius III S. 7130.*

94 C. IVLIVS ALEXANDER BERENICIANVS proconsul Asiae sub Hadriano *t. Ephesius descriptus a Cyriaco, ap. Riemann bull. de corr. hell. I p. 292 n. 80. Post mortem Sabinae, i. e. post a. 136, proconsulem fuisse statuit Riemann, propter quod in titulo Sabina dicitur* θεά (Σαβίναν τὴν θεὸν Σεβαστὴν γυναῖκα αὐτοκράτορος κτλ.); *mihi videtur sic potuisse scribi etiam viva Sabina. — Oriundus videtur ex stirpe regia Iudaeorum, in qua nomen Bereniciani etiam alibi invenitur, fortasse C. Iulii Agrippae (supra n. 87) filius.*

95 TI. IVLIVS ALEXANDER IVLIANVS *(sic act. Arv. a. 118;* Ti. Iulius Iulianus Alexander *act. Arv. a. 119 v. 4 et a. 145,* Ti. Iulius Iulianus *act. Arv. a. 119 v. 8, si idem est,* Iulius Alexander *Dio). Fortasse filius aut nepos Ti. Iulii Alexandri (supra n. 92).* Bello Parthico Traiani legatus legionis (ὑποστράτηγος) Seleuciam capit una cum Erucio Claro *Dio 68, 30. (Consulem suffectum fuisse a. 117 una cum Sex.*

*Erucio Claro statuit Norisius propterea quod Prosper inter nomina consulum ordinariorum a. 117 et a. 118 interponit:* Claro et Alexandro, *cf. supra sub Sex. Erucio Claro, et praeterea Mommsen chron. min. I p. 255).* Frater Arvalis a. 118. 119. 145 *act. Arv. (VI 2078. 2079; eph. ep. 8 p. 333),* promagister collegii a. 119, item fortasse pro flamine *act. Arv. (VI 2079 v. 8 cf. Henzen act. Arv. p. CLVI not. 7).*

96 Iulius Alpinus, e principibus Helvetiorum, ut concitor belli iussu Caecinae necatus a. 69 *Tac. h. 1, 69.*

97 Iulius Altinus mixtus coniurationi Pisonianae in exilium actus a. 65 *Tac. a. 15, 71.*

98 C. IVLIVS ANTIVS *(Iulii et Antii nomina coniuncta reperiuntur etiam in C. Antio A. Iulio Quadrato)* consul suff. a. 149 cum Q. Passieno Licino *dipl. mil. nuper rep. (III S. p. 1986).*

99 C. IVLIVS ANTIOCHVS EPIPHANES PHILOPAPPVS. *Mausolei, quod sibi extruxit Athenis (cf. infra) tituli tres, III 552 = CIA. III 557*[a.b.d] *(1. 2. 3), nam duo reliqui spectant ad maiores eius. Praeterea ipse posuit Lycosurae in Arcadia titulum editum* Ἀρχαιολ. Δελτίον *1890 p. 45 (4); ipsi positus est Atheniensis CIA. III 78 (5); memoratur CIA. III 238*[a] *p. 494 (6), fortasse etiam CIA. 1020 (7), denique in titulo Aegyptiaco CIG. 4815*[c] *et melius ap. Wescher comptes rendus de l'ac. des inscr. n. s. 7 p. 290 (8).*

Φιλόπαππος *t. 3,* Φιλόπαππος ὁ βασιλεὺς *t. 8, Plutarchus q. symp. 1, 10, 1,* βασιλεὺς Ἀντίοχος Φιλόπαππος *t. 2;* C. Iulius Antiochus Philopappus *t. 1,* .. Ἰούλιο[ς] .....ς Φιλόπαππ[ος] *t. 6,* Γάιος Ἰούλιος Ἀντίοχος Ἐπιφανὴς Φιλόπαππος *t. 5,* βασιλεὺς Ἰούλιος Ἐπιφανὴς Φιλόπαππος *t. 4 (hos titulos propter Epiphanis nomen, quod abest a t. 1, nolim credere diversi hominis esse; videtur Epiphanis nomen, quod proprium fuit patri Philopappi, interdum etiam ipsi tributum esse, non tamen in titulis monumenti sepulcralis, ubi diserte filium regis Epiphanis se scripsit).* Epiphanis filius *t. 3,* regis Epiphanis filius *t. 2, scilicet filius Epiphanis, nepos Antiochi, qui a. p. Chr. 72 regno Commagenes privati sunt (cf. supra n. 57). Regis vocabulo ipsi uti licuit cf. Plut. l. c., t. 2. 4. 8.* C. f., tribu Fab. *t. 1.* Allectus ab imp. Traiano inter praetorios *ib.* Consul (suff. a. inc.) *ib.* Frater Arvalis *ib.* — Inter Athenienses pago Βησαιεύς *t. 3. 5.* Archon Athenis *t. 5,* inter annos fere 90—100 *cf. Dittenberger ad t. 5 (item in t. 7 videtur memorari hic Philopappus ut archon).* Agonotheta Athenis *t. 5; Plut. quaest. symp. 1, 10, 1.* Verba faciens inducitur a *Plutarcho l. c.* Monumentum ei extructum Athenis in colle Musarum *t. 1–3,* inter annos 114—116 *t. 1 (cum Traianus ibi appelletur Optimus, non appelletur Parthicus), sine dubio iussu ipsius; (memorat id monumentum Pausanias 1, 25, 6 nomine eius non posito). Athenis domicilium eum habuisse ex his apparet. — Hic fortasse Philopappus, cui Capito qui-*

*dam poeta Alexandrinus dedicavit libros* ὑπομνημάτων *(Athenaeus 8 p. 350ᵉ cf. 10 p. 425ᶜ).*

100 IVL(IVS) ANTONIVS SELEVCVS legatus Moesiae inferioris sub Elagabalo *nummi Marcianopolitanorum cum capitibus vel Elagabali solius (Mionnet S. II 93, 230 seq., Mus. Berol. cat. numm. I p. 63, 37—64, 40, alibi) vel Elagabali et Maesae (Mionnet S. II 99, 264 seq., Mus. Berol. catal. numm. p. 64, 43—65, 46, alibi) vel Elagabali et Soaemiadis (Revue num. belge III 1865 tab. 17, 6; Revue num. 1893 p. 72, 16) inscripti* ὑπ. Ἰουλ. Ἀντωνίου *vel* Ἀντ. Σελεύκου. *Cf. Pick Wiener numism. Zeitschr. 23 p. 38.*

101 Iulius Apella: ad eum rescripserunt Valerianus Gallienus Saloninus *III 412. Incertum cuius ordinis homo* (ἴδιος *appellatur ab imperatoribus).*

102 L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS AVITIANVS clarissimus puer, frater ut videtur Luciorum Iuliorum Aproniorum Maenii Pii et Maeniae Salamalliadis et Alfenae Agrippinae, filius fortasse L. Iulii Apronii Maenii Pii Salamalliani *t. Lambaesitanus eph. ep. 7, 396 = VIII S. 18271.*

103 L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS PIVS clarissimus puer, frater eius qui praecedit, filius fortasse eius qui sequitur *t. Lambaesitanus eph. ep. 7, 396 = VIII S. 18271.*

104 L. IVL(IVS) APRONIVS MAENIVS PIVS SALAMALLIANVS. *Tituli, Numidici omnes: VIII 8782 (1); Eph. ep. 5, 669 (2), ib. 7, 395 (3), 793 (4). Nomen plenum (ut et cursum honorum) solus exhibet t. 3,* L. Apronius Pius *t. 2. 4,* ..pron[i]us ..us *t. 1.* Tribunus laticlavius legionis X Geminae, adlectus inter qq. (= quaestorios), praepositus actis senatus, aedilis curulis, praetor, legatus Augusti vice quinque fascium provinciae Belgicae, legatus legionis I Adiutricis, legatus Aug. pro praetore provinciae Ga[la]tiae *t. 3.* Legatus Augusti pro praetore (Numidiae) *t. 4 cf. t. 1. 2,* clarissimus vir *t. 4; eodem videntur spectare verba lacera in fine tituli 3:* item l[eg. Aug.?] pr. pr. c. v..... *(sequitur rasura).* Consul designatus *t. 4.* Patronus coloniarum Cirtensium *t. 4. Pater puto L. Iulii Apronii Maenii Avitiani, L. Iulii Apronii Maenii Pii, Iuliae Aproniae Alfenae Agrippinae, Iuliae Aproniae Maeniae Salamalliadis (cf. sub his). — Legatum Numidiae fuisse eum medio fere tertio p. Chr. saeculo ex t. 2, quo continebatur edictum eius, recte collegit Schmidtius, legatus fuit a. 242, si recte coniecit Pallu de Lessert (fastes de la Num. p. 149) eundem esse Iulium A.... (supra n. 76) memoratum in titulis VIII S. 17988. 17989.*

105 Iulius Aquila (Gallus Aquila *index Dig., errore ut videtur*) auctor iuris: liber responsorum eius *Dig. 26, 7, 34; 26, 10, 12 cf. index digestorum Florent.*

106 Iulius Aquila, qui de Etrusca disciplina scripsit, auctor Plinii *Plin. h. n. 1, 2. 11.*

107 C. Iulius Aquila *(sic t. Alexandrinus,* Ἀκύλας *Iosephus)* praefectus

Aegypti sub Augusto *Iosephus ant. 19, 5, 2,* anno p. Chr. 10/11 *t. Alexandrinus Eph. ep. 7 p. 448.*

108 C. Iulius Aquila. *Tituli: incisus rupi prope Amastrim, III S. 6983 (1); viae Apamea Nicaeam ducentis, III 346 cf. add. p. 976 (2), bilinguis uterque. Praenomen servarunt tituli.* Origine ut videtur Amastrianus, ibique divi Augusti perpetuus sacerdos *tit. 1.* Praefectus fabrum bis in aerarium delatus primum ab A. Gabinio Secundo cos. a. inc., deinde a Tauro Statilio Corvino cos. a. 45 *t. 1.* A. 49 in Thracia cohortibus praepositus copias ducit adversus Mithridatem et Zorsinem *Tac. a. 12, 15.* Ornatus ornamentis praetoriis *ib. c. 21.* A. 58 procurator Ponti et Bithyniae *t. 2.* — C. Innius Aquila iunior, στρατευσάμενος, ἐπιτροπεύσας, λαυκελαρχήσας *tit. Neapolitani CIGr. 5790, idem habitus a Cavedonio bull. 1852 p. 76 (pro* Ἰούν- *scribente* Ἰουλ-*), sed vix recte.*

109 Iulius Aquilinus, philosophiae et eloquentiae deditus, Romae disputat de Platonicis disciplinis; a Frontone commendatus Egrilio Plariano *Fronto ad am. 1, 4 p. 176 Naber.*

110 Ti. Iulius Aquilinus, procurator Raetiae a. 107 *dipl. mil. (III p. 867).*

111 M. IVLIVS AQVILLIVS TERTVLLVS Gorgiae f., aedilis Cerialis *t. urbanus Bull. comunale 1887 p. 126 n. 1846.*

112 Iulius Archelaus Chelciae f., Iudaeus: ei desponsata Mariamme regis Agrippae I filia *Iosephus ant. 19, 9, 1.* A Iosepho libros de bello Iudaico sibi comparat *Ios. contr. Ap. 1, 9.*

113 Iulius Asiaticus: eius vitam composuit Iulius Secundus *Tac. dial. 14. Scr.* Iulius Africanus, *ubi cf.*

114 IVLIVS [AS]PER, salius Palatinus, ex quo sacerdotio exit a. 201 f[lamen] factus *VI 1982. A Borghesio (opp. 7 p. 96) creditur is qui sequitur, C. Iulius Asper cos. II a. 212, a Waddingtonio (fastes des prov. asiat. n. 168) filius eius sed diversus a C. Iulio Galerio Aspro collega patris in consulatu. Res incerta; notandum, certe C. Iulium Galerium Asprum plebeium fuisse. Vide ne lectio nominis ex duobus fragmentis, quorum alterum periit, concinnati mendosa sit.*

115 C. IVLIVS ASPER. *Tituli: Tusculani XIV 2514 (1). 2515 (2), fortasse etiam 2516 acephalus (3). Memoratur in titulo nepotis C. Iulii Camilii Galerii Aspri Bull. comunale 1887 p. 176 (4).* Iulius Asper *Dio 77, 5; 79, 4,* ..lius ... As[per] *t. 4,* Asper *t. 1. 2, Dio 78, 22; in consulatu* C. Iulius Asper *VI 2003, praeterea* Asper. *Consul primum sine dubio temporibus circiter Commodi. Hic fortasse Asper proconsul Africae, Scapula nescimus quot annis superior, memoratus a Tertulliano adv. Scapulam 4.* Cos. iterum *t. 1. 4,* ordinarius a. 212 una cum alio C. Iulio Aspro *VI 2003* (As[pro] et Aspro cos. *VI 1063,* Aspris II cos. *XIV 119,* duobus Aspris cos. *saepius), filio sine dubio suo (cf. infra* C. Iulius Galerius Asper). Praefectus urbi *t. 1. 2. 4, fortasse sub idem tempus.* A Caracalla contumeliose in patriam redire iussus *Dio 77, 5.* Proconsulatum Asiae deprecatur a Caracalla; iussus a Macrino suscipit,

mox ab eodem Macrino eo munere prohibetur *Dio 78, 22.* Romam redire ei permittit Elagabalus *Dio 79, 4.* Vir οὐδ' ἄλλως εὐκαταφρόνητος καὶ διὰ παιδείαν καὶ διὰ φρόνημα ὢν *Dio 77, 5.* Orator praestantissimus, defensor clientium fidelissimus *t. 3, si ad hunc pertinet.* [Patronus] provinciarum quinque, Hispaniarum trium et Mauretaniarum duarum *ib.* Uxor [Aspa]sia(?) Paterna *t. 2.* Filios memorat *Dio 77, 5 (unus ex eis C. Iulius Galerius Asper collega patris in consulatu).* Filia Iulia Iuliana *XIV 2517.*

— Iulius Atherianus *v.* Iulius Haterianus.

116 Iulius Atticus de vitium cultura edidit librum singularem *Columella 1, 1, 4.* Passim adhibitus a *Columella 3, 3. 12. 11, 9. 16, 3. 17, 4. 18, 1. 4, 1, 1. 6. 2, 2. 8, 1. 10, 1. 13, 1. 28, 2. 29, 1. 3. 4. 30, 1. 33, 4; a Plinio 17, 90 cf. ind. lib. XIV. XV. XVII. (Liber a Plinio in libris XV. XVII adhibitus fortasse diversus est).*

117 Iulius Atticus, speculator, occisum a se Othonem Galbae praedicavit *Tac. hist. 1, 35; Plut. Galb. 26.*

118 Iulius Atticus, amicus Corellii Rufi *Plin. ep. 1, 12, 10.*

119 M. Iulius Atticus, C. f., tribu Vol., procurator provinciarum duarum .... *t. Viennensis XII 1854. Provinciae videntur fuisse Lugdunensis et Aquitanica (Allmer, Hirschfeld).*

120 Iulius Augurinus, eques Romanus, particeps coniurationis Pisonianae *Tac. a. 15, 50.* — Idem fortasse C. Iulius Augurinus praefectus alae Gallorum Petrianae a. 56 *t. Moguntiacensis Korrespondenzblatt der westdeutschen Zeitschrift III p. 31.*

121 IVLIVS AVITVS decessit in nave, cum e quaestura rediret, superstitibus fratre matre sororibus *Plin. ep. 5, 21, 3.* Fortasse frater Iulii Nasonis *cf. Plin. ep. 6, 6, 6. 7.* Idem videtur Avitus ad quem *Plin. ep. 2, 6.*

122 IVLIVS AVITVS *(sic sine dubio scripsit Dio 78, 30, ubi editur* ἐξ Ἰουλίου τοῦ ἀνδρὸς ὑπατευκότος, *scribendum esse* ἐξ Ἰουλίου Ἀουίτου ἀνδρὸς ὑπατευκότος *vidit Boissevain Mnemos. 1885 p. 320; praetera* Ἀουῖτος) maritus Iuliae Maesae, pater Soaemiadis et Mamaeae; consul (suff. a. inc.); proconsul Asiae, a Caracalla in Cyprum missus *(haec videntur colligi posse ex verbis laceris Dionis ita suppletis in editionibus:* [παρὰ] μὲν τοῦ Καρ[ακάλλου ἐς] Κύπρον ἐκ τ[ῆς Μεσοπο]ταμίας μετ[ὰ τὴν τῆς Ἀ]σίας ἀρχὴν [πεμφθεὶς κλη]ρωτῷ τινὶ σ[ύνεδρος ὑπό ] τε γήρως κ[αὶ ὑπ' ἀρρωστί]ας ὤφθη [συναιρούμενος]· τὰ δὲ τοῦ αὐ.. αὐτοῦ, ἐπ[εὶ]... ἐτελεύτησ[εν]... *ubi non pauca dubia sunt, cf. Waddington fastes n. 166) Dio 78, 30.* Avus Elagabali *ib. cf. 79, 16.*

123 C. Iulius Avitus *fistula urbana, Bull. comunale 8 p. 22 = Lanciani syll. aq. n. 100. Incertum utrum maritus Maesae.*

124 IVLIVS AVR(ELIVS) AVXON LEONIDAS vir clarissimus, quaestor, praetor, curator et patronus Capuensium *X 3857. Quarti potius quam tertii p. Chr. saeculi.*

125 L. IVL(IVS) AVR(ELIVS) SVLP(ICIVS) VRA(NIVS) ANTONINVS (*sic nummi aurei, nisi quod in nonnullis deest* Ura.) *nummi aurei cum capite ipsius laureato, quos plenissime recensuit Froehner annuaire de la société française de numismatique 10 (1886) p. 189 seq. (cf. etiam Sallet num. Zeitschr. 17, 1890 p. 242), unum addidit Blanchet revue numism. 1893 p. 41 n. 4 (cf. Eckhel 7, 289; Cohen² 4 p. 503);* αὐτοκ. Σουλπ(ίκιος) Ἀντωνῖνος Σεβ. *nummi aerei cusi ab Emesenis Syriae, ap. Froehner l. c. p. 192 seq.; in quibusdam ex his nummis legitur numerus* ΕΞΦ, *ut certum sit Uranium Antoninum imperavisse anno Seleucidarum 565 sive p. Chr. 253/4, in uno aureorum* saeculares Augg. *et praeterea in imagine cippi cuiusdam* cos. I, *quod derivatum esse ex similibus nummis Philipporum cusis a. 248 vidit Froehner (in eo, quem edidit Blanchet, legitur* p. m. t. p. XVIIII cos. IIII p. p., *ductum ex nummis Caracallae). Apparet errore ab auctoribus (cf. infra) Uranii imperium tribui temporibus Severi Alexandri. (Mommsen chron. min. I p. 521 not. coniecit duos fuisse Uranios, alterum cuius extant nummi, alterum huius fortasse patrem, cuius imperium memoratur apud auctores).* — Uranius Edessae imperator appellatus, opprimitur ab Alexandro cum contra Persas bellum gereret *Syncellus p. 674. 675 Bonn., ubi Edessa ponitur pro Emesa errore etiam alias apud Syncellum obvio (cf. Froehner p. 196).* — Antoninus a militibus imperator constitutus (sub Alexandro); et cum hic imperii pertaesus (τὸν ὄγκον οὐκ ἐνεγκὼν τῆς ἀρχῆς) fuga se e medio abstulisset (φυγῇ κατέστησεν ἑαυτὸν ἀφανῆ), Uranius quidam ex servili genere imperator appellatus est, sed mox ad Alexandrum adductus *Zosimus 1, 12; ubi non recte distinguitur Antoninus ab Uranio.* Uranius, Seleucus atque Taurinus tyranni fuerunt (sub Elagabalo) *Polem. Silvius laterc. (ap. Mommsen chron. min. I p. 521).* Alexandro imperante, Taurinus Augustus effectus 'ob timorem ipse se Euphrate fluvio abiecit' *Victor ep. 24, ubi eadem res videtur intellegi, quam de Antonino narrat Zosimus. Syriam sedem fuisse imperii Uranii etiam ex his apparet. — Praeterea inter eos qui contra Gallienum rebellaverunt Antoninum recenset Zosimus 1, 38.*

126 Iulius Auspex, e primoribus Remorum, in concilio Galliarum pacis suasor a. 70 *Tac. h. 4, 69.*

127 IVLIVS BALBVS cui imperator M. Antoninus rescripsit, praetor puto fideicommissarius *Papinianus Dig. 36, 3, 5.*

128 Q. IVLIVS BALBVS cos. suff. mense Septembr. a. 85 cum D. Aburio Basso *dipl. mil. (III p. 855).*

129 Q. IVLIVS BALBVS cos. suff. mense Febr. a. 129 cum P. Iuventio Celso *dipl. mil. (III p. 875).* — Aut hic aut is qui praecedit Q. Iulius Balbus proconsul Asiae *t. Milesius III S. 7150 (= CIGr. 2870).*

130 (Iulius) Bassianus, Syrus, avus maternus Caracallae, item avus

Soaemiadis, sacerdos Solis Heliogabali *Victor ep. 21, 2. 23, 2. Pater scilicet Iuliarum Domnae et Maesae. Stemma videtur fuisse hoc*

(Iulius) Bassianus

L. SEPTIMIVS SEVERVS AVO. ⌣ IVLIA DOMNA — IVLIA MAESA ⌣ IVLIVS AVITVS

(SEPTIMIVS) BASSIANVS, *postea* M. AVRELIVS ANTONINVS AVO. — L. SEPTIMIVS GETA AVO. — IVLIA SOAEMIAS ⌣ SEX. VARIVS MARCELLVS — IVLIA AVITA MAMAEA ⌣ GESSIVS MARCIANVS

VARIVS AVITVS, *postea* M. AVRELIVS ANTONINVS AVO. (Elagabalus) — (GESSIVS?) BASSIANVS, *postea* M. AVRELIVS ALEXANDER AVO.

— M. IVLIVS BASSIANVS *v.* M. IVLIVS GESSIVS BASSIANVS.

131 IVL(IVS) BASSVS legatus Aug. pro pr. Daciae sub Pio *III 1078*.

132 Iulius Bassus (Iov- *pro* Iul- *libri Senecae contr. 1, 3, 4*) rhetor, passim laudatus a *Seneca contr. cf. ind. Kiesslingii p. 542.* — Γ. Ἰουλίου Βάσσου ῥήτορος *urnula rep. Romae in Esquilino, ap. Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1675, quam ad eundem pertinere coniecit Kiessling. — Incertum num hic Bassus poeta, memoratus ab Ovidio trist. 4, 10, 47.*

133 Iulius Bassus (Tullius Bassus *coni. Meyer Geschichte der Botanik II p. 23*) medicus *Scribonius Largus 121. Cf. sub Tullio Basso.*

134 C. IVLIVS BASSVS *(praenomen habent act. Arv. sub a. 105, item dipl. mil. a. 105)*, originis clarae *Plin. ep. 4, 9, 4.* Quaestor provinciae Bithyniae *ib. 4, 9, 6.* Accusatus sub Vespasiano, sed absolutus *ib. 4, 9, 1.* 'Titum timuit ut Domitiani amicus' *ib. 4, 9, 2.* A Domitiano relegatus *ib.* Revocatus a Nerva *ib.* Proconsul Bithyniae *ib., Plin. ad Trai. 56. 57. Fortasse huc pertinet nummus cum capite Traiani nondum Dacici (id est ante finem anni 102) inscriptus* ...ι Βάσσου ἀνθυπάτ. *(Mo. ind. Plin.)*. Ex ea provincia accusatus; defensus a Plinio aliisque aegre absolvitur (a. 103 vel 104) *Plin. ep. 4, 9. 5, 20, 1. 6, 29, 10;* acta tamen eius rescissa *Plin. ad Trai. 56, 4. 57, 2.* Consul suffectus a. 105 mense Mai. cum Cn. Afranio Dextro *act. Arv.; dipl. mil. a. 105 (nam videtur idem homo).*

135 C. Iulius Bassus una cum Poblicia Bassilla Torquata clarissima femina nominatur *VIII 7065.*

— L. IVLIVS BETVLENVS APRONIANVS *v.* L. IVLIVS POMPILIVS BETVLENVS APRONIANVS.

136 Iulius Briganticus, Batavus, sorore Civilis genitus *Tac. h. 2, 22. 4, 70.* Praefectus alae apud Placentiam cum paucis equitum ad Vitellianos transit *ib. 2, 22.* Praefectus alae singularium, cum qua a Vitellio ad Vespasiani partes transgressus contra Civilem pugnat *ib. 4, 70.* Pugnans cecidit *ib. 5, 21.*

137 L. Iul(ius) Brocchus Valer(ius) Bassus P. f., tribu Vol., origine Viennensis, praefectus fabrum bis, honoribus et Viennae et Novio-

Digitized by Google

duni functus *XII 2606. 2607; inscr. Helvet. 116. Videtur cognatione fuisse coniunctus cum T. Iulio Maximo Ma.... Broccho Serviliano (cf. sub hoc).*

138 Iulius Burdo, praefectus classis Germanicae, creditus Fonteio Capitoni insidias struxisse, irae militum a Vitellio subtrahitur *Tac. h. 1, 58.*

139 AGRIPPA IVLIVS CAESAR *(sic X 405 cf. infra), antea* M. (VIPSANIVS) AGRIPPA, M. Agrippae et Iuliae, Augusti filiae, filius *Suet. Aug. 64,* post patris mortem (a. 742) natus *Vell. 2, 104, Dio 54, 29, 5, inde dictus* Postumus Agrippa *Plin. h. n. 7, 150, Tac. a. 1, 6. 53. 2, 39. 3, 30,* Agrippa Postumus *Tac. a. 1, 3,* Ποστούμιος [*scr.* Πόστουμος] *Plut. de garr. p. 508 A;* pupillus Agrippa *VI 18548 (in t. servili),* pup(us) Agrippa *X 924 (in titulo servi posito a. 747),* pup(us) Agrippa M. f. *II 1528;* Ἀγρίππας Ἀγρίππου καὶ Ἰουλίας (τῆς Ἰουλίας *Mionnet 408*) υἱός *nummi nescio ubi cusi, ap. Mionnet 6 p. 672 n. 408 (= Eckhel 6 p. 175) 409,* Μᾶρκος Ἀγρίππας Μάρκου Ἀγρίππα υἱός *t. Deli positus ab Atheniensibus bull. de corr. 8 (1884) p. 155,* M. Agrippa M. f. Augusti nepos *XI 3305 (titulus positus a. 749),* [M. Agri]ppa M. [fil. Augu]sti n. *Roem. Mittheil. 1892 p. 327,* M. Agrippa Augusti nepos *X 1240.* — Inter nobiles pueros Troiam lusit a. 752 *Dio 55, 10.* Adoptatus ab Augusto eodem die quo Tiberius (i. e. d. 26 Iun. 757 u. c. = p. Chr. 4 *cf. C. I p. 395*) *Vell. 2, 104. 112; Suet. Tib. 15; Euseb. chron. (vers. Arm. s. a. 2017, Hieronymus s. c. 2018). Inde dictus* Agrippa Iulius Augusti f. divi n. Caesar *t. Volceiensis Lucaniae X 405;* Agrippa Caesar *nummi cusi Corinthi cum imagine eius, ap. Eckhel 6 p. 174, Cohen I p. 117.* Togam virilem sumpsit a. p. Chr. 5 *Dio 55, 22 (Zon. 10, 36).* Ob ingenium sordidum et ferox abdicatus et Surrentum sepositus *Suet. Aug. 65 cf. Tib. 15,* mox Planasiam transportatus *Tac. a. 1, 3, Suet. Aug. 65, Dio 55, 32 (Zon. 10, 37), Victor epit. 1, 29,* a. p. Chr. 7 *Dio 55, 32,* cautumque de exilio eius senatus consulto *Tac. a. 1, 6; Suet. l. c.* Sub eius nomine Iunius Novatus quidam asperrimam de Augusto epistulam in vulgus edidit *Suet. Aug. 51.* Conspiratio rapiendi eum ex insula *Suet. Aug. 19.* Ad eum visendum paucis ante mortem mensibus (a. p. Chr. 14) Augustus dicebatur Planasiam pervexisse *Tac. a. 1, 5; Plutarchus de garrulitate p. 502 A; Dio 56, 30 (Zon. 10, 38); cf. Plin. h. n. 7, 150.* Occisus statim post Augusti mortem *Tac. a. 1, 6 cf. 1, 53. 3, 30, Suet. Tib. 22, Dio 57, 3 (Zon. 11, 1).* — Vivere eum mentitus servus eius res novas molitus est a. p. Chr. 16 *Tac. 2, 39. 40 cf. Suet. Tib. 25.*

140 C. IVLIVS CAESAR, *antea* C. OCTAVIVS, *postea* IMP. CAESAR, IMP. CAESAR AVGVSTVS. Natus a. u. c. 691 *Vellei. 2, 36, Plut. Cic. 44, Suet. Aug. 5,* d. 23 Sept. *kalendaria (cf. CIL. I p. 402) XI 3303, XII 4333, Suet. Aug. 5, Gell. 15, 7, Dio 56, 30,* patre C. Octavio, matre Atia *Cic. Phil. 3, 6, 15–17, Nic. Damascenus* Βίος Καίσαρος *c. 2. 4*

*(fr. hist. Gr. III p. 428 Muell.), Vell. 2, 59. 60, Suet. Aug. 4, Plut. Cic. 44, Dio 45, 1 cf. VI 1311.* Togam virilem sumpsit d. 18 Oct. *kalendaria (cf. CIL. I p. 404)*, a. 706 *Suet. Aug. 8* (a. 705 *Nic. Dam. c. 4*). Pontifex creatur *Nic. Dam. c. 4; Vell. 2, 59 cf. Cic. Phil. 5, 17, 46.* A. 709 cum C. Caesare dictatore avunculo magno in Hispania *Nic. Damasc. c. 11, Vell. 2, 59, Suet. Aug. 8.* Ab eodem Apolloniam praemissus *Vell. l. c., Suet. l. c., App. b. c. 3, 9, Dio 45, 3.* Magister equitum designatus in annum 710 *App. l. c., Dio 43, 51 cf. fasti Capitolini sub a. 710.* Occiso C. Caesare dictatore, cum heredem se ab eo institutum ex dodrante et insuper in nomen familiamque adsumptum esse audisset *Suet. Caes. 83*, Romam reversus hereditatem adiit *Vell. 2, 60, Suet. Aug. 8, dictus inde* C. Iulius Caesar *(cf. t. Brixiensis V 4305 ad hunc recte ut videtur relatus a Mommseno; t. Saticulensis IX 2142)* — Caesar Octavianus *Cicero ep. ad fam. 12, 23. 25*, Octavianus *Cic. ep. ad Att. 15, 12. 16, 8. 9. 11. 14, Pollio ap. Cic. ad fam. 10, 33 —; C. Iulii nominibus abstinere et* imp. Caesar *vocari coepit anno ut videtur 714 cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 768.* Exeunte a. 710 privata impensa exercitum comparavit *Cic. ad Att. 16, 8, 1, Phil. 3, 2, 3, mon. Ancyr. 1, 1, Vell. 2, 61*; cum senatus eum pro praetore esse iussisset *Cic. Phil. 5, 16, 45. 11, 8, 20, Liv. 118, Vell. 2, 61*, fasces sumpsit d. 7 Ian. 711 *feriale Cumanum, fasti Praenestini cf. CIL. I p. 383.* Bello Mutinensi primum imperator consalutatus mense Aprili 711 *Cic. Phil. 14, 9, 25, Dio 46, 38 cf. Mommsen Herm. 17 p. 636.* Cum ambo consules bello cecidissent, consul creatus d. 19 Aug. *mon. Ancyr. 1, 7, Liv. 119, Tac. a. 1, 10, Dio 46, 45 cet. (diem firmat Dio 56, 30 cf. Drumann 1, 336).* Societate inita cum M. Antonio et M. Lepido triumvir creatus rei publicae constituendae *Appian. b. c. 4, 7, Dio 46, 55 seq., alii, cf. Drumann I p. 361 seq.*, d. 27 Nov. *fasti Colotiani (CIL. I p. 466).* A. 712 una cum M. Antonio exercitibus in Macedoniam traiectis apud Philippos Cassium et Brutum superavit *Vell. 2, 70, Appian. b. c. 4, 108 seq., Dio 47, 39 seq. cet. cf. Gardthausen Augustus und seine Zeit I p. 166 seq., II p. 77 seq.* A. 718 adiutore M. Agrippa Sex. Pompeium Sicilia expulit *Vell. 2, 79, Appian. b. c. 5, 98 seq., Dio 49, 1 seq. cf. Gardthausen I p. 263 seq., II p. 135 seq.* Consul iterum ord. a. 721 *fasti.* Consulatus tertium usque ad undecimum continuavit, scilicet consul tertium a. 723, quartum a. 724 et sic deinceps *fasti cf. Suet. Aug. 26.* Apud Actium vicit d. 2 Sept. a. 723 *Vell. 2, 85, Plut. Ant. 65 seq., Dio 50, 32 seq. cet., cf. Gardthausen I p. 369 seq., II p. 189 seq.; diem habent kalendaria (cf. CIL. I p. 401) et Dio 51, 1.* A. 725 Romam reversus triumphavit mense Aug. *acta triumph. Barberiniana (CIL. I p. 478), Liv. ep. 133, Dio 51, 21, alii, cf. Mommsen ad mon. Ancyr p. 10.* A. 727 cum provincias senatui populoque Romano permisisset, Augustus appellatus est d. 16 Ian. *mon. Ancyr. 6, 13 seq., fasti Praenestini, alii, cf. Mommsen*

*CIL. I p. 384, comm. ad mon. Ancyr. p. 145 seq.* A. 731 cum consulatu undecimo se abdicasset, annos tribuniciae potestatis numerare coepit *fasti Capitolini cf. Mommsen Staatsr. II² p. 873.* Consul duodecimum a. 749 cum L. Cornelio Sulla, consul decimum tertium a. 752 cum M. Plautio Silvano *fasti cf. Suet. Aug. 26.* Decessit Nolae a. 767 d. 19 Aug. *Suet. Aug. 109, Dio 56, 30 cf. Vell. 2, 123, Tac. a. 1, 5, 9 (dies est etiam in fastis Amiterninis et Antiatibus).*

Uxores: Claudia, M. Antonii privigna, Fulviae ex P. Clodio filia, quam duxit a. 711 *Vell. 2, 65, Suet. Aug. 62, Dio 46, 56, Plut. Anton. 20 cf. Oros. 6, 18, 17* et a. 713 intactam dimisit *Dio 48, 5, Suet. Aug. 62;* Scribonia *Suet. l. c.,* Libonis et Sentiae filia *Notizie 1890 p. 323* quam nata filia a. 715 statim dimisit *Dio 48, 34, Suet. Aug. 62. 69;* Livia Drusilla *(cf. sub hac).* — Filia: Iulia; filii per adoptionem C. Caesar *(is qui sequitur),* L. Caesar *(infra n. 148),* Ti. Caesar *(n. 150),* Agrippa Caesar *(n. 139).*

141 C. (IVLIVS) CAESAR M. Agrippae et Iuliae, Augusti filiae, filius, natus a. 734 *Dio 54, 8 (Zonar. 10, 34)* adoptatus ab Augusto a. 737 *Dio 54, 18, Eusebius ad a. Abr. 2001, Suet. Aug. 64, Vell. 2, 96* ('divi Augusti filius ac nepos' *Seneca cons. ad Polyb. 15, 4*). A. 741 Troiam lusit *Dio 54, 26.* Tiberio consuli ludis pro reditu Augusti edenti adsidet *Dio 54, 27.* A. 746 Augustum comitatur in Galliam *Dio 55, 6.* A. 747 ludis pro reditu Augusti editis praesidet *Dio 55, 8.* A. 749 in forum deductus ab Augusto duodecimum consule *Suet. Aug. 26, Zonar. 10, 35.* Eodem fere tempore, scilicet annum quintum et decimum agens, consul designatus, ut eum magistratum iniret post quinquennium *mon. Ancyr. 3, 1 (Gaius adhuc praetextatus consul ut destinaretur cupivisse Augustum, refert Tac. a. 1, 3, cf. Mommsen ad mon. Ancyr. p. 53);* consul designatus *tituli positi inter annos 749 et 754, ut XI 3040 positus a. 750/1, praeterea VI 897.* Locus inter senatores ei decretus *mon. Ancyr. l. c., Dio 55, 9 (ad a. 748) cf. Mommsen ad mon. Ancyr. p. 54.* Princeps iuventutis appellatus ab equitibus Romanis *ib., Zonaras 10, 35 cf. Mommsen l. c. p. 55.* Pontifex *tituli (id sacerdotium videtur nactus esse eodem fere tempore quo locum senatorium cf. Dio 55, 9, 4, certe habuit iam a. 751 cf. XI 3040);* pontifex, augur solus *t. Bracaraugustanus II 2422 (errore ut videtur).* A. 750 adhibetur ab Augusto consilio quod habuit de regno Iudaeorum ordinando *Iosephus ant. 17, 9, 5, bell. 2, 2, 4.* Duovir aedi dedicandae consulari potestate una cum fratre Lucio *Dio 55, 19 (cf. Mommsen Staatsr. II² p. 606).* Uxorem ducit *Zonaras 10, 36,* (Claudiam) Liviam Neronis Claudii Drusi filiam *Tac. a. 4, 40.* Imperio proconsulari praeditus *Zonaras l. c.,* mittitur ad res Orientis componendas *Tac. a. 2, 42,* adhuc consul designatus *Suet. Aug. 64,* rectore M. Lollio *Vell. 2, 102, Tac. a. 3, 48, Suet. Tib. 12* et cum huic amicitiam renuntiasset *Plin. h. n. 9, 118,* Sulpicio Quirinio *Tac. a. 3, 48.* Inter

comites eius L. Licinius C.... *VI 1442 (modo recte verba lacera tituli suppleverit Henzen)*; Cn. Domitius Ahenobarbus cos. a. 32 *Suet. Ner. 5, vix recte (cf. supra D. 109)*; sectator eius L. Aelius Seianus adulescens *Tac. a. 4, 1*. Tiberius eum Sami convenit *Suet. Tib. 12* (Chii *Zonaras l. c.*) *cf. Vell. 2, 101*. Consul a. 754 cum L. Aemilio Paulo *fasti*, quem consulatum videtur iniisse in Syria *Dio 55, 10ª*. Epistula Augusti ad eum d. 23 Sept. 754 *Gell. 15, 7*. Cum rege Parthorum in insula amnis Euphratis coit *Vell. 2, 101 cf. Dio exc. Urs. (Dio ed. Dind. V p. 237)*. Armeniis regem dat *mon. Ancyr. 5, 29; Tac. ann. 2, 4; Florus 2, 32*. C. Caesar amicitiam cum Parthis fecit *Eusebius chron. (vers. Arm. sub a. 2015, Hieronymus sub a. 2017, sed in anno variant codices)*. Iudaeam praetervehens apud Hierosolyma non supplicavit *Suet. Aug. 93 (inde Orosius 7, 3)*. 'Arabiam prospexit' *Plin. h. n. 6, 160*, 'ex Arabia gloriam petivit' *ib. 12, 55 cf. 2, 168*. (Iubae regis de Arabia vel de expeditione Arabica ad eum libri *ib. 6, 141. 12, 56. 32, 10*). Bellum Parthicum parabat, cum fratrem Lucium amisit, i. e. mense Aug. a. 755 *Seneca ad Polyb. de cons. 15, 4*. Rebellantibus Armeniis a. 755 *Dio 55, 10ª*, cum oppidum eorum Artagira obsideret, vulneratus ab Addone (sive Donne) *Vell. 2, 102, Dio l. c. (Zon. 10, 36), Florus 2, 32, Ruf. Festus 19 cf. Seneca cons. ad Polyb. 15, 4, Tac. a. 1, 3; fasti Cuprenses IX 5290; decretum Pisanum XI 1421*. Captis Artagiris imperator appellatus *Dio l. c.* (imperator *II 3267. V 4306. 6416. XII 141*). Ex vulnere apud Artagira accepto aegrotans 'animum minus utilem rei publicae habere coepit', ut in secessu quodam senescere vellet *Vell. l. c., Dio l. c.* In Italiam remeans decessit Limyris in Lycia *Vell. l. c., Dio l. c. (Zon. 10, 36)* IX kal. Martias a. u. c. 757 = p. Chr. 4 *decretum Pisanum XI 1421, fasti Gabini XIV 2801*.

142 C. (IVLIVS) CAESAR Germanici Caesaris f. *t. rep. Romae prope mausolaeum Augusti VI 888. Unus ex tribus Germanici filiis, qui tenera aetate obierunt, de quibus Sueton. Cal. 7*, natus Tibure a. p. Chr. 11 *Plinius ap. Suet. c. 8*, puer insigni festivitate *Suet. c. 7 cf. c. 8*.

143 C. (IVLIVS) CAESAR, *postea* C. CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS Germanici Caesaris et Agrippinae filius, natus a. p. Chr. 12 d. 31 Aug. *Suet. Cal. 8 cf. Dio 59, 6 (diem confirmant kalendaria, cf. CIL. I p. 400, et vit. Comm. 10, 2 cf. 1, 2)*, Antii *Suet. l. c. ex actis*, in vico quodam Treverorum *Plinius ap. Suet. l. c. (et ita erat opinio vulgaris cf. Seneca dial. 2, 18, 4, Tac. a. 1, 41)*, Tibure *Gaetulicus ap. Suet. l. c.* A. p. Chr. 14 ad patrem in Germaniam perducitur *Suet. ib.* Inter milites versatur gregalium habitu, Caligula propterea dictus *Seneca dial. 2, 18, 4, Tac. a. 1, 49. 69, Suet. c. 9, Dio 57, 5, Suidas s. v.* Καλιγόλας *(Aelian. fr. 24 Hercher)*. Legiones tumultuantes, cum subtrahi eum ad Treveros viderent, ad paenitentiam versae sunt *Tac. a. 1, 41, Suet. c. 9 (paullo aliter Dio 57, 5 = Zonaras 11, 1)*. Patrem comitatur in Syriam

*Suet. Cal. c. 10.* Defuncto patre modo in matris, modo in Liviae Augustae proaviae, postremo in Antoniae aviae contubernio degit *Suet. l. c.* Liviam defunctam a. 29 pro rostris laudavit *Tac. a. 5, 1, Suet. l. c.*, adhuc praetextatus *Suet.* Quinquennalis Carthagine nova *nummi ap. Heiss monnaies antiq. de l'Espagne p. 271 n. 30–34,* duovir Caesaraugustae *(fortasse Tiberio tribunicia potestate XXX, i. e. anno 28—29) nummi ib. p. 202 n. 25 seq. cf. p. 208.* Seianus insidias ei struxit per Sextium Paconianum *Tac. a. 6, 3.* Vicesimo aetatis anno (a. 31/2) a Tiberio Capreas accitus togam virilem sumpsit *Suet. l. c.* Uno ex sacerdotiis maioribus honoratus a Tiberio et collaudatus *Dio 58, 8,* augur destinatus *Suet. c. 12* (in locum fratris sui Drusi *Suet., hoc non recte*), a. 31 *Dio,* priusquam inauguraretur ad pontificatum traductus *Suet. (fortasse a. 33, post mortem fratris Drusi qui pontifex fuerat)*; pontifex *t. Viennenses XII 1848. 1849.* Quaestor designatus a. 33 *Dio 58, 23 (quaestura memoratur XII 1848. 1849)*; ut reliquos magistratus quinque annos antequam per leges liceret capesseret, statutum *ib.* Eodem tempore uxorem duxit Iuniam Claudillam (Claudiam) *Tac. a. 6, 20, Suet. 12 (eaedem sine dubio nuptiae sub a. 35 memorantur a Dione 38, 25)*; hac amissa ex partu amorem exercet cum Ennia Thrasylla Macronis praefecti praetorio uxore *Philo leg. ad Gaium p. 551. 554, Tac. a. 6, 45, Suet. c. 12, Dio 58, 28.* Defuncto Tiberio d. 16 Mart. 37, imperator a senatu appellatus est d. 18 Mart. *act. Arv. sub a. 38.* Consul suff. kal. Iuliis a. 37 cum Ti. Claudio patruo *Dio 59, 6 cf. Suet. Cal. 15. 17; fasti Arv.* Consul II ord. a. 38 cum L. Apronio Caesiano *fasti.* Consul III ord. a. 40 solus *fasti cf. Suet. Cal. 17.* Consul IIII ord. a. 41 cum Cn. Sentio Saturnino *fasti.* Uxores duxit princeps Liviam Orestillam (Corneliam Orestillam) et Lolliam Paullinam *Suet. Cal. 25, Dio 59, 8. 12 (cf. praeterea sub ipsis)* et his dimissis Miloniam Caesoniam *Suet. l. c., Dio 59, 23* (*cf.* Milonia Caesonia). Occisus a. 41 d. 24 Ian. *Suet. Cal. 58. 59, Dio 59, 30 cf. CIL. I p. 385.*

144 DRVSVS IVLIVS CAESAR Ti. Caesaris Aug. filius. Natus Vipsania Agrippina, nepte Pomponii Attici *Suet. Tib. 7 cf. Seneca ep. 21, 4, Tac. a. 2, 43,* nonis Oct. *feriale Cum. X 8375,* inter annos 739—742 *cf. Mommsen Herm. vol. 17 p. 634* (a. 739 *Borghesi opp. 8 p. 13,* a. 741 *Nipperdey ad Tac. a. 3, 56*); *notabile tamen est in nummis quibusdam Asiae (Eckhel 6 p. 210. 211) anteponi cum Germanico Caesari nato d. 24 Mai. 739. Nomen quod habuerit ante a. 757/4 p. C., incertum.* In forum deducitur a patre ex Rhodo reverso (i. e. a. 755/2 p. C.) *Suet. Tib. 15. Patre adoptato ab Augusto d. 27 Iun. 757/4 p. C. pervenit in familiam Iuliam, dictus* Drusus Iulius Caesar *(sic tituli V 2151 = VI 908, CIGr. 2657, Pergamenus ap. Fränkel n. 389, Ephesius Wood discoveries, inscr. of the Augusteum n. 11, item II 1553, si est huius Drusi, item index in Dionis l. 57). Germanici cognomen et ipsi*

*et patri additur in t. Lebadiaco Inscr. Graec. sept. I 3103, neutri recte; ad Drusum Claudii Augusti filium mortuum patre privato titulum vix licet revocare).* Eodem fere tempore uxorem duxit (Claudiam) Liviam (Livillam) Neronis Drusi filiam, C. Caesaris morte vacuam factam *(cf. sub hac), certe non multo postea, cum filia eorum Iulia nupserit Neroni Germanici filio a. p. Chr. 20.* Ut consiliis publicis interesset et post quaesturam sententiam diceret loco praetorio, decretum a. 763/10 p. C. *Dio 56, 17.* Quaestor a. 764/11 *Dio 56, 25 (quaestura memoratur XII 147).* A. 14 Augusti testamentum apud virgines Vestales depositum in senatum affert, volumina quaedam ab Augusto relicta in senatu recitat *Zon. 10, 38; Dio 56, 33; Suet. Tib. 23.* Augustum pro rostris laudat *Dio 56, 34 (Zon. 10, 38).* Missus ad Pannonicas legiones seditionem earum sedat *Tac. a. 1, 24–30, Vell. 2, 125, Dio 57, 4.* Consul a. 15 cum C. Norbano Flacco *fasti.* Ludos gladiatorios edit suo et Germanici nomine *Tac. a. 1, 76, Dio 57, 14.* A. 17 missus in Illyricum *Tac. a. 2, 44. 46. 53.* Eius opera Maroboduus regno pulsus a. 18 *(a. 19 secundum cod. Tac.) Vell. 2, 129, Tac. a. 2, 62.* Ovatio ei decreta *Tac. a. 2, 64.* Reversus in Italiam Agrippinae, cineres Germanici deportanti, obviam it Tarracinam *Tac. a. 3, 2.* Rursus profectus ad Illyricos exercitus Romam redit, cum causa Pisonis in senatu ageretur *Tac. a. 3, 7. 11. 18.* Egressus urbe repetendis auspiciis mox ovans introiit *ib. c. 3, 19* d. 28 Mai. *XIV 244.* Consul II a. 21 cum Ti. Caesare Aug. *fasti.* Tribunicia potestas ei decreta a. 22 *Tac. a. 3, 56; Eusebius chron. sub a. Abr. 2038.* Obit a. 23, dolo uxoris et Seiani *Tac. a. 4, 8 seq., Suet. Tib. 62, Dio 57, 22 (Zon. 11, 22); Eusebius a. 2039, Oros. 7, 4, 9,* post k. Iulias (sc. tribunicia potestate iterum *VI 910. XII 147*). Pontifex fuit iam a. 8 *V 6416.* Frater Arvalis cooptatus in locum L. Aemilii Pauli d. 14 Mai. a. 14 *act. Arv. (om. tituli).* Sodalis Augustalis factus a. 14 *Tac. a. 1, 54, cf. tituli* (flamen Augustalis *solus t. XII 147, errore puto*). Augur *tituli positi post k. Iulias a. 23 (ut VI 910. IX 35. XII 147).* Quindecimvi[r s. f.] *V 4954, ubi fortasse error subest.* — Dictator Ariciae (?) *Eph. ep. 7, 1236;* quinquennalis Praeneste *XIV 2964,* Aquini *X 5393. 5394;* duovir Acci (Tiberio nondum Augusto) *nummi ap. Heiss monnaies antiques de l'Espagne p. 257 n. 12,* quattuorvir Carteiae *ib. p. 332 n. 29.* Curator (? φροντιστής) Drusi Caesaris *CIG. 3612 (in t. qui videtur pertinere ad Ilium; Drusus magis videtur esse hic quam is qui sequitur). — Sacerdotium Drusi consulis Atheniense non ad hunc videtur pertinuisse, sed ad Neronem Claudium Drusum defunctum in consulatu a. u. c. 745 (cf. Dittenberger eph. ep. 1 p. 112).*

145 DRVSVS IVLIVS CAESAR (DRVSVS IVLIVS GERMANICVS) Germanici Caesaris et Agrippinae filius. *Tituli memorabiles: Ticinensis V 6416 (1), Troadensis III 380 (2), Burdigalensis, Iullian inscr. de Bordeaux p. 91 (3).* Drusus Iulius Germanici f. Aug. pronepos Germanicus

*t. 1, praeterea* Drusus Caesar *vel* Drusus. *Natus videtur a. p. Chr. 7 vel 8, propter annum togae virilis (cf. infra), certe non post k. Iulias anni 8 (cf. V 6416).* Togam virilem sumpsit ineunte anno 23, eadem ei decreta quae Neroni fratri (cf. sub Nerone Iulio Caesare) *Tac. a. 4, 4;* congiarium plebi dedit *Suet. Tib. 54.* Eodem anno defuncto Druso Tiberii filio senatui commendatur a Tiberio una cum Nerone fratre *Tac. a. 4, 8, Suet. Tib. 54, Zon. 11, 2.* Desponsa ei L. Salvii Othonis (consulis a. 33) filia nondum nubilis *Suet. Otho 1.* A. 24 vota pro eo et Nerone fratre suscepta, quod prohibitum a Tiberio *Tac. a. 4, 17, Suet. Tib. 54.* A. 25 praefectus urbi feriarum Latinarum *Tac. a. 4, 36; t. 3.* Pontifex *t. 2* (augur *Suet. Cal. 12, errore puto*); sodalis Augustalis *t. 3.* Duovir quinquennalis Praeneste *XIV 2965 cf. 3017,* Formiis *X 6101,* Hastae *V 7567,* quinquennalis Uticae *nummi ap. Borghesium opp. 1 p. 474 cf. p. 490,* duovir Caesaraugustae *nummi ap. Eckhel 6 p. 217 et Heiss monnaies antiques de l'Espagne p. 205 n. 51. 52,* quinquennalis Carthagine nova *ib. p. 271 n. 28. 29.* Comes eius P. Plautius Pulcher *XIV 3607.* A Seiano instigatur in Neronem fratrem *Tac. a. 4, 60.* In matrimonium ducit Aemiliam Lepidam *Tac. a. 6, 40 cf. VI 9449.* Ea auctore Seiano criminibus eum insectatur *Tac. a. 6, 40; Dio 58, 3.* Criminante Tiberio hostis a senatu iudicatus *Suet. Tib. 54, Cal. 7.* Custodia habitus in Palatio *Tac. a. 6, 23.* Macroni praescriptum, si arma a Seiano temptarentur (mens. Oct. 31), extrahere Drusum custodia et ducem populo imponere *Tac. a. 6, 23, Suet. Tib. 65, Dio 58, 13.* Eodem anno mortuo Seiano Drusum se esse aliquis mentitus Achaiam et Asiam provincias turbare temptavit *Tac. a. 5, 10 (cf. Dio 58, 25 [Zon. 11, 3] qui eandem rem narrat mortuo Druso accidisse sub a. 35, additque Drusum illum falsum captum et ad Tiberium perductum esse).* A. 33 fame extinguitur in ima parte Palatii *Tac. a. 6, 23, Suet. Tib. 54. 61, Dio 58, 22.* Reliquiae eius dispersae *Suet. Tib. 54* (occultatae *Dio 58, 22;* ossa eius et fratris Neronis a C. Caesare Romam relata *Dio 59, 3, de hoc errans*). In mortuum Tiberius invectus; dicta ab eo in carcere factaque in senatu recitata *Tac. a. 6, 24 cf. Dio 58, 25.* Cenotaphium ei factum in vico quodam Alpium *V 4953 (ad alterum Drusi, aut ad simile Neronis cenotaphium pertinet titulus mutilus in eadem regione repertus, ap. Pais n. 720).* A. 37 publice ei statua posita *Suet. Claud. 9.* Celebratur in nummis cusis sub C. Caesare *Eckhel 6 p. 217.*

146 GERMANICVS IVLIVS CAESAR Neronis Claudii Drusi f., Antonia minore natus *Suet. Cal. 1,* a. d. VIII kal. Iun. *act. Arv. a. 38,* a. 739 *(nempe defunctus annum agens quartum et trigesimum, Suet. Cal. 1). Ante adoptionem Neronem Claudium Germanicum dictum fuisse probabile est, cf. Mommsen Herm. 13 p. 262 not. 3. (Quod in codicibus Phaenomenon Arati, quae post adoptionem ab eo edita esse constat, dicitur Claudius Caesar, librariis tribuendum est).* Adoptatus a Tiberio

patruo cum is ab Augusto adoptaretur d. 27 Iun. 757 = 4 p. C. *Suet. Tib. 15, Cal. 1. 4, Tac. a. 1, 3. 4, 57, Dio 55, 13 (Zon. 10, 36), dictus inde* Germanicus Iulius Caesar (Iulius *nomen est V 6416 et in titulis Graecis Ephesio ap. Wood discoveries inscr. from the Augusteum n. 11, et Iasio bull. de corr. hell. 1891 p. 545*). Uxorem duxit Vipsaniam Agrippinam M. Agrippae et Iuliae filiam *Suet. Cal. 7, anno ut videtur p. Chr. 5, cum filius eis natus sit circa a. 6 (cf. Mommsen Herm. 13 p. 246).* Ludos edit cum Claudio fratre in honorem Drusi patris a. p. C. 6 *Dio 55, 27 cf. Plin. h. n. 2, 96. 8, 4, Aelian. de nat. anim. 2, 11.* Quaestor a. 7 *Dio 55, 31 (quaestura memoratur III 334. V 4308. XIV 3942).* Eodem anno missus in Illyricum virtutis experimenta dedit *Dio 55, 31. 32 (Zon. 10, 37), Vell. 2, 116,* item a. 9 *Dio 56, 11. 12. 15.* Ornamenta triumphalia ei decreta, permissumque ut consulatum ante tempus peteret *Dio 56, 17.* A. 11 missus in Germaniam cum Tiberio *Dio 56, 25* (pro consule *Dio, vix recte*). Consul a. 12 per integrum annum *Dio 56, 26.* Ludos magnifice edit *ib. c. 27.* Exacto consulatu missus in Germaniam *Suet. Cal. 8, Tac. a. 1, 3, Vell. 2, 123, Oros. 7, 4, 3.* Censum Galliarum egit a. 14 *Tac. a. 1, 31. 33.* Proconsulare imperium ei decretum *Tac. a. 1, 14.* Audita morte Augusti legiones Germanicas in verba Tiberii adigit, detractantes et ipsi imperium deferre paratas compescit *Tac. a. 1, 31–49, Suet. Tib. 25, Cal. 1, Dio 57, 5 (Zon. 11, 1), Vell. 2, 125.* Legiones ducit trans Rhenum *Tac. 1, 50–52, Dio 57, 6.* Triumphus ei decretus *Tac. a. 1, 55.* Expeditiones eius Germanicae a. 15 et a. 16 *Tac. a. 1, 55–71, 2, 5–26 cf. Tac. Germ. 37, Dio 57, 18.* Signa cum Varo amissa recipit *Tac. a. 1, 60, 2, 41; nummus ap. Eckhel 6 p. 209.* Imp. II *tituli (VI 909. X 513. 1415 cet.), fortasse utrumque, certe semel, ex bellis Germaniae.* Triumphat a. 17 a. d. VII kal. Iunias *Tac. a. 2, 41, Strabo 7 p. 291, Vell. 2, 129, Suet. Cal. 1, Eusebius chron. ad a. 2033 (male* de Parthis), *Oros. 7, 4, 3, Aelian. nat. anim. 2, 11.* Missus in transmarinas provincias cum potestate extraordinaria *Tac. a. 2, 43 cf. Vell. 2, 129.* Consul II cum Tiberio a. 18 *fasti;* quem honorem init Nicopoli Epiri *Tac. a. 2, 53.* Iter eius per Graeciam in Asiam *Tac. a. 2, 53. 54.* Armeniis regem dat *Tac. a. 2, 56, Suet. Cal. 1;* ovatio ei decreta *Tac. a. 2, 64.* Cappadociam in provinciae formam redigit *Tac. l. c., Suet. l. c.* Inimicitia ei cum Pisone legato Syriae *Tac. a. 2, 55. 57.* Iter eius Aegyptiacum a. 19 *Tac. a. 2, 59–61, Suet. Tib. 52 cf. Plin. h. n. 8, 185, Amm. Marc. 22, 14, 8.* Reversus in Syriam Pisoni amicitiam renuntiat *Suet. Cal. 3.* Moritur Antiochiae *Tac. a. 2, 72, Suet. Tib. 39, Cal. 1, Dio 57, 18 (Zon. 11, 1),* a. d. VI idus Oct. *fast. Ant.* Senatus consulti facti in honorem Germanici post mortem eius *(cf. Tac. a. 2, 83)* et in aere incisi particulae *VI 911 cf. p. 841.* Elogii sepulcralis fragmentum *VI 894 cf. Mommsen ad mon. Ancyr. ed. 2 p. 54 not.* Augur (nondum a. p. C. 6 *V 6416,* sed iam a. 11 *III 334*)

*Tac. a. 1, 62. 2, 83; tituli.* Frater Arvalis (per tabellam cooptavit 14 Mai. 14) *act. Arv. (om. tituli).* Sodalis Augustalis, factus a. 14 *Tac. a. 1, 54 (om. tituli).* Flamen Augustalis *tituli, cf. Tac. a. 2, 83.* Pontifex *V 4308. X 513 (om. reliqui tituli omnes).* — Quinquennalis Praeneste *XIV 2964.* Duovir Caesaraugustae in Hispania (Tiberio nondum Augusto) *nummi ap. Heiss monnaies antiques de l'Espagne p. 201 n. 18–21,* duovir Acci *nummi ib. p. 257 n. 12,* quattuorvir Carteiae *nummi ib. p. 332 n. 29.* — Filii: Nero Caesar *(I 149),* Drusus Caesar *(I 145),* Ti. Caesar *(I 151),* C. Caesar *(I 142),* alius C. Caesar *(I 143),* denique unus cuius nomen ignoratur *cf. Suet. Cal. 7;* filiae: Iulia Agrippina, Iulia Drusilla, Iulia Livilla *(cf. infra). De carminibus Germanici cf. Teuffel Litt. 275, 3 seq.*

147 GERMANICVS (IVLIVS) CAESAR Drusi Caesaris *(n. 144)* filius, Livia natus una cum fratre gemello (*v.* Ti. Iulius Caesar) a. p. Chr. 19 *Tac. a. 2, 84 (de anno dubitat O. Hirschfeld Herm. 25, 1890 p. 366 seq.). Nomen exhibent fragmentum tituli Cypri inventum CIG. 2630* [τῶν] διδύμων υἱῶν Δ[ρούσου Καίσαρος], Τιβερίου καὶ Γερμανικο[ῦ], *fragmentum Brixianum CIL. V 4311* [T]i. et Ge[rmanici Ca]esarum, *item nummi cum ipsius et fratris capitibus et inscriptione* Τιβ. Γερ. Καίσαρες *(Cavedoni ann. inst. arch. 1851 p. 232).* Obiit a. 23 *Tac. a. 4, 15.* Mors eius memoratur *Vell. 2, 130.*

148 L. IVLIVS CAESAR M. Agrippae et Iuliae, Augusti filiae, filius, natus a. 737 *Dio 54, 18 (Zon. 10, 34)* statimque una cum Gaio fratre maiore ab Augusto adoptatus *Dio l. c., Suet. Aug. 64, Vell. 2, 96,* (Caesares gemini *nummi Tarraconenses, ap. Heiss monnaies antiques de l'Espagne p. 124 n. 49. 50, de ipso et fratre*), dictus L. Iulius Caesar (*nomen gentilicium exhibet t. Delphicus CIG. 1712 descriptus a Cyriaco, si vere huius est, traditur enim* Λεύκιον Ἰούλιον .... Ἰούλιον Καίσαρα Σεβαστόν, *nec certum est id recte correctum esse in* Λεύκιον Ἰούλιον Καίσαρα Σεβαστοῦ υἱόν) vel L. Caesar *(sic passim),* puer procacis ingenii *Dio 55, 9,* a. 752 in forum deductus ab Augusto decimum tertium consule *Suet. Aug. 26.* Eodem fere tempore, scilicet annum quintum et decimum agens, consul designatus *t. Nicomediensis III 323, t. urbanus VI 900, Mon. Ancyr. 3, 1,* ut eum magistratum iniret post quinquennium *mon. Ancyr. l. c. (de tempore designationis cf. Mommsen ad mon. Ancyr. p. 53;* consul designatus *tituli, in his post mortem positi, ut Ticinensis V 6416 et decretum Pisanorum XI 1420).* Locus inter senatores ei decretus *mon. Ancyr. l. c.* Princeps iuventutis ab equitibus Romanis appellatus *ib. cf. Zonaras 10, 35 (qui in anno errat).* Augur *tituli (V 6416 VI 898 IX 3914 XI 1420 cet.).* Duovir aedi dedicandae consulari potestate una cum fratre Gaio *Dio 55, 10.* Uxor ei destinata Aemilia Lepida *Tac. a. 3, 23.* Gai fratris (in Asia res gerentis) epistulas in senatu recitat *Dio 55, 10*[a]. Missus ad Hispanienses exercitus *Vell. 2, 102, Tac. a. 1, 3 cf. Suet. Aug. 64,* Massiliae

morbo periit *Vell. l. c., Florus 2, 32, Suet. Aug. 65, Dio 55, 10ª (Zon. 10, 36)*, a. u. c. 755 = p. Chr. 2 *decretum Pisanum XI 1420, fasti Gabini XIV 2801*, d. XIII k. Sept. *fasti Antiat. I p. 328 = X 6638* (d. XIII k. Oct. *fasti Gabini, minus recte cf. Mommsen CIL. I p. 400, ed. 2 p. 326*). Titulus sepulcralis *VI 884 semel saec. XIV descriptus* (*traditur* C. Caes- *pro* L. Caes-); ex elogio sepulcrali eius superesse videtur fragmentum *VI 895 cf. Mommsen ad mon. Ancyr. 54*. Epicedion in eum scripsit Tiberius *Suet. Tib. 70.*

149 NERO IVLIVS CAESAR, Germanici Caesaris et Agrippinae filius natu maximus *Tac. a. 2, 43, Suet. Cal. 7, Zon. 11, 2. Tituli vel propter honorum sacerdotiorumque enumerationem vel propter alias causas memorabiles: urbani VI 887 (1). 913 (2) Bleranus XI 3336 (3) Pompeianus X 798 acephalus ad hunc coniectura relatus (4) Ticinensis V 6416 (5) Dalmaticus III 2808 (6) Lesbius CIG. 3528 et melius Eph. ep. 2 p. 9 (7).* Nero Iulius Germanici [f.] Aug. pronepos Caesar *t. 5, Iulii nomen habet etiam t. 7, praeterea* Nero Caesar *vel* Nero. *Natus videtur circa a. p. Chr. 6, quippe qui togam virilem sumpserit a. 20 (cf. Mommsen Herm. 13 p. 247).* Uxor ei destinata Iunia Silani f. iam ante a. 17 *Tac. a. 2, 43,* mox defuncta *cf. VI 914.* Togam virilem sumpsit a. 20 d. VII idus Iunias *fasti Ostienses XIV 244 cf. Zon. 11, 2,* eodem die congiarium plebi dedit *fasti Ostienses, Tac. a. 3, 29, Suet. Tib. 54.* Senatui commendatur a Tiberio; ut munere capessendi vigintiviratus solveretur et quinquennio maturius quam per leges quaesturam peteret, decretum *Tac. l. c.* Pontificatus ei decretus *Tac. l. c., errore.* Uxorem ducit Iuliam Drusi Caesaris filiam *Tac. l. c. cf. 4, 60. 6, 27.* Post mortem Drusi Caesaris a. 23 rursus commendatus senatui una cum Druso fratre *Tac. a. 4, 8; Suet. Tib. 54; Zon. 11, 2;* Drusum Caesarem laudat pro rostris *Zon. l. c.* Eodem anno senatui et Tiberio gratias egit nomine provinciae Asiae *Tac. a. 4, 15.* A. 24 vota pro eo et Druso fratre suscepta, quod prohibitum a Tiberio *Tac. a. 4, 17, Suet. Tib. 54.* Quaestor *t. 1. 2. 3. 4 (fortasse a. 26, si vere natus a. p. Chr. 6).* Flamen Augustalis *t. 2–4. 6,* sodalis Augustalis *t. 2–4,* sodalis Titius *t. 2,* frater Arvalis *t. 2,* fetialis *t. 2 (pontificatus, de quo Tac. a. 3, 29, nulla mentio).* Duovir quinquennalis Brixiae *V 4374,* Aquini *X 5393,* Formiis *X 6101,* quinquennalis Carthagine nova *nummi ap. Heiss monnaies antiques de l'Espagne p. 271 n. 28. 29;* duovir Caesaraugustae *nummi, l. c. p. 205 n. 51. 53;* quinquennalis Uticae *nummi ap. Borghesium opp. 1 p. 474 cf. p. 490.* Suspectus factus Tiberio artibus Seiani *Tac. a. 4, 59. 60. 67. 70.* A. 29 Tiberius criminatur eum litteris ad senatum datis *Tac. a. 5, 3–5, Suet. Tib. 54.* Hostis a senatu iudicatus *Suet. Tib. 54, Cal. 7.* Necatus in insula Pontia *Suet. Tib. 54,* Seiano vivo etiamtum sed iam suspecto (i. e. a. 31, sed ante d. 18 Oct.) *ib. c. 61.* Cineres eius dispersi *Suet. Tib. 54.* A. 37 ossa eius Romam relata et mausoleo inlata per

C. Caesarem *Suet. Cal. 15, Dio 59, 3 cf. t. 1.* Publice ei statua posita *Suet. Cl. 9.* Celebratur in nummis cusis sub C. Caesare *Eckhel 6 p. 217.*

150 TI. IVLIVS CAESAR (*antea* TI. CLAVDIVS NERO) = TI. CAESAR AVGVSTVS. Pater Ti. Claudius Nero, mater Livia Drusilla; natus a. u. c. 712 *Suet. Tib. 5 (sed alios fuisse qui a. 711, alios qui a. 713 eum natum scripserint, tradit Suet. l. c.)*, d. 16 Nov. *Suet. l. c., Dio 57, 18, fasti Antiates, feriale Cumanum.* A. 714 a parentibus in Siciliam Achaiamque transportatus *Vell. 2, 75, Suet. Tib. 6, Dio 48, 15. 54, 7.* Post reditum in urbem testamento adoptatus a M. Gallio, hereditatem adiit sed nomine abstinuit *Suet. Tib. 6.* Novem annos natus (a. u. c. 721?) defunctum patrem pro rostris laudavit *ib.* Actiaco triumpho (a. 725) Augusti currum comitatus est *ib.* Tribunus militum in Hispania prima expeditione Cantabrica *(Augusti puto, i. e. a. 728) Suet. 9.* A. 730 ei permissum, ut magistratus peteret quinquennio maturius quam per leges liceret; statimque quaestor designatur *Dio 53, 28 cf. Tac. a. 3, 29.* A. 731 (undevicesimo aetatis anno *Vell.*) quaestor, difficultatem annonae egregie moderatus est *Vell. 2, 94.* A. 734 missus ad Armenios Tigranem iis regem constituit *mon. Ancyr. 5, 27, Vell. 2, 94. 122, Iosephus ant. 15, 4, 3 (ubi minus recte dicitur* Νέρων Καῖσαρ), *Suet. Tib. 9, Dio 54, 9, nummi ap. Eckhel 6 p. 98.* A. 735 ornamentis praetoriis ornatus *Dio 54, 10.* Pontifex *t. Carthaginiensis Hispanus II S. 6080 (fortasse iam ante praeturam, certe ante consulatum).* A. 738 praetor *Dio 54, 19 cf. II S. 6080.* Eodem anno Augustum comitatur in Galliam *ib.* (Galliam comatam anno fere rexit *Suet. Tib. 9*). Uxorem ducit Vipsaniam Agrippinam, ex qua a. 739 vel paullo post *(cf. supra n. 144)* Drusum sustulit *Suet. Tib. 7.* A. 739 gentes Alpinas una cum Druso fratre subigit *Horat. carm. 4, 14, 14 seq.; consol. ad Liviam 16; Liv. 138; Vell. 2, 95; Suet. Tib. 9; Dio 54, 22.* A. 741 consul ordinarius una cum P. Quinctilio Varo *fasti.* A. 742 defuncto Agrippa coactus Agrippinam uxorem quamvis gravidam dimittere, a. 743 Iuliam Augusti filiam matrimonio sibi iunxit *Suet. Tib. 7, Dio 54, 31. 35.* A. 742—744 Pannonios subegit *Dio 54, 31. 34. 36; mon. Ancyr. 5, 44; Liv. 141; Vell. 2, 96; Suet. Tib. 9;* a. 742 ornamentis triumphalibus ornatus *Dio 54, 31, Suet. Tib. 9;* imperator a militibus consalutatus, nec tamen ea appellatione uti eum voluit Augustus *Dio 54, 33;* a. 733 ovatio ei decreta *Dio 54, 34.* A. 745 Drusi fratris in Germania defuncti corpus Romam refert *consol. ad Liviam 171; Liv. 142; Dio 55, 2 [Zon. 10, 35].* Urbem ovans ingreditur *Dio 55, 2, Vell. 2, 96, Suet. Tib. 9.* A. 746 bellum Germanicum ei mandatum *Dio 55, 6, Vell. 2, 97.* Imperator consalutatus *Dio 55, 6* (imp. II *t. positus a. 747 VI 385 cf. Mommsen ad mon. Ancyr. ed. 2 p. 12 seq.*). A. 747 consul iterum ordinarius cum Cn. Calpurnio Pisone *fasti.* Triumphat in consulatu *Dio 55, 8, Vell. 2, 97, Suet.*

*Tib. 9.* A. 748 tribuniciam potestatem accipit in quinquennium *Dio 55, 9, Vell. 2, 99, Suet. Tib. 9. 11.* Rhodum secedit *Suet. Tib. 10, Dio 55, 9, Vell. 2, 99* (cum C. Caesar sumpsisset iam virilem togam *Vell.*). Romam rediit anno demum 755 *Suet. 14,* non multo ante L. Caesaris obitum *Zon. 10, 36.* Adoptatus ab Augusto a. u. c. 757 = p. Chr. 4 d. 26 Iun. (27 Iun. *Vell.*) *Vell. 2, 103; fasti Amiternini cf. CIL. I p. 395,* simul coactus Germanicum fratris filium adoptare *Suet. Tib. 15, Cal. 1. 4, Tac. a. 1, 3. 4, 57, Zon. 10, 36; inde dictus* Ti. Iulius Caesar *(Iulii nomen habent tituli Graecus Ephesius ap. Wood discoveries at Ephesus inscr. of the Augusteum 11, Latini II 1660. VI 930, certe hic, fortasse etiam ille diu post mortem Tiberii positi, cf. inscr. Lat. sel. 161) vel* Ti. Caesar *(Claudiani praeterea cognomine Tiberium usum esse a. p. Chr. 6 in dedicatione aedis Castoris tradit Dio 55, 27).* Post adoptionem protinus missus in Germaniam *Vell. 2, 104, Dio 55, 13.* Bella ab eo gesta in Germania et Illyrico *Vell. 2, 104 seq., Suet. Tib. 16–20, Dio 55, 28 seq. 56, 12 seq.* A. u. c. 765 = p. Chr. 12 triumphavit de Pannoniis Delmatisque d. 16 Ian. *fasti Praenestini; Vell. 2, 121; Suet. Tib. 20; nummi ap. Eckhel 6 p. 186.* Lex lata per consules ut provincias cum Augusto communiter administrarot *Vell. 2, 121, Suet. Tib. 21.* A. 767 defuncto Augusto Ti. Caesar Augustus appellari coepit *(raro* imp. Caesar Augustus *cf. inscr. Lat. sel. 151 not. 1).* Consul III a. 18 cum Germanico Caesare *fasti.* Consul IIII a. 21 cum Druso Caesare *ib.* Consul V a. 31 cum L. Aelio Seiano *ib.* Decessit d. 16 Mart. a. 37 *Tac. a. 6, 50, Suet. Tib. 73, Dio 58, 28.*

151 TI. (IVLIVS) CAESAR Germanici Caesaris filius *t. sepulcralis Romae rep. prope mausoleum Augusti VI 888. Unus ex tribus Germanici et Agrippinae filiis qui parvuli obierunt, cf. Suet. Cal. 7, natus ut videtur inter annos p. Chr. 8—10 (cf. Mommsen Herm. 13 p. 247).*

152 TI. (IVLIVS) CAESAR (NERO?) Drusi Caesaris et Liviae filius, natus una cum fratre gemello *(v. supra n. 147)* a. p. Chr. 19 *Tac. a. 2, 84 (de anno dubitat O. Hirschfeld Herm. 25, 1890 p. 366 seq.),* Τιβέριος ἐπικαλούμενος Γέμελλος *Iosephus ant. 18, 6, 8,* Ti. Caesar Drusi Caesaris f. *VI 892 (titulus sepulcralis, inventus ad mausoleum Augusti),* Ti. Caesar Drusi f. Ti. Augusti n. divi Augusti pronepos *V 7598,* Tiberius *scriptores plerique,* Τιβέριος Νέρων *solus Philo in Flacc. 4 p. 520. Pueri eius imago in nummo cuso a. 23, ap. Eckhel 6 p. 204; alii nummi cum ipsius et fratris imaginibus, v. sub fratre.* Tiberius avus eum aspernatur ut ex adulterio conceptum *Suet. Tib. 62; Dio 58, 23 [Zon. 11, 3];* nihilominus heres ab illo relictus una cum C. Caesare Germanici filio *Suet. Tib. 76, Dio 59, 1,* particeps imperii relictus ab avo *Philo leg. ad Gai. 4 p. 549 cf. in Flacc. c. 3;* quod post mortem Tiberii irritum factum *Suet. Cal. 14, Dio 59, 1,* ut ipse Tiberius praeviderat *Ioseph. ant. 18, 6, 9 cf. Tac. a. 6, 46, Dio 58, 23.* Die togae virilis adoptatus a C. Caesare *Suet. Cal. 15, Dio 59, 8, Philo leg. ad Gaium*

*c. 4 p. 549 (sed eam adoptionem postea pro nulla habitam esse ex titulo eius sepulcrali VI 172 iure collegit O. Hirschfeld Herm. 25 p. 366 not. 4)*, appellatusque princeps iuventutis *Suet. l. c., Dio l. c.* Frater Arvalis *act. Arv. sub d. 24 Mai. 38.* — Obtentu insidiarum *Philo leg. l. c. cf. Dio l. c.*, occiditur a C. Caesare a. 37 *Philo leg. ad Gaium 4. 5, in Flaccum 3. 4, Suet. Cal. 23 cf. 29, Dio 59, 8.* In locum eius fratris Arvalis alius cooptatus d. 24 Mai. 38 *act. Arv.*

153 Iulius Calenus, origine Aeduus, tribunus, missus a ducibus Flavianis in Galliam nuntius victoriae Cremonensis *Tac. h. 3, 35.*

154 C. Iulius Callistus (*sic Scribonius praef.*, C. Iulius *ib. c. 151 si recte sic editur, praeterea* Callistus), C. Caesaris libertus *Iosephus ant. 19, 1, 10* (Callistus Caesaris Claudi libertorum potentia notus *Plin. h. n. 36, 60*), coniurat in eum *Iosephus l. c.; Dio 59, 29; cf. Tac. a. 11, 29.* Claudio a libellis (ἐπὶ ταῖς βίβλοις τῶν ἀξιώσεων ἐτέτακτο) *Zonaras 11, 9.* Cautus circa Messalinam *Tac. l. c. cf. c. 38;* qua interfecta Lolliam Paullinam Claudio commendat *Tac. a. 12, 1. 2.* Divitiae et luxuria eius *Plin. h. n. 33, 134. 36, 60.* Ei dedicavit Scribonius Largus compositiones medicamentorum *Scrib. Larg. comp. praef. et c. 151 et epil.* Filia eius mater C. Nymphidii Sabini *Plut. Galb. 9.*

155 Iulius Calpurnius ad memoriam dictabat sub Caro; eius epistula ad praefectum nrbis de morte Cari *vit. Cari 8 (fict.).*

156 IVLIVS CALVASTER (Καλοὐαστρος), tribunus militum laticlavius, reus ob amicitiam L. Antonii Saturnini, sed absolutus *Dio 67, 11.*

157 [C.] IVLIVS CAMILIVS GAL[ERIVS ASP]ER C....CIVS, C. Iulii Galerii Aspri cos. a. 212 *(infra n. 244)* filius, C. Iulii Aspri cos. iterum a. 212 et praefecti urbis *(supra n. 115)* nepos, [septem]vir epulonum, lupercus *titulus urbanus bull. comunale 1887 p. 176 suppletus a Gattio.*

158 IVLIVS CANDIDVS (Κανδιτ- *pro* Κανδιδ- *tituli)* proconsul Achaiae sub Hadriano *Inscr. Gr. sept. I 70—74 (non ante a. 130, cf. Dittenberger ad n. 70). Fortasse non diversus a Ti. Iulio Candido fratre Arvali a. 105—120.*

159 IVLIVS CANDIDVS, praeses provinciae nt videtur, cui divus Pius rescripsit *Ulpianus Dig. 48, 2, 7, 3.*

160 Iulius Candidus: eius dictum aliquod citat *Plinius ep. 5, 20, 5. Fortasse is qui sequitur.*

161 TI. IVLIVS CANDIDVS frater Arvalis, adest in collegio a. 105. 117. 118. 119. 120, flamen a 118 *(si recte supplevit Henzen VI 2078 II 1)*, promagister ut videtur a. 139 *act. Arv. (idem fortasse* Ti. Iuliu[s] ... *in actis anni incerti aetatis Traiani, Eph. ep. 8 p. 330). Distinguendus tam a Ti. Iulio Candido Mario Celso, cum quo nominatur in actis a. 105, quam a Ti. Iulio Candido Caecilio Simplice, cum quo nominatur in actis a. 117. 118. 120 et cuius loco vice magistri videtur functus esse a. 139.*

162 TI. IVLIVS CANDIDVS CAECILIVS SIMPLEX frater Arvalis, a. 105 magister factus in annum insequentem, adest in collegio a. 117. 118, a. 118 magister factus in annum insequentem, adest in collegio a. 120, magister (tertio) a. 139, adest in collegio a. 145 *act. Arv. (cf. Henzen comm. ad act. Arv. p. 188; Eph. ep. 8 p. 333).*

163 (TI. IVLIVS) CANDIDVS CELSVS proconsul Asiae sub Antonino Pio *nummi duo Harpasenorum Cariae, ad exempla adserrata in museo Britannico Waddington fastes des provinces asiat. n. 137, alter ex eis etiam ap. Mionnet III 334, 181 (ubi non recte tribuitur Bargasae) et suppl. VI 502, 329, hic cum capite M. Aurelii Caesaris, cusi* ἐπὶ Κανδίδου Κέλσου *(proconsulem fuisse non adscriptum est). Filium fuisse Ti. Iulii Candidi Marii Celsi coniecit Waddington l. c.*

164 TI. IVLIVS CANDIDVS MARIVS CELSVS. *Titulus Ancyranus III 250. Memoratur saepius in actis Arvalium. — Nomen integrum servatum est in act. Arv. a. 81 (VI 2060 v. 3) 87 (VI 2065 v. 32) 89 (VI 2066 v. 52), item in dipl. mil. a. 86 et in altero dipl. mil. nuper rep. anni 105; solum praenomen periit in t. Ancyrano.* Ti. Iulius Candidus (*omisso* Mar. Cels.) *est semel in actis a. 89 (VI 2066 v. 3), transpositione* Ti. Iulius Celsus Marius Candidus *in actis a. 87 (VI 2065 II 32). — In consulatu altero* [Ti. I]ulius Can[d]idus Marius Celsus *act. Arv. a. 105,* Ti. Iulius Candidus *VI 156*, Ti. Iulius [Candidus] *V 875, plerumque* Candidus.

Frater Arvalis fortasse iam a. 72 *(si hic est* Ti. Iuliu[s] . . . *VI 2053 v. 1),* certe a. 75 *act. Arv.* Magister collegii a 75; adest in collegio a. 80. 81 *act. Arv.* Consul suff. mense Mai. a. 86 cum Sex. Octavio Frontone *dipl. mil. (III p. 857).* Legatus Galatiae a. inc. *t. Ancyranus.* A. 87 flamen fratrum Arvalium factus in annum sequentem; a. 89 magister collegii, sed vice eius alius muneribus magistri fungitur; adest in collegio anno incerto aetatis Domitiani *(act. Arv. fragm. Dom. C),* a. 101. 105 *act. Arv.* Consul II ordinarius a. 105 cum A. Iulio Quadrato *fasti.*

165 Iulius Canus, philosophus sectae Stoicae, morte multatus a Gaio principe, quam magno animo subiit *Seneca dial. 9 (de tranq. animi), 14; Syncellus chron. p. 625, 3 (s. a. mundi 5537 = p. C. 37) citans Plutarchum, in cuius scriptis superstitibus nihil de hoc homine reperitur.* Eundem memorat *Boethius de consol. philos. I pros. 3.*

166 Iulius Capellus *(sic vit. c. 9),* Antylli filius *(vit. c. 13; nam eundem significari paene certum est),* Tiberiensis, Romanis fidem servare studet *Iosephus vit. c. 9. 12. 13. 57.*

167 D. Iulius Capito. *Tituli Viennenses, XII 1869 (1). 1870 (2). 1855 acephalus ad hunc relatus a Reniero mélanges d'épigraphie p. 64 (3).* D. f. *t. 1. 2.* Tribu Vol., origine Viennensis; domi flamen Iuventutis, triumvir locorum publicorum persequendorum, duovir aerari, augur *t. 1. 2.* Praefectus fabrum *t. 1. 2.* Tribunus mil. leg. II Ad-

iutricis *t. 1. 2. 3.* Censor civitatis Remorum foederatae *t. 1. 3.* Procurator imp. Nervae Traiani Caes. Aug. Germanici Dacici Optimi *(i. e. ut videtur inter a. 114 et 116)* provinciae Asturiae et Callaeciae *t. 3. Incertum qua parentela cum hoc coniunctus (an idem?)* D. Iulius Capito, D. f., tribu Volt., augur, duovir aerari, flamen Martis, trib. milit. *t. Genavensis XII 2613.*

— *C. IVLIVS CAPITOLINVS *v.* CAPITOLINVS.

168 Iulius Carus (Cari- *pro* Car- *traditur*) miles legionarius, qui a. 69 T. Vinium interfecit *Tac. h. 1, 42.*

169 IVLIVS CASSIANVS cui rescripserunt Severus et Antoninus de reo aliquo maiestatis, praeses provinciae puto vel magistratus *Marcianus Dig. 48, 4, 5.*

— C. IVLIVS CASTINVS *v.* C. IVLIVS SEPTIMIVS CASTINVS.

170 IVL(IVS) CASTVS legatus Thraciae sub Commodo *nummi urbium Thracicarum Anchiali (Mionnet S. II 218, 78), Hadrianopolis (Mionnet S. II 308, 646–309, 650), Pautaliae (Mionnet S. II 373, 1009; Brit. Mus. p. 143, 14).*

170ᵃ L. Iul(ius) Cat... proc... provinc. *II 3532.*

171 L. IVLIVS CATVS frater Arvalis cooptatus a. 118, proflamen a. 120 *act. Arv.*

172 Iulius Celsinus Numida, amicus Frontonis et Gellii *Gellius 19, 7, 2. 19, 10, 1. 11.*

— IVLIVS CELSVS: eum Hadrianus in consilio habuit *vit. Hadr. 18. V.* P. IVVENTIVS CELSVS T. AVFIDIVS HOENIVS SEVERIANVS.

173 Iulius Celsus tribunus, in carcerem propter amicitiam Seiani ut videtur coniectus, a. 33 suam ipse cervicem perfregit *Tac. a. 6, 14.*

174 C. Iulius Celsus. *Titulus Lugdunensis, ap. Allmer et Dissard musée de Lyon I p. 135 (Wilm. 1257) (1); fragmentum tituli agri Amiternini IX 4453 (2). Nomen plenum servavit t. 1 (in t. 2 non extat nisi* C. Iulius ...). — C. f., tribu Quir. *t. 1.* Curator viae lignariae triumphalis, dilectator per Aquitanicam undecim populos, procurator vicesimae hereditatium per provincias Narbonensem et Aquitanicam, procurator Neaspoleos et mausolei Alexandriae *t. 1.* Procurator vicesimae hereditatium Romae *t. 1 cf. 2.* Procurator patrimonii *t. 1.* Procurator provinciarum Lugudunensis et Aquitanicae *t. 1. 2.* A libellis et censibus *t. 1. 2.*

175 C. IVLIVS CELSVS MAXIMIANVS, C. f. *(filius eius qui praecedit)*, tribu Quir.; adlectus annorum quattuor in amplissimum ordinem ab imp. Antonino Pio *t. Lugdunensis ipsi et patri communis (cf. sub patre).*

176 TI. IVLIVS CELSVS POLEMAEANVS *(nomen plenum exhibet t. urbanus CIGr. 1966 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1966); ...* Celsus Polometinus *dipl. mil. a. 92 male descriptum,* Ti. I.... *fasti Ost.)* consul suffectus a. 92 mense Mai. et insequentibus cum L. Stertinio Avito *fasti Ostienses (XIV 245 cf. eph. ep. 7 p. 355 n. 1190); dipl. mil. a. 92 (III p. 858).* Ad servos eius spectat *t. urbanus supra citatus.*

— M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS.

177 Iulius Cerialis, amicus Martialis, in carminibus imitator Vergilii *Martial. 11, 52 cf. 10, 48, 5.*

178 C. IVL(IVS) CERIALIS (C. Iul. Cerealis *II 2661*, C. Iul. C... *II S. 5680*), consul, legatus Aug. pro pr. pr(ovinciae) H(ispaniae) n(ovae?) c(iterioris?) Antoninianae post divission(em) provinc(iae) primus ab eo (*sc.* Caracalla) m[issus] *tituli Legionenses II 2661 II S. 5680. Diversus a Sulla Ceriale consule ordinario a. 215.*

179 Iulius Civilis *(sic Frontinus strateg. 4, 3, 14, Tac. h. 1, 59,* Claudius Civilis *ib. 4, 13, vulgo* Civilis; Ἰούλιος *Plutarch.* ἐρωτικός *c. 25, de eodem ut videtur)* praepotens inter Batavos *Tac. h. 1, 59,* sub Nerone vinctus, a Galba absolutus, sub Vitellio a militibus ad supplicium flagitatus, sed a Vitellio periculo exemptus *Tac. h. 4, 13 cf. 1, 59.* Batavorum gentem ad rebellionem excitat *ib. 4, 14.* Res gestae eius adversus Romanos *ib. 4, 15–37. 55–66. 70–79. 5, 14–26 cf. Frontinus strateg. 4, 3, 14; Plutarch.* ἐρωτικός *c. 25 p. 770 D.* — Uxor eius memoratur *Tac. h. 4, 79;* filius *4, 61. 63;* soror *4, 79.* Sorore eius genitus Iulius Briganticus *4, 70,* item Verax *5, 20.*

180 Q. IVL(IVS) CLARVS Q. Iulii Maximi et Calpurniae Sabinae f., clarissimus iuvenis, quattuorvir viarum curandarum annorum XXI *II 112.*

181 Iulius Classicianus, procurator Britanniae sub Nerone *Tac. a. 14, 38.* Iuli Classiciani servus dispensator *VI 9363 = Allmer et Dissard mus. de Lyon IV p. 217 n. 488, 8.*

182 Iulius Classicus *(nomen gentilicium ponit Tac. h. 2, 14),* o regio Treverorum genere *Tac. h. 2, 55. 72.* Praefectus alae Trevirorum *Tac. h. 2, 14.* A Romanis descivit *ib. 4, 55; Iosephus b. Iud. 7, 4, 2.* Res ab eo gestae contra Romanos *Tac. h. 4, 57. 58. 59. 63. 70. 72. 74. 75. 76. 77. 78. 79; 5, 19. 20. 21.*

183 T. IV(LIVS) CLATIVS SEVERVS — *an* T. I. VCLATIVS SEVERVS? — consul (ὑπατεύων) *pondus plumbeum, Inscr. Graec. Sicil. Ital. 2417, 2.*

184 Iulius Clemens, centurio in exercitu Pannonico a. 14, mandata militum Druso edit *Tac. a. 1, 23. 26 cf. 28.*

— C. Iulius Clemens *v.* C. IVLIVS OPPIVS CLEMENS.

— M. HERENNIVS FAVSTVS [TI.] IVLIVS CLEMENS TADIVS FLACCVS.

185 C. IVLIVS COMMODVS ORFITIANVS *(sic Eph. ep. 2, 719;* Commodus Orfitianus *VI 1119)* legatus Aug. pro pr. pr. Pannoniae inferioris *Eph. ep. 2, 719 (III S. 10595).* Curator operum publicorum a. 161 *VI 1119. Idem videtur Iu.... Commodus legatus Thraciae sub Antonino Pio (vide supra n. 47). Nec diversus fortasse (ut coniecit Klein mus. Rhen. 1880 p. 319) Commodus, quem legatum Syriae fuisse a. 157 testantur nummi Seleucienses inscripti* ἐπὶ Κομόδου ηπρʹ *[a. 188 aer. Act.] (Eckhel 3, 327; Mionnet V 275, 878. 879; cf. Borghesi opp. 4 p. 170; num ad eundem pertineat III S. 6645, dubium).*

186 Q. IVLIVS CORDVS *(praenomen habet t. 2631)* proconsul Cypri sub Claudio *CIG. 2631. 2632.* Legatus Aquitaniae a. 69 *Tac. h. 1, 76.*

187 C. IVLIVS CORNVTVS TERTVLLVS. *Titulus Praenestinus vel agri Praenestini XIV 2925 cf. 2925ᵃ. Nomen plenum vel paene plenum (nam fieri potest ut ante Cornuti vocabulum aliud nomen intericrit) exhibet tit.*, Cornutus Tertullus *Plin. ep. 2, 11, 19. 12, 1. 5, 14, 1. 9, 13, 15, pan. 90, praeterea* Cornutus — P. f., tribu Hor. *tit.* Plinio paullo maior *Plin. ep. 5, 14, 5.* Quaestor urbanus, aedilis Cerialis, adlectus inter praetorios a Vespasiano et Tito censoribus (a. 73/74), legatus pro praetore Cretae et Cyrenarum *t.* Proconsul provinciae Narbonensis *tit., ubi hic honor recensetur extra ordinem cum proconsulatu Asiae.* Iacuit sub Domitiano *Plin. paneg. 90.* Tutor Helvidiae datus a consulibus petente matre eius et vitrico *Plin. ep. 9, 13, 16;* verba fecit in senatu, cum Plinius de ultione Helvidii ageret *ib.* Praefectus aerarii Saturni una cum Plinio factus ab imp. Nerva *Plin. ep. 5, 14, 5, paneg. 90; tit.* Consul designatus sententiam dicit in senatu *Plin. ep. 2, 11, 19. 21. 22. 24; 12, 2.* Consul *t.*, collega Plinii qui fasces cepit kal. Sept. 100 *Plin. paneg. 90, ep. 5, 14, 5.* Curator viae Aemiliae *tit.; Plin. ep. 5, 14, 1,* collega dictus a Plinio curatore alvei Tiberis *Plin. 7, 21.* Legatus pro pr. provinciae Aquitanicae censuum accipiendorum *tit.* Legatus pro pr. Traiani Augusti provinciae Ponti et Bithyniae *tit.*, post Plinium *v. Mommsen Herm. 3 p. 97 not.* Proconsul provinciae [Asiae] *tit. (anno 117/8, secundum ratiocinationem Waddingtonii fastes n. 123); sed omnino Asiae, non Africae proconsulem eum fuisse non ita certum est).* Supervixit Traiano *ib.* Ad eum datae Plinii *ep. 7, 21. 31,* cum quo habuit communes amicos *Plin. ep. 4, 17, 9; 5, 14, 4; paneg. 90.*

188 M. Iulius Cottius *(sic plene t. Segusinus)*, Donni regis filius *(cf. D 166)*, praefectus Segusinorum aliarumque civitatium Alpinarum tredecim (rex *Ammian. 15, 10, 2*). (Cottianae civitates XV *Plin. h. n. 3, 138 cf. 135;* ἡ τοῦ Δόννου λεγομένη γῆ καὶ ἡ τοῦ Κοττίου *Strabo 4, 6, 6 p. 204;* Cottii regnum *Vitruv. 8, 3, 17; Suet. Tib. 37).* Augusto arcum dedicavit Segusione a. u. c. 745/6 *t. arcus Segusini V 7231.* Viam per Alpes struxit *Ammian. 15, 10, 2 (qui praeterea indicat Cottium initio arma tulisse contra Augustum, errore ut videtur, cf. Mommsen CIL. V p. 808);* sepulcrum eius Segusione *ib. 7. Fortasse huius libertus:* . . . lius Cotti l. Urbanus *V 7262.*

189 M. Iulius Cottius *(sic plene Dio):* ei Claudius a. 44 principatum a patre acceptum ampliavit et regem eum appellavit *Dio 60, 24. Filius videtur aut nepos eius qui praecedit. Libertus eius:* M. Iulius Cott[i] reg. l. Paris *t. Segusinus V 7296.* Defuncto eo Nero regnum eius in provinciae formam redegit *Suet. Ner. 18, Eutrop. 7, 14, 5, Victor Caes. 5, 2, epit. 5, 4, Hieronymus ad a. Abr. 2081.*

190 Iulius Creticus 'sub Caesaribus illustres causas egit' *schol. Iuv. 2, 78.*

191 Iulius Crispus, tribunus cohortis praetoriae, a Severo propter dictum aliquod occisus *Dio 75, 10.*

192 Iulius Densus eques Romanus, propter favorem in Britannicum delatus nec tamen in reos receptus *Tac. a. 13, 10.*

193 [C.] Iulius Deximachus C. Iulii Euryclis filius, una cum patre statua honoratus ab Atheniensibus *CIAtt. III 801*[b] *(p. 505).*

194 C. IVL(IVS) DION[Y]SIVS HONORATVS clarissimus vir, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae (temporibus Commodi) *VI 2010.*

195 IVLIVS DONATVS praefectus urbi a. 259 *cod. Gregor. 2, 3, 1. Videtur error subesse; nam teste laterculo praefectorum urbis (chronogr. anni 354) per annos 258—260 praefectus urbi fuit Cornelius Saecularis; fortasse cogitari potest de Iunio Donato praefecto urbis a. 257.*

196 C. Iulius Erucianus Crispus praefectus alae primae Ulpiae Dacorum, amicus L. Aemilii Kari consularis *VI 1333.*

197 C. IVLIVS ERVCIVS CLARVS (Erucius Clarus *scriptores; in consulatu* C. Iulius Erucius Clarus *II 4125. X 4760,* C. Erucius Cl[arus] *VI 1173*[c], [C. E]rucius Cla[rus] *VI 1992, praeterea* Clarus), filius ut videtur C. Erucii Clari consulis ordinarii a. 170. Claris natalibus *Dio 74, 9.* A. 192 designatum consulem occidere eum una cum altero consule designato statuerat Commodus *Dio 72, 22.* Consul ord. a. 193 cum Q. Sosio Falcone *fasti.* Septimius Severus eo delatore uti voluit *Dio 74, 9,* abnuentem occidit *Dio l. c.; vit. Sept. Sev. 13, 4.*

198 C. Iulius Eurycles (Eurycles *scriptores et nummi, praenomen et nomen Romanum docuerunt tituli CIAtt. III 801*[a] *et Lebas-Foucart 237*[a]). *Cf. Weil Mitth. d. ath. Instituts VI p. 10 seq.* Spartanus; patrem eius Lacharem Antonius securi percussit *Plut. Ant. 67.* Ipse Antonium ab Actio fugientem insequitur *ib. Civitate Romana ab Augusto eum donatum esse ostendit nomen.* Amicitia Augusti nisus principatum Spartae occupat *Strabo 8, 5, 1. 5 p. 363. 366; nummi eius nomine inscripti ap. Eckhel 2 p. 281, Weil l. c. p. 13.* Iter eius in Iudaeam ad Herodem et in Cappadociam ad Archelaum; qua occasione Alexandro Herodis filio exitium parat *Iosephus b. Iud. 1, 26, ant. 16, 10, 1.* Turbas concitat in Graecia *Strabo p. 366; Iosephus b. Iud. 1, 26, 4.* Eo nomine bis accusatus apud Augustum relegatur *Iosephus l. c., cf. Plutarch. apophth. p. 207 F. Nihilominus filio C. Iulio Laconi principatum transmittit, cf. Weil l. c.* Opera publica ab eo exstructa Spartae et Corinthi *Pausanias 3, 14, 6. 2, 3, 5.* Ludi ab eo appellati Καισάρεια καὶ Εὐρύκλεια *CIGr. 1239. 1240. 1378; Lebas-Foucart 168*[c].

199 C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANVS. *T. Gythiensis mutilus, ap. Lebas-Foucart 2, 245*[b] *(1); memoratur in t. Cytherio male descripto CIG. 1306 (2). —* [Γ. Ἰούλι]ος Εὐ[ρυ]κλῆς [Ἡρκλαν]ὸς *t. 1;* Ξ. Ἰούλιος Εὐνοκλῆος Ἡρκλανός *traditur t. 2 (restituit Foucart ad t. 1),* [Γ]άιος Ἰουλι[ος] ..... [Ἡρ]κλανὸς *fragmentum Spartanum CIG. 1398, si ad hunc pertinet; nomen firmant Q. Roscius Coelius Murena Iulius Eurycles*

Digitized by Google

*Herclanus Pompeius Falco et Q. Pompeius Senecio C. Iulius Eurycles Herculaneus Sosius Priscus.* Nobilis sine dubio Spartanus; sacerdos Augustorum perpetuus *t. 1. 2,* sacerdos Castoris et Pollucis *t. 1,* vixit temporibus Traiani *t. 2. Filius videtur C. Iulii Laconis, nepos C. Iulii Euryclis qui praecedit* (Γ. Ἰ[ο]υλίου [Λάκω]νος υἱός, ἔκγον[ος Εὐρυκ]λέους *t. 1 suppletus a Foucartio). Cf. stemma apud Weil Mitth. d. ath. Instituts 6 p. 20.* — Quaestor pro pr. provinciae Achaiae, tribunus plebis, praetor, legatus provinciae Hispaniae Baeticae, legatus Augusti [legionis] III .... *t. 1 (cum supplementis Foucartii, sed paene certis).*

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA *cet.* C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS *cet.* SOSIVS PRISCVS.

— Q. ROSCIVS COELIVS MVRENA SILIVS DECIANVS VIBVLLIVS PIVS IVLIVS EVRYCLES HERCLANVS POMPEIVS FALCO.

— Iulius Fabius *v.* Fabius Iulius.

200 L. IVLIVS FAVSTINIANVS. *Tituli Moesiae inferioris Troesmitanus III 6177 (1) et III S. 7485 (2); Larinas post mortem ei dedicatus IX 729 (3); memoratur in urbano VI 2003 (4). Nummi Marcianopolitani, alii cum capite Severi, Mionnet I 358, 31, ib. suppl. II 74, 116—75, 122, catal. mus. Berol. I p. 56 n. 3–5, al.; alii cum capite Caracallae, Mionnet suppl. II 80, 153—82, 159, catal. mus. Berol. p. 59 n. 15, alibi; nonnulli cum capitibus Severi et Domnae, Mionnet suppl. II 78, 137—139 ex Vaillant.*

L. Iulius Faustinianus *t. 1. 3. 4 (ubi antea legebatur* [T]i. Iulius Faustinianus, *correxit Kubitschek ad t. 2),* L. I[ul.] Faustinianus *t. 2; in nummorum parte legitur* ὑ(πατικοῦ) Ἰ. Φαυστινιανοῦ, *in aliis nudum cognomen.* — Clarissimae memoriae vir, consul *t. 3.* Legatus pro pr. Moesiae inferioris sub Severo *t. 2,* sub Severo et Caracalla *nummi,* sub Severo Caracalla Geta *t. 1 (si recte trium* g *reliquias agnoverunt Renier et Desjardins, sed non sine causa dubitationem de hac re movit Pick Wiener numismatische Zeitschr. 23 p. 37).* Cooptatus in collegium aliquod sacerdotale e maioribus aut a. 212 aut a. 220 *t. 4.*

201 Iulius Faustinus: eius carmen acrostichum in laudes Hadriani, scriptum Petronio Mamertino praefecto Aegypti *(i. e. circa a. 134. 135),* lapidi incisum Talmi in Aegypto *III 77.*

202 TI. IVLIVS FEROX. *Cippi positi ab ipso cum esset curator alvei Tiberis VI 1239*[a–h] *(a–h), Bull. comunale 1884 p. 41 (i), 1887 p. 16 (k), Notizie 1890 p. 187 (l); similis cippus restitutus ab Antonino Pio, Notizie 1890 p. 355 = Bull. comunale 1890 p. 327 (m). Nummi: Hierocaesarienses, Mionnet 4, 48, 251. 252, S. 7, 354, 168; Waddington fastes n. 122.* Ti. Iulius Ferox *cippi plerique,* Iulius Ferox *Plin.,* Ferox *nummi.* A. 99 consul designatus in senatu sententiam dicit *Plin. ep. 2, 11, 5;* consul suffectus ut videtur eodem anno 99 *cf. Mommsen Herm. 3 p. 92 not. 1.* Curator alvei Tiberis a. 101 *cippi a–f. i. m,* a. 103 *cippi g. h.* Exercitui praefuit ante a. c. 112 *Plin.*

*ad Trai. 87.* Proconsul Asiae *nummi,* a. 116 aut 117 *unus ex nummis (ap. Waddington 1, extat etiam in mus. Berolinensi) exhibens caput Traiani cum inscriptione* αὐ. Και. Νερ. Τραιανο. Σεβ. Ἀρισ. Γερ. Δακ. Παρ. — Incertum num idem Ferox ad quem scripsit *Plin. ep. 7, 13.*

203 IVL(IVS) FESTVS vir clarissimus, praetor urbanus *VI 314^c^. Fortasse vixit ineunte demum quarto p. Chr. saeculo; iudice Rossio pater vel avus Iulii Festi Hymetii vicarii urbis anno 362 (cod. Theod. 11, 30, 29 cf. C. VI 1736).*

204 TIB. IVL(IVS) FESTVS legatus Moesiae inf. sub Alexandro *nummi Marcianopolitanorum cum capite Alexandri (Mionnet S. II 104, 294—106, 304; Leake Europ. Suppl. p. 133; Brit. Mus. p. 36, 68—37, 73; Mus. Berol. catal. numm. I p. 66, 53–56), adiuncto interdum capite Maesae (Mionnet S. II 107, 312—108, 315; Leake Europ. p. 69, suppl. p. 133; Brit. Mus. p. 38, 79; Mus. Berol. catal. numm. I p. 67, 59) vel Mamaeae (Mionnet S. II 108, 317; Mus. Berol. catal. numm. I p. 68, 60), inscripti habentes in parte aversa* ὑπ. Τιβ. Ἰουλ. Φήστου. *Moesiae praefuisse Festum, item alios nonnullos praesides notos ex nummis Marcianopolitanorum (Iulium Gaetulicum, Fir. Philopappum, Um ..... Tereventinum) antequam Alexander duceret Orbianam, putat Pick (Wiener numism. Zeitschr. 23 p. 39), propterea quod nulli horum inveniuntur nummi cum capite Orbianae, dubito num recte.*

205 Iulius Fidus Aquila *(sic t. Siccensis,* Φεῖδος Ἀκύλας *t. Aegyptiacus),* epistrategus Thebaidos temporibus Hadriani *t. Aegyptiacus bull. dell' Inst. arch. 1866 p. 151 (1);* fratri Q. Iulio C. f. Aquilae titulum posuit Siccae Veneriae *t. Siccensis VIII S. 15872.*

206 TIB. IV[LIVS] FLACCINVS legatus Aug. pro pr. provinciae Daciae *tituli Sarmizegetusensis III 1461, Apulensis III S. 7768.*

207 C. IVLIVS FLACCVS AELIANVS legatus pro pr. Cappadociae sub Severo et Caracalla a. 198 *milliarii Cappadociae (III S. p. 1252 seq., p. 2063 seq.).*

208 Iulius Flavianus (tul- *traditur* pro iul-) praefectus alae in exercitu Flaviano, a Vitellianis captus *Tac. h. 3, 79.*

209 L. IVLIVS FLAVIANVS unus ex pueris senatorum filiis qui fratribus Arvalibus a. 120 ministrabant *act. Arv.*

210 Iulius Florus, comes Ti. Neronis in Asia (a. 734), amicus Horatii, qui ad eum dedit *ep. 1, 3. 2, 2.* 'Hic Florus scriba fuit saturarum scriptor, cuius sunt electae ex Ennio Lucilio Varrone saturae' *Porphyrio ad ep. 1, 3, 1.*

211 Iulius Florus, Trevir, Gallos ad rebellionem cum excitavisset, fusus a Romanis a. 21 sua manu cecidit *Tac. a. 3, 40. 42; Vell. 2, 129.*

212 Iulius Florus 'in eloquentia Galliarum, quoniam ibi demum exercuit eam, princeps, alioqui inter paucos disertus', patruus Iulii Secundi *Quintilianus inst. 10, 3, 13.*

213 Iulius Florus *(sic cod. Bamb.,* L. Anneius Florus *cod. Nazar.,* Annaeus Florus *alii codices)* qui scripsit Hadriani ut videtur temporibus bellorum

omnium annorum septingentorum libros sive duos *(sic cod. Bamb.)* sive quattuor *(cod. Nazar.) cf. Teuffel Litt. 348. Vide etiam* L. Anneius Florus *et* P. Annius Florus.

214 C. Iulius Fortunatianus, egregius vir, C. Mevii Silii Crescentis Fortunatiani clarissimi pueri pater *VIII 610.*

215 Iulius Frontinus, rhetor, magister Severi Alexandri *vit. Alexandri 3, 3.*

216 SEX. IVLIVS FRONTINVS. *Praenomen est VI 2222, VIII 7066, IX 6083, 78, Lanciani syll. aq. 128, item in dipl. mil. anni 98, item in codicibus nonnullis strategematon cf. Gundermann praef. ad strateg. p. XII. Pro Frontino in codicibus non raro dicitur* Fronto, *ut in Prosperi codicibus sub a. 100, et hic illic in codice strategematon Gothano (cf. Gundermann l. c.) et in codicibus nonnullis gromaticorum (Scr. grom. I p. 34, 14. 108, 8 adnot.).*

Praetor urbanus a. 70 *Tac. h. 4, 39.* Eodem anno civitas Lingonum in Gallia tradidit se ei (legato legionis puto) *ipse strat. 4, 3, 14 (de quo loco cf. Gundermann ann. phil. Fleckeiseni suppl. vol. 16, 1888 p. 321).* Consul suff. a. inc., fortasse a. 74 *VI 2016 cf. Borghesi opp. 6 p. 477* (a. 72 vel 73 *Waddington fastes n. 103*). Augur *Plinius ep. 4, 8, 3.* Legatus Aug. provinciae Britanniae ab a. fere 76 (inde ab a. 74 vel etiam exeunte a. 73 *Waddington*) ad a. 78 *Tac. Agr. 17 cf. Huebner mus. Rhen. 12, 1857 p. 56.* Proconsul Asiae *nummi Smyrnaeorum inscripti* ἀνθυ. Φροντείνῳ *(Mionnet III 206, 1121. 210, 1155. 1156, suppl. VI 318 seq.; Waddington fastes n. 103; alibi), ad hunc recte sine dubio relati a Waddingtonio.* Curator aquarum creatus a. 97 *Frontinus de aq. 1. 102.* Consul II suffect. mense Febr. 98 cum Traiano II *dipl. mil. (C. III p. 862) cf. Martial. 10, 48, 20; Plin. pan. 61.* Electus a senatu qui sumptus publicos minuendos curaret *Plin. pan. 62.* Consul tertium *VIII 7066,* ordinarius a. 100 cum Traiano tertium *VI 2222; fasti cf. Plin. pan. 61.* Traiano probatus *Vegetius r. m. 2, 3.* Amicus Plinio *Plin. ep. 4, 8, 3;* ab eo adhibitus in consilio in causa privata *ib. 5, 1, 5.* Fautor Martialis, qui venit ad eum cum in secessu Tarracinensi degeret *Martial. 10, 58;* Formiis hospitio apud se excepit auctorem tractatus Graece scripti de re militari *Aelian. tactic. praef. (fortasse tam apud Martialem quam apud Aelianum significatur eadem villa litoris Volsci).* Defunctus a. 103 vel 104 *Plin. ep. 4, 8, 3.* Monumentum sibi fieri testamento vetuit *ib. 9, 19.* Vir magnus *Tac. Agr. 17,* princeps vir *Plin. ep. 4, 8, 3.* — Abavus Sosiae Falconillae *VIII 7066,* proavus Q. Pompeii Senecionis Sex. Iulii Frontini Sosii Prisci *ib. cf. XIV 3609; stemma propositum ad VIII 7066. — Tubus plumbeus eius nomine inscriptus Romae rep., Lanciani syll. aq. 128 (ex Fabr. 7, 404). Signaculum inscr.* Sexti Iuli Frontoni *(sic) prodiit in Marsis IX 6083, 78.* — Scripsit multa, in his libros argumenti gromatici, quorum excerpta extant in corpore gromaticorum *Scr. gromatici ed. Lachmann I p. 1–58 cf. Lachmann ib. II p. 101 seq.*

*112 seq.* — eos scripsit sub Domitiano *cf. l. c. I p. 54* —; de re militari *strateg. praef., Vegetius r. m. 1, 8. 2, 3* (rei militaris Graecorum peritus *Aelian. tactic. praef.*), praeter libros strategematon qui extant quattuor (*quartum spurium indicaverunt C. Wachsmuth mus. Rhen. 15, 1860 p. 574 seq. aliique, vindicavit Fritze de Frontini strateg. libro IV, diss. Hal. 1888*), item editos sub Domitiano, sed post a. 83 *cf. strat. 1, 1, 8. 1, 3, 10. 2, 3, 23. 2, 11, 7*; postremo librum de aquis urbis Romae qui extat, inchoatum a. 97, editum post mortem Nervae *de aq. 87. 93. 118. Incertum num ab hoc appellata* decreta Frontiana (*scr.* Frontiniana?) *Dig. 29, 2, 99, ut coniecit Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. 7, 1868 p. 475 not. 5.* — *Male ad hunc relatum est fragmentum Cliviense (nunc Bonnense) Brambach. 157 (= Or. 1173).*

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS *cet.* SOSIVS PRISCVS.

— Q. VALERIVS LVPERCVS IVLIVS FRONTINVS.

217 Iulius Fronto tribunus cohortis vigilum, exauctoratus a Galba *Tac. h. 1, 20.* Sub Othone militiam resumpsit, sed suspectus militibus in vincula conicitur *ib. 2, 26.*

218 Iulius Fronto (filius fortasse eius qui praecedit) praefectus classis praetoriae Misenensis a. 129 *dipl. mil. (III p. 875 = V 4091).* — *Huius fortasse, vel etiam eius qui praecedit, servus* Iuli Frontonis actor *t. Polensis V 90.*

219 Iulius Fronto praeses provinciae ut videtur, cui Traianus rescripsit *Ulpianus Dig. 48, 19, 5.*

220 TI. IVLIVS FRVGI. *Titulus urbanus Eph. 4, 823 mutilus; praeterea memoratur in act. Arv.* — Ti. Iulius Frugi *act. Arv.*, ...... Frugi *tit.* [T]i. f., tribu Cor. *t.* [Triumvir mo]net(alis), quae[stor], [tribunus ple]b., [praetor], [legatus] pro pr. provin[ciarum B]aeticae, Ponti [et Bithy]niae, Asiae, legatus legionis VII [Claudiae], [praefectus frumenti] d(andi), praefectus aerarii militaris, pro.... (pro[cos. provinciae ....] *spatium non capit;* pro[mag.], *sc. fratrum Arvalium, proposuit Henzen quem vide Eph. l. c.*) *tit.* Frater Arvalis *tit.*, promagister fratrum Arvalium sub Marco a. inc. *act. Arv. (M. Aur. E).* — *Incertum num hic* Iulius Frugi *IX 3999.*

221 Sex. Iulius Gabinianus (*sic Suet., praeterea* Gabinianus) rhetor *Suetonius ind. libri de grammaticis et rhetoribus (p. 99 Reiff.).* Docuit in Gallia *Hieronymus ad a. Abr. 2092 (p. C. 78).* Memoratur *Tac. dial. 26; Hieronymus comm. ad Iesai. lib. 8 praef.*

222 IVL(IVS) GAETVLICVS legatus Moesiae inferioris sub Alexandro *nummi Marcianopolitanorum (Mionnet suppl. II 102, 283 seq., 108, 316; Mus. Berol. catal. numm. I p. 67, 57; Mus. Atheniens. p. 111, 825; Revue numism. 1893 p. 72, 17. 18) cum capite Alexandri (vel cum capitibus Alexandri et Mamaeae, Mionnet II 108, 316), inscripti* ὑπ. Ἰουλ. *(sic Revue num. 1893 p. 72, 18,* Ἰουλι. *dicitur esse in nummo*

*musei Atheniensis, alibi* 'Ιου.) Γετουλικοῦ. *Post mortem Maesae Moesiae praefuisse Gaetulicum putat Pick (Wiener numism. Zeitschr. 23 p. 39) quod nulli inveniuntur nummi eius cum capite Maesae, fortasse recte. Cf. etiam supra n. 204 fin.*

223 IVLIVS GAETVLICVS clarissimus puer *VIII 8421 (prope Sitifim).*

224 C. IVLIVS GALERIVS ASPER. *Tituli ei positi in agro Tusculano novem XIV 2510 (1). 2511 (2) cum esset praetorius, 2509 (3). 2512 (4) consuli designato, 2505 (5). 2506 (6). 2507 (7). 2508 (8) consulatum adepto, praeterea 2513 (9) fragmentum inutile. Memoratur praeterea in titulis adfinium Tusculanis XIV 2515 (10) et 2517 (11), denique in urbano filii, Bull. comunale 1887 p. 176 (12).*

Asper *t. 11,* Iul. Asper *t. 10,* C. Iulius Asper *t. 3. 4. 5. 6. 7, Galerii nomen additum erat in t. 1. 2. 12 (plene lectum in solo t. 1); in consulatu* C. Iulius As[per] *VI 2003, praeterea* Asper. — Curator aedium sacrarum *t. 1. 3. 5. 7. 8, ante quaesturam ut videtur.* Quaestor provinciae Africae *t. 1. 2. 3. 5. 6. 8.* Tribunus plebis *t. 1. 2. 3. 5. 6. 8.* Praetor peregrinus (peregr. *habet solus t. 3) t. 1. 3. 5–8.* Curator viae Appiae *t. 3. 5. 6. 7. 8 (fortasse ante praeturam, cf. t. 5–8).* Consul designatus *t. 3 cf. 4.* Consul *t. 5–8,* ordinarius *t. 12,* a. 212 una cum alio C. Iulio Aspro patre suo *(cf. sub hoc supra n. 115).* Sodalis Augustalis *t. 3. 5. 6. 7. 8,* fortasse ante praeturam *cf. t. 3–8,* certe ante consulatum *cf. t. 3.* Pon[tifex] *t. 12.* Patronus provinciae Mauretaniae Tingitanae *t. 3,* provinciae Britanniae *t. 8.* Filius C. Iulius Camilius Galerius Asper *t. 12.*

— L. CL(AVDIVS) POLLIO IVLIANVS IVLIVS GALLICANVS.

225 Iulius Gallicus causarum actor, a Claudio iussus in Tiberim praecipitari *Dio 60, 33 (Zon. 11, 10).*

226 C. IVLIVS GALLVS consul suff. a. 124 mense ut videtur Sept. cum C. Valerio Severo *dipl. mil. (III p. 873).*

227 P. IVLIVS GEMINIVS MARCIANVS. *Tituli: III 96 Bostranus (1); VIII 7051 (2). 7052 (3) positi ab Adrahenis Arabiae, ambo nunc Cirtenses; VIII 7050 Cirtensis (4); fragmentum prope Cirtam rep. VIII 7934 (5). Memoratur in t. Aphrodisiensi CIG. 2742 (6). Cf. Renier melanges d'épigraphie p. 97–128; Waddington fastes des prov. asiatiques § 158.*

*Nomen plenum exhibet t. 3, paene plenum t. 1. 2. 4;* Geminius Marcianus *t. 6,* Marcianus *Fronto ep. ad M. Caes. 3, 4.* — P. f. *t. 4.* Tribu Quir. *t. 4, domo sine dubio Cirtensis cf. Fronto ad M. Caes. 3, 4 p. 43 Naber:* Marcianus noster. Triumvir capitalis *t. 4.* Tribunus laticlavius legionis X Fretensis et legionis IIII Scythicae *t. 4 cf. t. 5.* Quaestor *t. 4. 5.* Tribunus plebis *t. 4.* Praetor *ib.* [Leg.] pro pr. provinciae Africae *ib.* Legatus Aug. legionis X Geminae *t. 4.* Legatus Augg. su[per] vexillationes in Cappadocia *t. 4. 5, bello Parthico L. Veri, a. ut videtur 161.* Legatus pro pr. provinciae

Arabiae *t. 1. 2. 3. 4,* Augustorum duorum *t. 4* (τῶν Σεβαστῶν *t. 2. 3*), Aug. *t. 1, i. e. tam ante quam post mortem Veri a. 169.* Consul designatur, cum esset in provincia *t. 1.* Consul *t. 2. 3, suffectus a. ut videtur 170 (certe non multo post) cf. Renier p. 125.* Sodalis Titius *t. 4.* Proconsul provinciae Macedoniae *t. 4.* Proconsul Asiae sub Commodo *t. 6 (a. 185/6 secundum ratiocinationem Waddingtonii). — Incertum utrum hic sit* Gemin[ius] *memoratus in t. Phrygio Lebas-Waddington 1694.*

228 C. IVLIVS GEMINVS CAPELLIANVS *(sic plene III 3282. 3486;* C. Nunn. Capellia... *lectum est in Dipl. mil. III p. 884 pessime scripto;* Gemus Capellianus *traditur III 3419)* legatus Pannoniae inferioris inter a. 145 et 160 *dipl. mil. XLII (vol. III p. 884 cf. p. 1058) t. Mursensis III 3282, Aquincenses duo III 3419. 3486.*

229 Iulius Genitor rhetor Latinus, commendatur a Plinio Corelliae Hispullae *Plin. ep. 3, 3, 4–7.* Ad eum datae epistulae *Plin. ep. 3, 11. 7, 30. 9, 17.*

230 M. IVLIVS GESSIVS BASSIANVS frater Arvalis, a. 213 magister factus in a. 214, a. 214 magister *act. Arv. Incertum qua parentela coniunctus cum Gessio Marciano, patre Bassiani (v. supra G 104). Cogitari potest de ipso hoc Bassiano, sive, ut postea dictus est, M. Aurelio Severo Alexandro, Iuliae Mamaeae filio, quamquam hic tenerae adhuc aetatis erat anno 214.*

231 IVLIVS GRAECINVS, origine Foroiuliensis, procuratoris Caesaris filius, ipse senator *Tac. Agr. 4* ('vir egregius' *Seneca ep. 29, 6, ben. 29, 5 sed non de ordine*). Cum ab amicis conferentibus ad impensam ludorum pecunias acciperet *(praetor fortasse, ut coniecit Hirschfeld),* magnas pecunias a Fabio Persico et Rebilo sibi oblatas repudiavit *Seneca ben. 2, 21, 5.* A C. Caesare M. Silanum accusare iussus, quia abnuerat interfectus est *Tac. Agr. l. c. cf. Seneca l. c.* 'Studio eloquentiae sapientiaeque notus' *Tac. l. c.* Dictum eius de Aristone philosopho *Seneca ep. 29, 6.* Reliquit duo volumina de vitium cultura docte et eleganter scripta *Columella 1, 1, 14. Citatur a Columella 3, 2, 31. 3, 4. 7. 9. 11. 12, 1. 4, 3, 1. 6. 28, 2, a Plinio h. n. 14, 33. 16, 241 cf. ind. l. XIV–XVIII.* Iulii Attici velut discipulus *Colum. 1, 1, 14;* Cornelium Celsum transscripsit *Plin. h. n. 14, 33.*

232 Iulius Granianus, rhetor 'cuius hodieque declamatae feruntur', magister Severi Alexandri *vit. Alexandri 3, 3.*

233 Iulius Gratus, praefectus castrorum in exercitu Vitelliano, militibus suspectus propterea quod frater eius Iulius Fronto apud Othonianos militabat, in vincula coniectus est *Tac. h. 2, 26.*

— L. Iulius Gratus Iulianus *v.* L. Iulius Veh[il]ius Gr[atus] Iulianus.

234 Iulius Haterianus (atherian- *traditur*), auctor citatus *trig. tyr. 6, 5 (fict.).*

235 C. Iulius Helianus (Ἡλιανός) *t. Paphius Journal of hell. st. 9, 1888 p. 252,* fortasse legatus provinciae Cypri proconsule T. Caesernio Statio.

235[a] C. Iul(ius) Hermes procurator (ferrariarum Noricarum?) *t. Noricus III 5036.*

235[b] Iulius Hilarus, procurator temporibus Macrini *XIV 149.*

236 Iulius Honoratus, ex primipilo, procurator Aug. Alpium maritimarum sub Caracalla *XII 7. 5430. 5431. 5432. 5438 add.*

237 C. Iulius Hyginus *(sic Suet. cum Hieronymo;* Iulius Hyginus *Columella 1, 13, Gellius 1, 14, 1. 6, 1, 2. 7, 6, 2. 16, 6, 14, Charisius p. 134, Macrobius sat. 5, 18, 16;* L. Hyginus *traditur ap. Asconium in Pison. p. 12 Kiessl.),* Augusti libertus, natione Hispanus — nonnulli Alexandrinum putabant et a Caesare puerum Romam adductum Alexandria capta (a. u. c. 707); auditor et imitator Alexandri Polyhistoris grammatici Graeci *Suet. de gramm. 20 (inde* C. Iulius Hyginus cognomento Polyhistor grammaticus habetur inlustris *Hieronymus ad a. Abr. 2008, minus accurate).* Plurimos docuit (grammaticam) *Suet. l. c.;* non hercle ignobilis grammaticus *Gell. 1, 21, 2.* Praefectus bibliothecae Palatinae *Suet. l. c.* Familiaris Ovidii *ib.;* familiaris Clodii Licini consularis *(cos. suff. a. 757 = p. Chr. 4)* historici, qui eum admodum pauperem decessisse tradit et liberalitate sua quoad vixerit sustentatum *ib.* — Scripsit multa, in his 'Cinnae propempticon' *Charisius p. 134 ed. Keil;* de viris illustribus *Gell. 1, 14, 1, alibi* (de viris claris *Ascon. in Pison. p. 12 Kiessl.*); de familiis Troianis *Serv. ad Aen. 5, 389;* de situ urbium Italicarum *Serv. ad Aen. 3, 353. 7, 412 cet.,* de agricultura *Columella 1, 1, 13, Charisius p. 142 Keil.* Libri de agricultura adhibiti iam a Vergilio *Columella l. c.;* rursus mortuo Vergilio Hyginus in eius carmina commentarios fecit *Gellius 1, 21, 2. 7, 6, 2.* Saepe adhibitus a Plinio *Plin. h. n. 1, 3–6. 10–22 cf. Detlefsen ind. Plin. p. 56. Cf. B. Bunte de C. Iulii Hygini vita et scriptis (diss. Marb. 1846) et in editione fabularum Hygini p. 1 seq.; Teuffel Litt. § 262. — Quae sub Hygini nomine feruntur fabulae, item de astronomia, non Augusti temporibus scripta, sed multo postea, altero ut videtur p. Chr. saeculo; cf. Bursian Jahrb. f. cl. Phil. 1866 p. 763, Robert Eratosthenis catasterismorum reliquiae p. 35.*

238 .. [I]VLIVS *I ...... [IN]STEIVS PAVLI[NVS] T. f., [IIIvir] capitalis, trib. [mil. leg. I]I *(vel* [II]I) Aug., quaestor .... *t. Praenestinus XIV 2926.*

239 Iulius Indus, Trevir, a ducibus exercitus Germanici praemissus Gallos a Iulio Floro ad defectionem excitatos et Arduennam saltum petentes fugavit *Tac. a. 3, 42. Ala Indiana (Mommsen eph. ep. 5 p. 247) ab eo videtur nomen traxisse.*

240 C. IVLIVS INGENVVS clarissimus iuvenis, tribunus legionis tertiae Italicae *t. Tridentinus V 5032.*

241 Iulius Iulianus: ei rescripserunt Severus et Antoninus *Macer Dig. 48, 21, 2. Idem fortasse* Iulius Iu ... *fr. Vat. 119. Videtur fuisse praeses provinciae vel alius magistratus. Indice Borghesio opp. 3 p. 108 non diversus a L. Iulio Iuliano (infra n. 245).*

242 Iulius Iulianus, militia quarta honoratus ab imperatoribus (τετειμημένος ὑπὸ τῶν θειοτάτων αὐτοκρατόρων τετάρτης στρατείας), praefectus alae .... areae *t. Palmyrenus 4488 = Lebas-Waddington 2580.*

243 Iulius Iulianus, vir egregius, ducenar(ius), prae(fectus) legiouis primae Parthicae Philippianae (inter a. 244/249) *t. Bostrensis III 99. Dux devotissimus appellatur ab eo qui titulum posuit praefecto alae.*

244 C. IVLIVS IVLIANVS C. f., tribu Pal.; quattuorvir quinquennalis iure dicundo municipii (Blerae?); praefectus cohortis, tribunus militum, praefectus equitum; quaestor provinciae Baeticae, adlectus a divo Hadriano inter tribunicios *(haec duo munera in t. locum mutarerunt)*, praetor *t. Blerensis XI 3337.*

245 L. IVLIVS IVLIANVS L. f., tribu Pal.; praetor, curator civitatis Interamnatium Nartium, praef. Miniciae, proconsul provinciae Achaiae, legatus legionis secundae Augustae, legatus Aug. pro pr. provinciae Aquitaniae, consul (suff. a. inc.) *t. Interamnas XI 4182. Diversus ab hoc L. Iulius L. f. Pal. Iulianus Ocriculanus XI 4087. 4088. 4090 cf. Bormann ib. p. 598.*

246 Ti. Iulius Iulianus *tegulae Ostiae et Alsii potissimum reperiri solitae, XV 2173—2177. Fortasse maritus Stertiniae Bassulae in cuius tegulis (XV 2201 seq.) ornamenta redeunt similia atque etiam nomen officinatoris unius, Domitii Rufini (XV 2204 cf. 2173). Cf. sub Stertinia Bassula.*

— TI. IVLIVS IVLIANVS ALEXANDER frater Arv. a. 119. 145. *V.* Ti. Iulius Alexander Iulianus.

— L. CL(AVDIVS) POLLIO IVLIVS IVLIANVS GALLICANVS.

247 P. IVLIVS IVNIANVS MARTIALIANVS. *Tituli: Thamugadensis VIII 2392 (1); Cirtensis, ib. 7049 (2); Lambaesitanus, ib. 2742 (3).* Clarissimus vir *t. 1. 2. 3.* Quaestor provinciae Asiae, tribunus plebis, praetor *t. 1. 2.* Curator civitatis Calenorum *t. 2.* Curator viarum Clodiae Cassiae et Ciminiae *t. 2* (curator viae Clodiae *t. 1*). Praefectus aerari militaris *t. 1. 2.* Proconsul provinciae Macedoniae *t. 1. 2.* Legatus Aug. pro pr. provinciae Numidiae *t. 1,* legatus leg. III Aug. Severianae Alexandrianae praeses (*sc.* Numidiae) *t. 2,* legatus Aug. pro pr. praeses *t. 3.* Consul (suff. a. inc. sub Alexandro) *t. 1. 2. 3.* Patronus Thamugadensium *t. 1;* patronus Cirtensium *t. 2.*

248 Ti. [I]ulius [I]ustus procurator provinciae Thraciae a. 61 *III 6123.*

249 C. IVLIVS IVVENALIS consul suffectus cum M. Roscio Coelio mense Mart. a. 81 *act. Arv.*

250 C. Iulius Laco, Euryclis f., Spartanus *tituli Spartani CIGr. 1389 (= Lebas-Foucart 256). 1390; t. Olympius arch. Zeitung 1877 p. 39 n. 41. Filius sine dubio C. Iulii Euryclis supra n. 198. Euryclis filium et amicitia Caesaris et principatu, quem pater Spartae habuerat, privatum esse indicat Strabo 8, 5, 5 p. 366; itaque hunc puto fuisse Laconem e primoribus Achaeorum, a Tiberio adflictum, Tac. a. 6, 18.*

Digitized by Google

*Rursus sub Claudio restitutum esse in locum paternum testes sunt nummi, ap. Weil Mitth. des ath. Instituts VI p. 14. Filii:* Argolicus *Tac. l. c.,* C. Iulius Eurycles Herclanus *(supra n. 199),* C. Iulius Spartiacus *(infra n. 381). Nepos fuisse videtur* C. Iulius Laco (*pro* Ἰουλ- *traditur* Ἰουδ-) patronomus eponymus Spartae temporibus Hadriani *CIG. 1347.*

251 Iulius Laetus: eo auctore Severus Tullium Crispinum praefectum praetorii Iuliani interemit *vid. Did. Iul. 8, 1.* Idem ut videtur Laetus dux Severi, cuius interventu Albinus apud Lugdunum fugatus est, postea a Severo interfectus *Herodianus 3, 7, 3–5; vit. Sever. 15, 6 cf. Hirschfeld Verw. p. 229, 53.*

252 L. IVLIVS LARCIVS SABINVS filius Iulii Lucani, nepos Prifernii Pacti, tribunus plebis, vixit annis XXVIII et diebus nonnullis *(haec pars tituli incertae lectionis);* decessit superstite filio *sarcophagus Pisanus XI 1431.* Uxor Cornelia Privigna *ib. Fortasse aliqua parentela coniunctus cum M. Pontio Laeliano Larcio Sabino consule a. 163.*

253 Iulius Largus ex Ponto, Plinium heredem relinquit *Plin. ep. ad Trai. 75. 76.*

253[a] [Ti.?] Iulius Leonidas praeceptor Caesarum (*Neronis et Drusi puto, filiorum Germanici),* pater Ti. Iulii Latini tribuni militum *VI 3919.*

254 C. IVLIVS LEPIDVS TERTVLLVS, legatus Aug. pro pr. (Numidiae) *tituli Numidiae VIII 4192. 8309. VIII S. 17726. 17890[a],* a. 194 vel 195 *VIII S. 17726.*

255 TI. IVLIVS LICINIANVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338.*

256 M. Iulius Ligur procurator Aug. (Alpium maritimarum?) *t. bilinguis rep. in insula Lerone sita adversus Antipolim orae Narbonensis XII 174. — Incertum num idem* Ἰουλ. Λίγυς ὁ κράτιστος ππ. (= πραιπόσιτος?) *t. Apameae in Phrygia rep., ath. Mitth. 1891 p. 147.*

257 C. IVLIVS LONGINVS consul suff. mense Nov. a. 107 cum C. Valerio Paullino *dipl. mil. (III S. p. 1973).*

258 L. Iulius Longinus procurator Aug. (Corsicae) *X 8036.*

259 IVL(IVS) LVCANVS pr(a)et(orius), pater L. Iulii Larcii Sabini *XI 1431.*

260 L. IVLIVS LVCILIANVS (Lucius *perscr.*) leg. Augusti legionis I Italicae *III 784.*

261 Iulius Lupus, tribunus (e praetorio), Caesoniae Gai principis eiusque filiolae interfector *Iosephus ant. 19, 2, 4.* Ipse a Claudio duci iussus *ib. c. 4, 5.*

262 P. IVLIVS LVPVS (Iulius Lupus *vit. Ant. Pii 1; praenomen dedit titulus liberti VI 20116).* Cos. *VI 20116,* consularis *vit. Pii 1 (sc. consul suffectus a. inc.) Qui consulem Iulium Lupum cum Vettio Proculo exhibet titulus Grut. 1071, 4, Ligorianus est cf. C. VI *616.* — Vitricus T. Aurelii Fulvi Boionii Antonini (nati a. p. C. 86), maritus scilicet Arriae Fadillae *vit. Pii 1.*

263 Ti. Iulius Lupus *(sic III 31;* Iulius Lupus *Plin.,* Lupus *Iosephus, item titulus Graecus infra citatus),* praefectus Aegypti *III 31; Plin. h. n. 19, 11; Iosephus bell. 7, 10, 2. 4; t. Graecus in urbe rep. ap. Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2421, 2 (ad hunc Lupum recte puto relatus a Labusio et Franzio, cum alii accepissent de M. Rutilio Lupo praefecto Aegypti sub Traiano).* Memnonem audit *III 31.* Templum Iudaeorum in Aegypto claudit (paullo post a. 70) *Iosephus l. c.* Moritur in praefectura *Iosephus l. c.; Plin. l. c.*

264 C. IVLIVS LVPVS T. VIBIVS VARVS LAEVILLVS, quaestor pro pr. provinciae Asiae trium proconsulum *titulus Ephesius Hadriano non antiquior (propter neocoratum duplicem Ephesiorum), ap. C. Curtium Herm. 4 p. 192 = Greek inscr. in the British Museum III p. 190 n. 541.*

265 Iulius Magnus vir egregius, subpraefectus annonae, vices agens subpraefecti vigilum (sub Gordiano, non ante annum 241) *t. Ostiensis Eph. ep. 7, 1211.*

266 SEX. IVLIVS MAIOR. *Tituli Cirtensis VIII 10296 (1) et Lambaesitani VIII 2681 (2) et VIII S. 18221 (3); memoratur in Troesmitano III 6178 (4) et in dipl. mil. anni 134 (5).* Legatus legionis III Augustae pro pr., sub Hadriano *t. 1. 2 cf. t. 3.* (Consul suff. a. inc., sub Hadriano, ante a. 134). Legatus pro pr. provinciae Moesiae inferioris a. 134 *t. 4. 5.*

267 Iulius Maior Antoninus *tituli urbani Inscr. Gr. Sicil. Ital. 980. 1013. Nomen videtur indicare hominem nobilem.*

268 M. IVLIVS MAIOR MAXIMIANVS quaestor pro pr., aedilis *t. Pergamenus Lebas-Waddington 1723.*

269 Iulius Mansuetus, origine Hispanus, miles legionis XXI Rapacis, in pugna Cremonensi occiditur a filio milite legionis septimae Galbianae *Vipstanus Messalla apud Tacitum hist. 3, 25.*

270 Iulius Marathus libertus Augusti et a memoria *(traditur* etiam memoriam, *correxit Lipsius)* eius *Suet. Aug. 79.* Citatur de prodigio ante paucos menses quam nasceretur Augustus facto, item de statura eiusdem *Suet. Aug. 94. 79.*

— *MARTIVS IVLIVS MARCVS.

271 Iulius Marinus, Tiberii amicus, secutus eum et Rhodum et Capreas, Seianum adiuvit in opprimendo Curtio Attico; a. 32 ad mortem actus *Tac. a. 6, 10.*

272 (Iulius) Marinus pater M. Iulii Philippi imperatoris *tituli Philippopoli in Batanaea inventi, Lebas-Waddington 2075:* ['Ιούλι]ον Μαρῖ[νον] θεὸν πατέρα τοῦ [Σεβαστοῦ] Αὐρήλιος ['Αντω]νῖνος δουκηνάριος *(idem Aur. Antoninus dedicavit titulum 2074 Philippis duobus); ib. n. 2076:* θεῷ Μαρείνῳ; *nummi coloniae Philippopolitanae inscripti* θεῷ Μαρίνῳ *Mionnet I p. 419, 359 seq. Cf. Waddington l. c. ad n. 2072.*

273 L. (IVLIVS MARINVS?) pater L. Iulii L. f. Marini Caecilii Simplicis, proconsul provinciae Ponti et Bithyniae (Domitiano imp.) *t. filii eius IX 4965.*

274 L. IVLIVS MARINVS CAECILIVS SIMPLEX. *Tituli Curensis IX 4965 (1); Lycius CIGr. 4238*[c] *(2). Memoratur in titulo uxoris CIGr. 4237 (3), praeterea in actis Arvalium.* L. Iulius Marinus Caecilius Simplex *t. 1. 2, idemque plene extat in actis fratrum Arvalium VI 2074 tab. I 20. 70 (praeterea in act. Arv. pars nominis periit),* Iulius Marinus *t. 3; in consulatu* L. Iulius Marinus *VI 1492.* — L. f. *t. 1.* Tribu Fabia *t. 1. 2.* Quattuor vir viarum curandarum, tribunus militum legionis IIII Scythicae, quaestor pro pr. provinciae Macedoniae *t. 1. 2.* Aedilis plebis, praetor, legatus pro pr. provinciae Cypri, legatus pro pr. provinciae Ponti et Bithyniae proconsulatu patris sui, curator viae Tiburtinae *t. 1.* Frater Arvalis *t. 1. Nominatur in actis fratrum Arvalium a. 91 et a. 101, praeterea in fragmentis incerti temporis VI 2073. 2077.* Legatus Aug. legionis XI Claudiae piae fidelis *t. 1.* Legatus imp. Nervae Traiani Aug. Germanici provinciae Lyciae et Pamphyliae *t. 1;* ὁ δικαιοδότης *appellatur a Tloensibus Lyciae, t. 3.* Proconsul provinciae Achaiae *t. 1.* Consul *t. 1,* suffectus cum L. Arruntio Stella *VI 1492,* mense Oct. *ib.,* anno ut videtur 101 vel 102 *cf. Stobbe Philol. 26, 77, Mommsen Herm. 3 p. 123.* — Uxor Iulia Tertulla *t. 3.*

275 Iulius Martialis, tribunus cohortis praetoriae a. 69 *Tac. h. 1, 28. 82; Plut. Galb. 25.*

276 Iulius Martialis *(gentilicium habet solus Dio),* evocatus *(sic Dio;* centurio *Herodianus),* percussor Antonini Caracallae *Dio 78, 5. 8. 18; Herodianus 4, 13; vit. Carac. 6. 7.*

277 Iulius Martialis *(sic Mart. 4, 64. 7, 17, 12,* Iulius *1. 15, 1. 3, 5, 4. 9, 97, 1. 12, 34, 2,* Martialis *5, 20, 1. 6, 1, 2. 10, 47, 2. 11, 80, 5, quibus omnibus locis eundem Iulium Martialem significari probabile est),* inter carissimos Martialis poetae amicos *Martial. 1, 15, 1. 3, 5, 4. 9, 97, 1. 10, 47, 2. 11, 80, 5. 12, 34.* per triginta quattuor annos ei coniunctus *ib. 12, 34.* Ad eum data carmina *Martial. 1, 15. 5, 20. 6, 1. 9, 97. 10, 47. 12, 34.* Villa eius Ianiculensis et in ea bibliotheca *Martial. 4, 64. 7, 17.*

278 (Iulius) Martialis, Iulii Sabini Lingonis libertus, internuntius inter eum et uxorem *Plut. amator. p. 771 F. 772 A.*

279 Iulius Maternus, e Lepti magna (*sc.* oriundus?), comes regis Garamantum in expeditione contra Aethiopes *Marinus ap. Ptolemaeum geogr. 1, 8, 10. Non recte a nonnullis existimatur fuisse legatus pro pr. exercitus Africani.*

280 C. IVLIVS MAXIMIANVS DIOPHANTVS Lycius ex urbe Lydis (Λυδάτης) C. Iulii Diophanti, hominis inter suos nobilissimi, filius, tribu Voltinia, senator Romanus (ὁ κράτιστος συγκλητικός) *t. rep. Lydis in Lycia, ap. Hicks journal of hellenic studies 10, 1889 p. 70. De gente hominis cf. stemma ap. Hicks l. c. p. 58.*

281 C. IVLIVS MAXIMINVS legatus pro pr. Daciae inter a. 198 et 209 *t. Apulensis III 1127.*

282 Iulius Maximus, Batavus (ut videtur), a Civili cum parte copiarum adversus Voculam missus *Tac. h. 4, 33.*

283 C. IVLIVS MAXIMVS frater Arvalis, promagister fratrum Arvalium a. 155 *act. Arv.*

284 C. Iul(ius) Maximus proc. Aug., praepositus limitis *VIII 9790 (Arbal Mauretaniae Caesariensis).*

285 Q. IVL(IVS) MAXIMVS clarissimus vir; quaestor provinciae Siciliae, tribunus plebis, legatus provinciae Narbonensis Galliae, praetor designatus, annor(um) XLVI *(nempe defunctus) t. Eborensis II 112.* Uxor Calpurnia Sabina, filii Q. Iulius Clarus et Q. Iulius Nepotianus *ib.*

286 Q. Iulius Maximus Demetrianus, egregiae memoriae vir; fisci advocatus quadragesimae Galliarum, procurator vicesimae hereditatium per Umbriam et Tusciam, praefectus vehiculorum per Belgicam et duas Germanias, avunculus L. Munatii Saturnini *t. Zamensis VIII S. 12020.*

287 T. IVLIVS MAXIMVS MA .... BROCCHVS SERVILIANVS A. QVADRONIVS] L. SERVILIVS VATIA CASSIVS CAM ...., Sex. filius, tribu Volt. *(Nemausensis ut videtur)*, decemvir stlitibus iudicandis, sevir equitum Romanorum turmae primae, tribunus militum legionis V Macedonicae, donatus bello Dacico coronis murali et vallari h[asta pura] vexillo, quaestor provinciae Hispaniae ulterioris, a[edilis], praetor, [legatus Aug.?] iuridicus Hispaniae citerioris Tarraconensis, legatus Aug. legionis I Adiutricis, legatus Aug. legionis IIII Flaviae; patronus Calagurritanorum ex Hispania citeriore *t. Nemausi ei a Calagurritanis positus XII 3167. Dona militaria videtur accepisse a Domitiano. — Huic cognatione fortasse iunctus* L. Iulius P. f. Vol. Brocchus Valerius Bassus *XII 2606. 2607, inscr. Helv. 116.*

288 Q. Iulius Maximus Nepotianus, Q. Iulii Maximi f., tribu Gal., orator *dictus a patre in t. Collipponensi II 354. Videtur diversus a Q. Iulio Nepotiano clarissimo iuvene II 112.*

289 Iulius Menecrates, splendidus iuvenis, municeps Neapolitanus, gener Pollii Felicis: ei gratulatur Statius de tertio filio *Statius silv. IV 8 cf. praef.;* liberis eius dignitatem senatoriam auguratur *idem l. c. v. 59 seq. (cf. VIII 2741?).*

— Ti. Iulius Mnester *v.* Mnester.

290 Iulius Modestus, Hygini libertus et discipulus *Suet. de gramm. 20.* Scripsit de feriis *Macrob. sat. 1, 4, 7 cf. 1, 10, 9. 16, 28,* quaestionum confusarum libros minime duos *Gellius 3, 9, 1.* Citatur praeterea *Quintil. 1, 6, 36; Charis. passim (cf. index Keilii Gramm. Lat. I p. 571); Diomed. p. 365, 16 ed. Keil; Beda de orthogr. (Gr. Lat. VII p. 277, 20 K).* Incertum num hic Modestus qui commentatus est Horatium *Pseudo-*

*Acronis vita Horatii.* Modestus memoratus a *Martial. 10, 21, 1 videtur diversus esse.*

291 Iulius Montanus 'tolerabilis poeta, et amicitia Tiberii notus et frigore' *Seneca ep. 122, 11.* Memoratur *Ovid. ex P. 4, 16, 11 seq.; Seneca contr. 7, 2, 27, item in Donati vit. Vergil. (Sueton. ed. Reiff. p. 61).*

292 C. IVLIVS MONTANVS C. f., tribu Claudia, tribunus militum legionis V Macedonicae, praefectus fabrum, decemvir stlitibus iudicandis, quaestor destinatus *tit. Capenas XI 3884. Idem sine dubio (ut monuit Hirschfeld ad tit.)* Iulius Montanus, 'senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset' (laticlavius *Suet. Nero 26*), a. 56 mori adactus, quod Neronem pulsaverat *Tac. a. 13, 25; Dio 61, 9 cf. Suet. Nero 26.* — Filia: Iulia Nobilis *XI 3884.*

293 IVLIVS NASO clari viri et litterati filius *Plin. ep. 6, 6, 3,* frater ut videtur Iulii Aviti *ib. 6, 6, 6 cf. 5, 21, 3,* Plinium studiose colit *ib. 6, 6, 5.* Honorem petens amicis commendatur a Plinio *ep. 6, 6, 1* et a Tacito *ib. 6, 9.* Ad eum scripsit *Plinius ep. 4, 6.*

— C. OPPIVS SABINVS IVLIVS NEPOS M'. VIBIVS SOLLEMNIS SEVERVS.

294 Q. IV(LIVS) NEPOTIANVS clarissimus iuvenis, Q. Iulii Maximi et Calpurniae Sabinae filius; quattuorvir viarum curandarum ann(orum) XX *II 112. Videtur diversus a Q. Iulio Maximo Nepotiano II 354.*

295 C. IVLIVS OPPIVS CLEMENS C. f., tribu Vel.; decemvir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavius legionis IIII Flaviae Felicis, quaestor provinciae Baeticae, tribunus plebis candidatus imp. Antonini Aug., praetor candidatus eiusdem; patronus coloniae Auximatium *t. Auximas IX 5830. Aliquo modo cum hoc coniunctus* C. Iulius Clemens *t. Auximas IX 5876, mutilus (ubi memoratur praeterea C. Oppius Sabinus). Diversus* C. Oppius Clemens *IX 5864.*

296 Ti. Iulius Optatus Pontianus. *Titulus ei positus Tarracinae X 6318 (1); tegulae originis ut videtur urbanae eius nomine inscriptae XV 387 (2); praeterea memoratur in diplomate militari I vol. III p. 844 (3).* Ti. Iulius Aug. l. Optatus Pontianus *t. 1,* Ti. Iulius Augusti l. Optatus *t. 3,* Ti. Iulius Optatus *t. 2;* Optatus *scriptores,* e libertinis (*traditur* e libertius) *addit Plinius.* Praefectus classis sub Claudio principe *Plinius h. n. 9, 62,* praefectus classis Misenatis a. 52 *t. 3,* procurator et praefectus classis *t. 1;* Claudii familiaris, ναύκληρος τοῦ Καρπαθίου στόλου *Io. Lydus de mag. 3, 63 p. 257 Becker, in hoc errans.* Scaros e Carpathio mari advectos inter Ostiensem et Campaniae oram disseminavit *Plinius l. c. (inde Macrobius sat. 3, 16, 10) et eisdem fere verbis Lydus l. c. citans Cornelium Nepotem et Laberium poetam, quos ambo eodem ordine citat Plinius in recensu auctorum libri noni.* Dominus figlinarum Ocianarum *t. 2. Diversus ab eo* Claudius Optatus Aug. l. procurator portus Ostiensis *XIV 163.*

297 C. Iulius Pacatianus *(sic t. Viennensis*, Iul. Pa[c]atianus *III 865)*, procurator Augustorum, militiis equestribus perfunctus *t. Viennensis (cf. infra)*; praefectus alae in Dacia temporibus Commodi *t. Napocensis III 865 suppletus a Domaszewskio Wiener Studien 1887 p. 299 not. 9*. Procurator provinciae Osrhoenae, praefectus legionis Parthicae, procurator Alpium Cottiarum [Corittarum *aes*], adlectus inter comites trium Augustorum (i. e. sub finem regni Severi), procurator pro legato provinciae Mauretaniae Tingitanae; patronus coloniae Italicae (in Hispania) *tabula aerea ab Italicensibus ei Viennae dicata (origine nimirum Viennensi) XII 1856*.

298 Iulius Paelignus, Claudio ex privata eius vita familiaris, a. 51 procurator Cappadociae *Tac. a. 12, 4*.

298ª Iulius Pardalas, idiologus Aegypti a. 122/3 *papyrus Graece scripta, aeg. Urkunden aus den königl. Museen zu Berlin fasc. 7 n. 250*.

299 Iulius Paris, Valerii Maximi libros dictorum et factorum memorabilium in epitomen redigit quae extat *Mai script. vet. nov. coll. t. III; Valerii Maximi edd. — Qua aetate vixerit non constat; mihi videtur attribui posse saeculo p. Chr. III*.

300 C. Iulius Paternus *(sic t. urbanus, praenomen om. t. Dacicus)* procurator in provincia Dacia inter a. 212 et 217 *t. Dacicus III 1565*, praefectus vigilum a. 223 *t. urbanus Eph. 4 n. 746*.

— IVLIVS PAVLVS consularis temporibus Severi. *V.* IVNIVS PAVLINVS.

301 Iulius Paulus, ex regia stirpe Batavorum, frater Civilis, a Fonteio Capitone legato falso rebellionis crimine interfectus *Tac. h. 4, 13*.

302 Iulius Paulus amicus Gellii *Gell. 19, 7, 1*, poeta *ib. 5, 4, 1*, vir doctissimus *ib. 1, 22, 9. 5, 4, 1. 16, 10, 9. 19, 7, 1*.— *Fortasse idem* Paulus grammaticus qui commentatus est Afranium et Coelium *Charisius p. 126, 31. 143, 9. 217, 30. 241, 2 Keil (cf. Peter hist. Rom. reliq. I p. CCXXXI)*.

303 Iulius Paulus (*sic Dig. 3, 5, 33. 27, 1, 32. 35, 1, 81. 35, 2, 22. 40, 13, 4; vit. Alexandri 68, praeterea* Paulus) auctor plurimorum de iure civili librorum *(scripta eius septuaginta enumerat index Digestorum Florentinus)*: ex his decretorum libri quattuor scripti ante mortem Severi *Dig. 49, 14, 48 pr.; 50, 2, 9*, de libertatibus dandis, de iudiciis publicis, ad orationem divi Severi libri singulares ante mortem Caracallae *Dig. 40, 8, 7. 47, 15, 6. 27, 9, 13*, de adulteriis et de iure libellorum libri singulares post mortem Caracallae *collat. 4, 3, 6; Dig. 50, 7, 12 (11), 1*, de censibus libri imperante Elagabalo *Dig. 50, 15, 8, 6 cf. Mommsen Zeitschr. f. Rechtsg. 9 (1870) p. 112 not. 53*, responsorum libri (certe inde a decimoquarto) imperante Alexandro *Dig. 31, 87, 3. 49, 1, 25. Cf. Fitting das Alter d. Schriften d. römischen Juristen p. 46 seq.; Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. 9 (1870) p. 114 seq.* — Romae apud praetorem fideicommissarium mulieris nescio cuius causam egit *Dig. 32, 78, 6*. Papiniani praefecti prae-

torio in consilio *vit. Pesc. Nigri 7, 4*, assessor Papiniani *v. Alex. 26, 6 cf. Dig. 12, 1, 40. 29, 2, 97. 49, 14, 50.* Ab Alexandro inter exordia (principatus?) patriae redditur *Victor Caes. 24, 6 (videtur igitur ab Elagabalo relegatus esse).* In consilio Alexandri *vit. Alex. 68, 1 cf. 27, 2.* 'Paulus et Ulpianus cum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset', statim praefecti (praetorio) facti sunt *vit. Pesc. Nigri 7, 4.* Paulum et et Ulpianum alii praefectos ab Heliogabalo dicunt factos, alii ab Alexandro *vit. Alex. 26, 5. (Praetereae praefecturae Pauli nulla mentio extat; vix fuit praefectus una cum Ulpiano, ut videntur indicare vitae Nigri et Alexandri, nam Dio et Zosimus cum alios collegas Ulpiani memorent vix potuerunt tacere de hoc).* — Παῦλος ὁ νομικός memoratur *Artemidor. onirocrit. 4, 80, idem ut videtur (cf. Tzschirner Zeitschr. f. Rechtsgesch. 12, 1875 p. 150).*

304 T. Iulius Perseus (*sic VIII 997;* Iulius Persius *Apulei editiones, sed codices* Perseus) ab Apuleio inductus verba faciens in dialogo quodam scripto in honorem Aesculapii *Apulei florid. 4, 18.* Carthaginem amat; clarus honoribus (Carthagine) *ib.* 'Utilitatibus publicis' (Carthaginiensium) prospicit *ib.* Aesculapio aediculam dedicat prope Carthaginem *VIII 997 epistylium rep. ad thermas suburbanas Carthaginiensium hodie dictas Hammam Ellif, antiquitus fortasse ab ipso Aquas Persianas, cf. Tissot géographie de l'Afrique II p. 126.* Conductor quattuor publicorum Africae *VIII 997. (Unum eundemque hominem significari olim monuit Renierus bull. des antiq. de France 1857 p. 137).*

305 C. IVLIVS PHILIPPVS *(praenomen invenitur in solo t. Tralliano bull. de corr. 5 p. 346, 8)* filius C. Iulii Philippi procuratoris Augustorum *(eius qui sequitur)*, senator populi Romani, praetor vivo patre *t. Tralliani CIGr. 2933, Bull. de corr. hell. 5 p. 346 n. 8, Mitth. des arch. Inst. zu Athen 1886 p. 204 = Bull. de corr. hell. 1886 p. 456; cf. etiam CIGr. 2790. 2932.*

306 C. Iulius Philippus, C. Iulii Philippi ἀρχιερέως Asiae filius, tribu Velina, eques Romanus, e iudicibus selectis, procurator Augustorum; in patria sacerdos perpetuus Iovis Larasii *t. Trallianus Mitth. des arch. Inst. zu Athen 1886 p. 204 = Bull. de corr. hell. 1886 p. 456.* Curator Aphrodisiensium *t. Aphrodisiensis CIGr. 2790.* Memoratur etiam in *t. Trallianis CIGr. 2932. 2933.* — Pater C. Iulii Philippi senatoris populi Romani *tituli Tralliani. — Ipsius pater Philippus,* ἀρχιερεὺς *Asiae sive Asiarcha, memoratur in epistula Smyrnaeorum de martyrio Polycarpi c. 12. 21 (ap. Ruinart act. primor. martyr. ed. Paris. 1689 p. 32. 34 et ap. Dressel Patrum apostolicorum opera ed. 2, 1863 p. 400. 406), idemque honoratur titulo Olympiaco anni p. C. 149 (archaeol. Zeitung 37, 1880 p. 62).*

307 IMP. CAES. M. IVLIVS PHILIPPVS AVG. *Nomen plenum exhibent tituli plerique et nummi, item ex scriptoribus Victor. Caes. 27, epit. 28;* Marcus Philippus *Vict. Caes. 27,* Philippus *reliqui scriptores.*

Arabs *vit. Gordian. 29, 1,* ex Arabia oriundus *Zosimus 1, 18,* Arabs Trachonites *Vict. Caes. 28* (ὥρμητο δ' ἐκ Βόστρων *Zonaras 12, 19*), humili loco natus *Vict. epit. 28. Videtur natus esse in eo vico Arabiae hodie dicto Schehbe, qui testibus titulis ibi extantibus et nummis ab eo postea colonia constituta est sub nomine Philippopolis, cf. Waddington ad Lebas 3, 2072 (a Philippo eo loco ubi natus erat urbem nomine Philippopolim conditam esse narrat etiam Zon. 12, 19, Philippopolim in Arabia conditam, Victor Caes. 28; non recte Philippopolim Thraciae ab eo constitutam crediderunt Hieronymus chron. ad a. Abr. 2264 et Iordanes Rom. 283).* — Pater Marinus *t. rep. in vico illo Arabiae, Lebas-Waddington 2075 (cf. supra n. 272),* nobilissimus latronum doctor *Vict. epit. 28.* In locum C. Furii Sabinii Aquilae Timisithei, quem ipse dicebatur per medicos sustulisse *vit. Gord. 28,* praefectus praetorio factus a. 243 *vit. Gord. 29, 1, Zosim. 1, 18, Zonar. 12, 18 cf. Vict. Caes. 27, 8, epit. 27, 2, Ruf. Festus 22, Hieronymus ad a. Abr. 2257 (annum indicat vita Gord. 29). Praefectura Philippi memoratur etiam in t. Palmyreno CIGr. 4483 = Lebas-Waddington 2598.* Milites in Gordianum incitat; Gordiano interfecto imperator salutatur (a. 244) *Zosim. 1, 19, Zonar. 12, 18 cf. Vict. Caes. 27, 8, epit. 27, 2, Ruf. Fest. 22, Eutrop. 9, 2, Ammian. Marc. 23, 5, 17,* imperator salutatus Gordianum interfici iubet *vit. Gord. 29. 30.* Consul ord. a. 245 cum Titiano, consul II a. 247 cum M. Iulio Philippo filio, consul III a. 248 cum eodem iterum *fasti.* Profectus contra Decium, occiditur Veronae (a. 249) *Vict. Caes. 28, epit. 28, Eutrop. 9, 3, chronographus anni 354 (ap. Momms. chron. min. I p. 147) cf. Zosim. 1, 22, Zonar. 12, 19.* — Rumorem, christianum eum fuisse et ab eo qui tunc ecclesiam regebat sacris prohibitum donec exomologesin fecisset memorat *Euseb. h. eccl. 6, 34;* christianum fuisse adfirmat *Orosius 7, 20.* — Uxor: Marcia Otacilia Severa; filius: M. Iulius Philippus *(qui sequitur).*

308 M. IVLIVS PHILIPPVS *vel* M. IVLIVS SEVERVS PHILIPPVS CAESAR, *postea* IMP. CAESAR M. IVLIVS PHILIPPVS *vel* SEVERVS PHILIPPVS AVG. M. Iulius Philippus *nummi et tituli plerique,* M. Iulius Severus Philippus *t. Albonensis III 3049 et nummi civitatum quarundam Pamphyliae (Köhne Zeitschr. f. Münzkunde 6, 1846 p. 122, Revue numism. 1853 p. 30. 32), sed ipse Severi cognomine abstinere maluit testibus diplomatibus militaribus.* Philippus *scriptores,* C. Iulius Saturninus *Victor epit. 28, nescio quo errore.*

Filius eius qui praecedit *(cognomen Severi, de quo cf. supra, traxit sine dubio a matre Marcia Otacilia Severa);* natus a. 237 vel 238 (quippe annum agens duodecimum cum occideretur a. 249) *Victor. epit. 28.* A patre Caesar factus *Zosim 1, 22,* a patre in consortium imperii adsumptus *Victor Caes. 28, epit. 28, Hieronymus ad a. Abr. 2261, Oros. 7, 20, 1,* cum patre imperator factus *Eutrop. 9, 3; tituli ostendunt eum primum Caesarem tantum dictum fuisse, Augustum*

Digitized by Google

*et tribuniciae potestatis anno demum 247 (cf. inscr. meae selectae n. 506—513; Sallet Daten der alex. Kaisermünzen p. 64).* Consul a. 247 cum patre iterum, consul II a. 248 cum patre tertium *fasti.* Occisus Romae (a. 249) *Victor Caes. 28, epit. 28, Eutrop. 9, 3, Zosim. 1, 22, Zonar. 12, 19.*

309 C. IVLIVS PISIBANVS consul suff. a. inc. *fasti fer. Lat. (XIV 2244). Lepidi vocabulum, quod in altero versu extabat, videtur relictum esse ex nomine collegae Pisibani; notandum tamen Pisibani et Lepidi cognomina etiam coniuncta reperiri in eodem homine, cf. infra sub C. Matio Sabinio Sullino. — Consul fuit temporibus Antonini Pii, circiter a. 150, si veri sunt calculi ab Huelseno (CIL. I ed. 2 p. 56) de reliquiis fastorum feriarum Latinarum instituti.*

310 C. IVLIVS PISIBANVS MAXIMVS AEMILIVS PAPVS tribunus laticlavius legionis II Adiutricis *t. Aquincensis III 3460. Fortasse non diversus ab eo qui praecedit.*

311 Iulius Piso magnam pecuniam ante viginti annos a re publica Amisenorum acceptam sibi habere sinitur a Traiano *Plin. ep. ad. Trai. 110. 111.*

312 T. Iulius Piso vir egregius *t. urbanus Eph. ep. 4 p. 291 n. 840.* Uxor Statilia Paterna *ib.*

313 IVL(IVS) PLACIDIANVS *(sic tituli Gallici infra memorati,* Placidianus *testes consulatus anni 273). Tituli: Gratianopolitanus XII 2228 (1); agri Vocontiorum, ib. 1551 (2).* Vir perfectissimus, praefectus vigilum; sub eius cura a. 269 vexillationes et equites tendentes in provincia Narbonensi *t. Gratianopolitanus XII 2228.* Vir clarissimus, praefectus praetorii *t. agri Vocontiorum XII 1551.* Consul ord. a. 273 cum Tacito Aug. *fasti.*

314 Iulius Placidus, tribunus cohortis, Vitellium e latebris quibus se occultaverat protraxit *Tac. h. 3, 84.*

315 C. IVLIVS PLANCIVS VARVS CORNVTVS *(pro* Planc- *in altero sive exemplo sive apographo tituli traditur,* Pl. Anic-, *in altero* Plaut...; *correxit Cichorius);* ab eo C. Iulio Cornuto Tertullo ex testamento positus *t. Praenestinus vel agri Praenestini XIV 2925. 2925ª. Filius puto adoptivus C. Iulii Cornuti Tertulli (supra n. 187), genitus a M. Plancio Varo (P 334).*

316 Iulius Planta amicus Claudii et comes; ei Claudius cognitionem de statu Anaunorum et Tulliassium et Sindunorum mandavit (a. 46) *V 5050.*

317 TI. IVLIVS POLLIENVS AVSPEX consularis (Numidiae) *VIII 2743. Incertum quando vixerit, et qua parentela coniunctus cum A. Pollieno Auspice quindecimviro sacris faciundis a. 204 (P 410).*

318 Iulius Pollio tribunus praetoriae cohortis a. 55 *Tac. a. 13, 15.*

319 Iulius Pollux (Ἰούλιος Πολυδεύκης *ipse in praefationibus singulorum onomastici librorum,* Πολυδεύκης *Philostratus et Suidas)* rhetor, Nau-

cratites, discipulus Hadriani *Philostratus vit. soph. 2, 12.* De arte eius rhetorica *Philostratus l. c.* Scripta eius enumerat *Suidas s. v.* Πολυδεύκης, in his epithalamium in Commodum Caesarem *ib.* Extat onomasticon, quod dedicavit Commodo Caesari (i. e. ante a. 177) *onom. praef.* Cathedram Atheniensem accepit a Commodo *Philostratus l. c.* In eum ut videtur, nomine non posito, invehitur *Lucianus* ῥητορ. διδάσκ. *c. 24 cum schol.; cf. C. F. Ranke Pollux et Lucianus (Quedlinburg 1831) p. 1.* Obit annos natus quinquaginta octo *Philostratus l. c.*

320 IVLIVS POMPEIVS RVSONIANVS (Ponp- *traditur pro* Pomp-) *fistula plumbea urbana, bull. comun. 1887 p. 9 n. 1680. Idem ut videtur* Pompeius Rusonianus quindecimvir sacris faciundis, consul a. inc. *XIV 2790.*

321 L. IVLIVS POMPILIVS BETVLENVS APRONIANVS clarissimus iuvenis, balneas Amiterninis patriae suae dedit *t. Amiterninus IX 4916.*

322 A. IVLIVS POMPILIVS PISO T. VIBIVS [VARVS] LAEVILLVS BERENICIANVS. *Ipse posuit titulum Lambaesitanum VIII 2582 (1); ipsi dedicatus est VIII 2744. 2745 (2) mutilus (et insuper non recte ab editoribus discissus); praeterea memoratur VIII 2488 (3). 2547 (4). 7102 et plenius VIII S. 19512 (5).*

[A.] Iulius Pompilius Piso T. Vib[ius] ..... Berenicianus *t. 1 idemque videtur fuisse t. 2 (superest* ... anus), A. Iulius Pompilius Piso Laevillus *t. 3,* ... Iulius Pon .... ..... s Piso Laev ... *t. 5,* [A. I]ulius Piso *t. 4.* (Varus *cognomen ego addidi propterea quod in t. 1 inter T. Vibii et Bereniciani nomina non solum Laevilli cognomen sed etiam alterum vocabulum periisse colligitur ex latitudine spatii vacantis, et C. Iulium Lupum T. Vibium Varum Laevillum habuimus supra n. 264*). Auli fil. *t. 1 (collocatum post Pompilii nomen).* Tribu Cornelia *t. 1.* Decemvir stlitibus iudicandis *t. 1.* Tribunus militum [legionis ....], item XV Apollinaris *t. 1. 2.* Quaestor urbanus *t. 1. 2.* Adlectus inter tribunicios; praetor candidatus Augustorum; legatus legionis XIII Geminae *t. 1. 2,* item IIII Flaviae *t. 2.* Praepositus legionibus I Italicae et IIII Flaviae cum [omnibus copiis] auxiliorum, dato iure gladii *t. 1. 2.* Legatus Aug. *(sic t. 4)* vel Augustorum *(sic perscr. t. 1. 5)* pro pr. legionis III Augustae *t. 1. 2. 3. 4. 5,* a. 176 *t. 4,* post a. 176 (177/180) *t. 3.* Consul designatus *t. 1 (consul igitur fuit aut exeunte a. 177 aut paullo postea).*

323 C. IVL(IVS) POMPONIVS PVDENS SEVERIANVS vir clarissimus, praetor urbanus, Herculi sacrum fecit ad aram maximam *VI 317. Videtur vixisse saeculo p. Chr. tertio.*

324 Sex. Iulius Possessor Sex. f., trib. Quir., praefectus cohortis III Gallorum, praepositus numeri Syrorum sagittariorum item alae primae Hispanorum, curator civitatis Romulensium, m(unicipii) Arvensium *(cf. Huebner C. II p. 138),* tribunus mi[l. leg.] XII Fulminatae, curator coloniae Arcensium *(videtur significari colonia Arca*

*Caesarea Phoeniciae),* adlectus in decurias ab imp. Antonino et Vero Augustis, adiutor Ulpii Saturnini praefecti annonae ad oleum Afrum et Hispanum recensendum, item solamina transferenda item vecturas naviculariis exsolvendas; procurator Augustorum duorum ad ripam Baetis *t. Hispalensis II 1180.*

325 IVLIVS POSTVMVS, qui Gallias rexit ante Victorinum *Trebellius Pollio trig. tyr. 6, 6. Vide* IMP. CAESAR M. CASSIANIVS LATINIVS POSTVMVS AVG.

326 Iulius Postumus, adulter Mutiliae Priscae: eo adiutore utitur Seianus ad circumveniendam Agrippinam *Tac. a. 4, 12. Fortasse non diversus ab eo qui sequitur.*

327 C. Iulius Postumus *(sic VI 918,* Πόστουμος *CIGr. 4957)* Sex. filius, tribu Cor., praefectus Aegypti a. 47 *VI 918 cf. CIGr. 4957, 27. Huius fortasse servus:* Ilus C. Iuli Postumi librarius *VI 9518; liberti VI 19969. VI 20168. VI 20189. Diversus* C. Iulius Postumus Sex. f., tribu Cor. *VI 20217.*

328 Iulius Priscus, centurio, a Vitellio praetorianis cohortibus praepositus *Tac. h. 2, 92.* Post pugnam Cremonensem missus a Vitellio ad obsidendum Appenninum *ib. 3, 55.* Romam redit *c. 61.* Se ipsum interficit *4, 11.*

329 (Iulius) Priscus, frater imperatoris M. Iulii Philippi, ab eo Orienti *(sic c. 20)* vel certe Syriacis exercitibus *(c. 19)* praefectus *Zosimus 1, 19. 20.* Idem fortasso [Iul]ius Priscus praefectus Mesopotamiae *t. Philippoli in Batanaea inventi CIGr. 4602. 4603 = Lebas-Waddington 2077. 2078 cf. Waddington l. c.; Cavedoni CIGr. add. (vol. III p. 1180). Ad eundem plane incerta coniectura Waddington l. c. retulit fragmentum VI 1638.*

330 (Iulius Proculus?) pater Iuliae Procillae *(ipsius nomen non est traditum),* procurator Caesarum *Tac. Agr. 4.*

331 Iulius Proculus iudex datus ab imp. (Domitiano ut videtur) ad fines regundos inter civitates complures Baeticae *t. corrupte traditus II 2349.*

332 Iulius Proculus, cum suis occisus a Commodo *vit. Comm. 7, 7.*

333 C. IVLIVS PROCVLVS M. f., tribu Volt.; triumvir aere argento auro flando feriundo, quaestor Augustorum, tribunus legionis IIII Scythicae, ab actis imperatoris Traiani Aug., tribunus plebis, praetor, legatus legionis VI Ferratae, legatus Augusti pro praetore regionis Transpadanae *(cf. Mommsen eph. ep. 7 p. 397 not. 7),* legatus Augusti pro praetore ad census provinciae Lugdunensis, curator operum publicorum, consul (suff. a. inc.) *t. Antiatinus X 6658 (consulatum memorari in fragmento fastorum feriarum Latinarum, XIV 2243 v. 10, ubi superest ....* o Procu[lo], *conicit Asbach analect. histor. et epigr. Lat. p. 32; idem statuit particulam hanc fastorum feriarum Latinarum spectare ad annos 101—104, ut hic Proculus consul suffectus fuerit*

*anno 104; cf. CIL. I ed. 2 p. 59).* Quindecimvir sacris faciundis, fetialis; patronus Antiatium *t. Antiatinus.*

334 C. Iulius Proculus *(nomen plenum Martialis 11, 36, 8)* amicus vel fautor Martialis, habitans prope Palatium *Martialis 1, 70;* e morbo convaluit *ib. 11, 36.* — *Eiusdem nominis homo in convivio Trimalchionis inducitur a Petron. sat. c. 38.*

— C. VARIVS IVLIVS PROCVLVS.

335 IVLIVS PROCVLVS QVINTILIANVS *(inter Proculi et Quintiliani nomina et vocabulum interponunt codices actorum)* proconsul Asiae cum passus est Pionius mense Martio a. 250 (proconsul igitur a. 249/50) *acta martyrii S. Pionii ap. Ruinart acta primorum martyrum sincera (ed. Ratisbon. 1859) p. 198 cf. Lightfoot apostolic fathers part. II vol. 1 p. 697; chron. Paschale p. 504 ed. Bonn. Cf. Waddington fastes des prov. asiatiques n. 175.*

336 C. IVLIVS PVDENS C. f., tribu Quir., clarissimus vir, quaestor urbanus, tribunus plebis *t. Thibilitani VIII S. 18907. 18908;* patruus eius P. Iulius Castus P. f. *VIII S. 18907.*

337 Iulius Publius (Πόπλιος), ὁ κράτιστος ἐπίτροπος, logista coloniae Iconiensis *t. Iconii repertus, ap. de Villefosse comptes rendus de l'Acad. des inscr. et b.-l. 1890 p. 443.*

338 A. IVLIVS QVADRATVS *sive* C. ANTIVS A. IVLIVS QVADRATVS. *Tituli: Pergameni, ap. Fränkel Inschriften von Pergamon p. 300 seq. n. 436 (1). 437 (2). 438 (3). 439 (4). 440 (5). 441 (6). 442 (7). 443 (8). 444 (9). 445 (10). 446 (11). 447 (12). 448 (13). 449 (14). 450 (15). 451 (16). CIG. 3548 et melius ap. Fränkel l. c. p. 305 (17). CIG. 3549 (18), ex his sane t. 4. 6–15 ad minuta fragmenta redacti; Lycii CIG. 4238d, melius ap. Waddington fastes des prov. asiat. n. 114. (19) Journal of hellenic studies 10 p. 74 (20); Elaeensis Aeoliae CIG. 3532 et melius ap. Borghesium opp. 2 p. 15 (21). Memoratur in t. Pergamenis III S. 7086 = Fränkel l. c. 269 (22), Fränkel 290 (23), 554 (24), Messanensi ap. Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 408 (25), Fidenate CIL. XIV 4057 (26). Nummus Pergamenus (nunc musei Britannici), ap. Waddington fastes des prov. asiat. n. 114, item Coins of Mysia in the British Museum p. 143 n. 268; nummus Attaeensium, Mionnet Suppl. VII 516, 178, Borghesi opp. 2 p. 13, item ap. Waddington l. c.*

Quadratus (Κοδρᾶτος) *Aristides p. 116 et plerumque in indicando consulatu anni 105, item nummus Attacensium,* Αὐ. Κουαδρᾶτος *nummus Pergamenus,* Iulius Quadratus *t. 22. 25. 26,* A. Iulius Quadratus *t. 21. 23 et in actis Arvalium aetatis Flavianae* ([Α]ὖλος Ἰούλιος [Κουαδρᾶτος] *t. 2,* [A. Iul]ius, *non* [C. Ant]ius Quadratus *V 875 in indicando consulatu a. 105);* C. Antius A. Iulius Quadratus *t. 5. 17. 19. 20 et in actis Arval. a. 105 (ex nomine pleno partes relictae sunt in t. 1. 4. 9. 14. 15. 16),* C. Antius Iulius Quadratus *dipl. mil. a. 93 et alterum dipl. nuper rep. anni 105.* — Auli filius *t. 1. 5. 17 (con-*

*stanter collocatum post Iulii nomen, non post Auli). 19 (ubi* Auli fil. *insertum est inter Auli praenomen et Iulii nomen);* ['A. 'Ιου]λίου(?) *sc.* υἱός *t. 18.* Tribu Voltinia *t. 19 cf. t. 16.* — Origine Pergamenus *t. 18 (idem indicat Aristides I p. 116 et praeterea multitudo titulorum eius Pergami repertorum).*

*Primi honores non memorantur; fortasse a Vespasiano adlectus est in senatum et inter praetorios (Wadd.).* Romae inter fratres Arvales adest a. 78. 86. 87. 89 *act. Arv. (cf. infra).* — Legatus pr. pr. (καὶ ἀντιστράτηγος *om. t. 21*) provinciae Ponti et Bithyniae *t. 3. 4. 5. 16. 17. 19. 21.* — Legatus pro pr. (ἀντιστράτηγος *habent soli t. 16. 19*) Asiae iterum *t. 3. 4. 5. 16. 17 (ubi* δὶς *vocabulum deficit) 19. 21.* — Legatus Augusti (ἀντιστράτηγος *om. tituli omnes*) provinciae Cappadociae (πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ ἐπαρχίας Καππαδοκίας *t. 17,* πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ *vel* τοῦ Σεβ. ἐπαρχείας Καππαδοκικῆς *t. 3. 4. 5. 21,* πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ ἐπαρχείας [Καππαδοκίας] Γαλατίας Φρυγίας [Πισιδίας 'Αντι]οχίας 'Αρμενίας μ[ικρᾶς] *t. 16) t. 3. 4. 5. 16. 17. 19. 21. (Legatum Cappadociae Quadratum fuisse nondum consulem colligi potest ex t. 19).* — Proconsul Cretae et Cyrenarum *t. 3. 4. 5. 16. 17 (ubi* Κύπρου *traditur pro* Κυρήνης). *21.* — Legatus Augusti pro pr. Lyciae et Pamphyliae *t. 3. 5. 13. 17. 21 (in hoc t. loco non suo, inter legationes Asiae et Cappadociam). His quoque honoribus Quadratum functum esse ante consulatum probabile est.* — Consul *t. 1. 2. 21,* suffectus mense Iul. a. 93 cum M. Lollio Paullino Valerio Asiatico Saturnino *dipl. mil. (III p. 859).* — Legatus pro pr. imp. Traiani provinciae Syriae (πρεσβευτὴς ..... ἐπαρχείας Συρίας *t. 3. 5. 17,* πρεσβευτὴς ...... Συρίας Φοινείκης Κομμαγήνης *t. 2) t. 2. 3. 5. 6. 16. 17.* (Legatus pro pr. imp. Traiani Συρίας [καὶ πολλῶν] ἄλλων ἐπαρχειῶν *t. Ephesius Greek inscr. in the British Museum 3 p. 187 n. 538, acephalus, propter hanc Syriae et aliarum legationum mentionem ad A. Iulium Quadratum relatus ab Hicksio).* — Consul iterum *t. 5. 17. 18. 24. 26,* ordinarius a. 105 cum Ti. Iulio Candido Mario Celso *fasti.* — Proconsul Asiae *nummi; t. 5. 17 cf. t. 16; videtur proconsul fuisse circa a. 106, cf. Waddington l. c.* — Septemvir epulonum *t. 1. 2. 5. 16. 17. 21.* — Frater Arvalis *t. 1. 2. 4. 5. 16. 17. 21;* adfuit inter fratres Arvales a. 76. 86. 87. 89 et praeterea nescio quo anno sub Domitiano *act. Arv. (num his locis actorum significari alium A. Iulium Quadratum non est probabile, cf. Fränkel l. c. p. 299),* rursus a. 105 *act. Arv.* — Amicus appellatur a Traiano *t. 22.* — Pergamenae urbis quasi alter conditor *Aristides orat. X* ('Απελλᾶ γενεθλιακός, *I p. 116 ed. Dindorf).* In honorem templi Iovis amicalis et imperatoris Traiani certamen quinquennale Pergami constituit *t. 22;* alia liberalitas eius erga Pergamenos videtur memorari *t. 24.* — Proavus Apellae, Frontonis filii, Pergameni, cuius natali Aristides genethliacum habuit *Aristides l. c.* — Servi vel liberti eius *t. 23. 25. 26, fortasse etiam VI 20650.*

— P. MANILIVS VOPISCVS *cet.* IVLIVS QVADRATVS BASSVS.

339 IVLIVS QVINTIANVS ὁ λαμπρότατος ὑπατικός *t. Ionicus Lebas-Waddington 232. Medii fere saec. tertii p. C.*

340 Iulius Quintianus epistrategus (septem nomorum et Arsinoitae) a. 194 *Aegyptische Urkunden aus den königl. Museen zu Berlin fasc. I n. 15.*

341 C. Iulius Quintilianus (Quintillianus *t. Ostiensis*) praefectus vigilum a. 210 *VI 1058. 1059*, a. 211 *t. Ostiensis Eph. ep. 7, 1207.* Idem fortasse Quintilianus cui rescripserunt Severus et Antoninus a. 208 *cod. Iust. 7, 45, 1, coniciente Kruegero.*

— M. SEDATIVS SEVERVS IVLIVS REGINVS.

342 Ti. Iulius Rho.... procurator (Augusti?) *XI 1733.*

— C. Iulius Rhoemetalces *v.* Rhoemetalces.

343 C. Iulius Romanus *(sic plene Charisius p. 117, 6. 190, 8. 229, 3. 230, 1. 236, 16. 239, 1. 254, 8;* Iulius Romanus *ib. p. 238, 16, praeterea* Romanus) auctor grammaticus, adhibitus a Charisio *Charisius passim (cf. index Keilii in Charisium p. 572). Videtur vixisse saeculo p. Chr. tertio, cf. Teuffel Litt. 379, 1.*

344 L. IVLIVS ROMVLVS consul suffectus mense Sept. a. 152 cum C. Novio Prisco *dipl. mil. nuper rep. (III S. p. 1987).*

345 M. IVLIVS ROMVLVS legatus pro pr. provinciae Sardiniae (L. Helvio Agrippa proconsule) a. 69 *X 7852.*

346 L. IVLIVS RVFINVS Q. f., tribu Quir., proconsul *VI 1430.*

— M. SEDATIVS SEVERIANVS IVLIVS RVFINVS.

347 IVLIVS RVFVS vir nobilis a Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 1.* Fortasse non diversus a Iulio Rufo cuius bona ad fiscum venisse narrat *Paulus Dig. 46, 1, 71.* Diversus Iulius Rufus cui rescripsit Antoninus *Paulus Dig. 49, 14, 49.*

348 Iulius Rufus scriptor fortasse satirarum (sed res incerta) *Martial. 10, 99. Cf. Teuffel Litt. § 324, 5.*

349 L. IVLIVS RVFVS (Iulius Rufus *Plin.; praenomen innotuit ex mentionibus consulatus X 5405 et X 6637 = VI 8639*), consul ordinarius a. 67 cum Fonteio Capitone *(supra F 310) fasti.* Carbunculi morbo obiit Plinio condente naturalem historiam *Plin. h. n. 26, 5. Incertum num ad hunc pertineat signaculum Matriti adservatum* L. Iuli Rufi, Uzenti *(Uzentum oppidum Calabriae) IX 6083, 80.*

350 Iulius Sabinus (*sic edi solet; sed traditur* ab Tullio et a Sabino), comes Occii (?) Flammae proconsulis Cretae, inter a. 31 et 37 rerum capitalium reus in carcerem conditus *Seneca contr. 9, 4, 17–21.* Bene declamavit; facete dicta eius *ib.*

351 Iulius Sabinus, Lingo, Caesaris dictatoris per proaviam, ut per vaniloquentiam gloriabatur, abnepos, a Romanis defecit a. 70 *Tac. h. 4, 55; Dio 66, 3.* Caesarem se appellavit *Tac. ib. c. 67; Dio l. c.* A Sequanis pugna commissa funditur *Tac. l. c.; cf. Dio l. c.* Latet per novem annos, occisus a. 79 *Dio 66, 16 cf. Tac. l. c.; Plutarchus amat. p. 770.* Uxor eius Epponina (Peponina) *Tac. Plut. Dio ll. cc.* —

Filii duo *Plut. l. c.*, *Dio l. c.*, quorum alter in Aegypto occubuit, alterum nomine Sabinum Delphis vidit pater Autobuli *Plut. l. c.*

352 Iulius Sacerdos, Gallus, a Caligula occisus *Dio 59, 22.*

353 Iulius Sacrovir, Aeduus, populares ad defectionem a Romanis excitat; pulsus apud Augustodunum a C. Silio legato Germaniae superioris sua manu occidit *Tac. a. 3, 40–46 cf. 4, 18. 19, h. 4, 57; Velleius 2, 129.*

354 IVLIVS SANCTVS clarissimus puer, filius *(pricignus? cf. Hirschfeld)* C. V(alerii) V(aleriani) Sancti clarissimi viri *t. rep. Tarbes in Aquitania, ap. Sacaze inscr. des Pyrénées (cum nota Hirschfeldii CIL. XIII ad hunc t. edenda).*

355 IVLIVS SAS... cos. (= consularis, sc. Pannoniae superioris) *t. Poetoriouensis III 4048.*

356 IVLIVS SATVRNINVS consularis Syriae *Lebas-Waddington 2309 (melius quam CIG. 4617) cf. 2309ᵃ. 2524*, anno decimo imperatoris ...... *(nomen erasum aut Commodi aut Alexandri; anno igitur aut 185 aut 231) Lebas-Waddington 2309.*

357 IVLIVS SATVRNINVS praeses (ἡγεμών) (Galatiae ut videtur) *t. Ancyranus CIG. 4013.*

358 Iulius Saturninus (Iulius *cod. Memm.*, Iunius *vulg.*) auctor citatus de rebus anno 712 gestis a *Suetonio Aug. 27.*

359 C. IVLIVS SATVRNINVS vir consularis (ὑπατικός), praeses Lyciae *CIG. 4272 p. 1124 = Lebas-Waddington 1256.*

— C. IVLIVS SATVRNINVS imp. M. Iulii Philippi filius *Victor epit. 28. V. supra* M. IVLIVS PHILIPPVS CAESAR.

360 T. Iulius Saturninus T. f., tribu Fabia, procurator Augustorum *t. Trevir Brambach 808*, procurator Augustorum et Faustinae *t. urbanus VI 559; cf. t. Lugdunensis, ap. Boissieu inscr. de Lyon p. 6. Idem fortasse* T. Iulius Saturninus conductor portorii Illyrici *III 1568. 4720 p. 958. III S. 12363. V 1864. 5079. 5080*, sub Antonino Pio *III 1568. V. inscr. meae selectae 1382–1384. 1859.*

— Ti. Iulius Sauromates *v.* Sauromates.

361 C. IVLIVS SCAPVLA. *Tituli Ancyrani CIG. 4022 (1). 4023 cf. Domaszewskium arch. ep. Mitth. 9, 1885 p. 126 (2); Rhein. Museum 27 p. 149 = arch. ep. Mitth. 1885 p. 125 acephalus (3).* Tribunus laticlavius legionis VII Geminae Felicis, quaestor provinciae Baeticae (quaestor *nude t. 1. 2*), tribunus plebis, praetor, legatus legionis IV Scythicae, proconsul Achaiae (proconsul *nude t. 1. 2*), legatus imp. Hadriani et Antonini (i. e. a. 138) pro pr. (prov. Galatiae) *t. 1–3.* Cos. designatus *t. 1. 2 (consul igitur non multo post a. 138).*

362 C. IVLIVS SCAPVLA F..... *(? f littera potest superesse etiam ex fetialis vocabulo)*, C. f., triumvir aere argento auro flando feriundo, tribunus [legionis XII] Fulminatae, [quaestor] imperatoris Antonini Pii *(quae deinde sequuntur* [ἀπ]ο[δεδει]γμ[έ]νον ὑπ' αὐτ[οῦ] .....ον, *quo*

*spectent, incertum est) t. Atticus Eph. ep. 1 p. 242 = CIA. 3, 626 mutilus, suppletus a Dittenbergero. Fortasse filius eius qui praecedit.*

363 Iulius Secundus, orator (ὁ ῥήτωρ *Plut. Otho 9*), Iulii Flori fratris filius *Quint. 10, 3, 13*, oriundus igitur e Gallia *cf. Tac. dial. 10*, aequalis Quintiliani *Quint. 10, 3, 12*. A. 69 Othoni imperatori ab epistulis, comes eius in expeditione adversus Vitellianos *Plut. Otho 9*. Iudicia de eloquentia eius, Quintiliani *Quint. inst. 10, 1, 120. 121 cf. 10, 3, 12. 12, 10, 11*; Taciti *Tac. dial. 2*. In dialogo de oratoribus Tacitus eum inducit verba facientem et iudicis partibus fungentem. Vitam Iulii Africani (*codd.* Asiatici) componit *Tac. dial. 14*. Moritur iuvenis *Quint. 10, 1, 120*.

364 IVLIVS SECVNDVS praeses provinciae puto, cui rescripsit Hadrianus *Marcianus Dig. 48, 3, 6*. — Iulius Secundus quo medicamento usus sit *Galenus XIII p. 1029 Kühn.*

365 Q. IVLIVS SECVNDVS Q. f., tribu Quir., legatus pro pr. (fortasse provinciae Baeticae), hospitium fecit cum decurionibus et colonis coloniae Tupusuctu in Mauretania a. 55 kal. Aug. *VIII 8837*. — Q. Iulii Secundi libertus *VI 19904*.

366 C. Iu[l(ius)] Senecio vir egregius, procurator provinciae Galatiae, item vice praesidis eiusdem provinciae et Ponti *t. Ancyranus III 251*.

367 Iulius Senex ex Mauretania, amicus Frontonis, cuius industria militari is adiuvari volebat in provincia circa quaerendos latrones *Fronto ad Pium 8 p. 169 N.*

368 C. IVLIVS SEPT(IMIVS) CASTINVS. *Tituli Aquincenses III 3480 (1) III S. 10471 (2). 10472 (3). 10473 (4) hi tres eadem fere inscriptione inscripti; agri Aquincensis, III S. 10360 (5); memoratur in Rhenano Brambach 520 (6) et in Dacico III S. 7638 (7). Signaculum rep. in agro Frentanorum IX 6083, 77 (8)*. C. Iul. Sept. (Sep. *t. 2. 3*) Castinus *t. 2–4*, C. Iul. Castinus *t. 1. 5. 8*, Iulius Castinus *t. 6. 7*, Castinus *Dio*. Tribunus militum legionis primae Adiutricis, item quintae Macedonicae, quaestor, tribunus plebis, praetor; curator Ae[c]lan(ensium) (ÆTAN *legitur in tribus titulis;* a[limen.] *coniecit Mommsen*), curator viae Salariae, iuridicus per Apuliam Calabriam Lucaniam Bruttios, proconsul Cretae et Cyrenarum *t. 2–4*. Legatus legionis primae Minerviae *t. 2–4. 6*, anno aut 205 aut 208 *t. 6*. Ex praecepto trium Augustorum dux vexillationum quattuor legionum Germaniae, primae Minerviae *(cuius erat legatus)*, tricesimae Ulpiae, octavae Augustae, XXII (XVIII *tituli*) Primigeniae 'adversus defectores et rebelles' *t. 2–4, (videtur significari tumultus aliquis nobis praeterea ignotus; noli cogitare de bellis Septimii Severi contra Nigrum et Albinum)*. Legatus Aug. *t. 1*, Augustorum duorum *t. 5*, Augustorum trium *t. 2–4* pro pr. Pannoniae inferioris *t. 1–5*. Consul designatus *t. 2–4 (videtur igitur consul suffectus fuisse sub finem regni Severi)*. Multum potest apud Caracallam *Dio 78, 13*. Legatus Aug. pro pr.

Daciae *t. 7 cf. Dio l. c.* A. 217 specie honoris ex Dacia revocatus a Macrino *Dio l. c.*

369 M. Iulius Serenius(?), mag(ister) summ(arum) *(rationum?) t. urbanus semel descriptus VI 1618.*

— IVLIVS SERVIANVS *v.* L. Iulius Ursus Servianus.

— CN. SERTORIVS BROCCHVS *cet.* IVLIVS SERVIANVS.

370 Q. Iulius Severinus, Sequanus, omnibus honoribus apud suos functus, inquisitor Galliarum *t. Lugdunensis Boissieu p. 265 n. 19.*

371 Iulius Severus: liberti eius *t. urbanus fortasse christianus, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1596. Incertum num unus ex Iuliis Severis qui sequuntur.*

372 C. IVLIVS SEVERVS. *T. Ancyranus CIG. 4029 (1). Memoratur in titulo uxoris CIG. 4030 (2), fortasse etiam in militis alicuius t. Troesmitano III S. 7505 (3).* C. Iulius Severus *t. 1 et saepius in indicando consulatu anni 155 (X 1208; act. Arv.; Notizie 1883 p. 14),* Iulius Severus *t. 2.* C. f. *t. 1.* Tribu Fab. *t. 1.* Princeps Graecorum *t. 2.* Decemvir (quindecimvir *t., perperam*) stlitibus iudicandis *t. 1.* Equo publico ornatus *t. 1 (perperam, cf. Mommsen Staatsr. III 470 not. 4; fortasse debuit esse* sevir equitum Romanorum). Tribunus legionis IV Scythicae, quaestor candidatus, tribunus plebis candidatus, quindecimvir sacris faciundis, praetor urbanus, legatus legionis XXX Ulpiae Victricis, curator viae Appiae *t. 1.* Consul *t. 1,* ordinarius a. 155 cum M. Iunio Rufino Sabiniano *fasti.* Legatus pro pr. Syriae Palaestinae *t. 1. Ad id tempus fortasse spectat mentio eius in t. 3, ubi veteranus aliquis, miles factus a. 145, dicitur functus esse expeditione Orientali sub Statio Prisco, Iulio Severo, Martio Vero clarissimis viris.* Uxor Caracylaea *t. 2.*

373 L. IVLIVS SEVERVS consul suff. mense Dec. 155 cum alio Severo *act. Arv. Iudice Domaszewskio (ad III S. 12365) non diversus a L. Iulio Statilio Severo, cf. infra.*

374 SEX. IVLIVS SEVERVS *sive* SEX. MINICIVS FAVSTINVS IVLIVS SEVERVS. *T. Dalmaticus III 2830 cf. p. 1059 et III S. 9891.* Iulius Severus *Dio 69, 13 et in indicando consulatu Dig. 40, 5, 28, 4,* Sex. Iulius Severus *dipl. mil. anni 127,* [Se]x. Minicius Faustinus ...I[uliu]s Severus *t. Dalmaticus (ex lectione Hirschfeldii; Mommsenus, qui primus titulum ex lapide exceperat, pro* Minic- *legerat* Vinic-). *Filius fortasse adoptivus Cn. Minicii Faustini consulis suffecti anno 116.* Tribu Sergia *tit. Dalmaticus.* Sevir turmae quintae equitum Romanorum, quattuorvir viarum curandarum, quindecimvir sacris faciundis, tribunus mil. legionis [V]II (*vel* [X]III *vel* [XII]II) Geminae, quaestor provinciae Macedoniae candidatus imp. Traiani, tribunus plebis candidatus eiusdem, praetor, legatus legionis XIIII Geminae, legatus pro pr. imp. Hadriani provinciae Daciae *tit.* Consul *tit.,* suffectus mense Oct. 127 cum L. Aemilio Iunco *dipl. mil. (CIL. III p. 874) cf. Dig. 40, 5, 28, 4.* Legatus pro pr. provinciae Moesiae inferioris *tit.*

Legatus pro pr. provinciae Britanniae *tit.; Dio 69, 13. Fuisse nomen eius in titulo Hadriani Britannico VII 275, ubi v. extr. traditur* .. io Sev..., *coniecit Borghesi opp. 4 p. 166.* Legatus pro pr. provinciae Iudaeae, legatus pro pr. provinciae Suriae *tit. cf. Dio 69, 13.* Res ab eo gestae in Iudaea *Dio l. c. c. 13. 14 (Zon. 11, 23).* Ob eas triumphalia ornamenta ei decreta *tit.*

375 TI. (P.?) [IVLIVS?] SEVERVS. *Tituli Ancyrani CIG. 4031 (1), 4032 (2).* Τι. Σεουῆρος *tituli Ancyrani ex apographo Hamiltoni,* Π. Σεουῆρος *t. 1 ad exemplum a Domaszewskio factum ad ectypum (arch. ep. Mitth. aus Oesterreich 9 p. 118, 75),* Σεουῆρος *Dio; Iulii gentilicium ei fuisse coniecit Waddington mém. de l'académie des inscr. 26, 1 p. 219 probabiliter.* Oriundus a regibus et tetrarchis *tituli, Galatiae sine dubio.* Post provinciales honores (μετὰ πάσας τὰς ἐν τῷ ἔθνει φιλοτιμίας) adlectus inter tribunicios ab Hadriano; legatus in Asia ex epistula et codicillis Hadriani *(cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 254 not. 3)*; legatus legionis quartae Scythicae et vice legati Syriae tempore tumultus Iudaici *(c. a. 132)*; proconsul provinciae Achaiae; missus ab Hadriano in Bithyniam cum quinque fascibus corrector et logista *(cf. Mommsen Staatsr. II³ 1036 not. 6, II³ p. 861 not. 3) tituli.* De administratione eius Bithynica *Dio 69, 14 (diversum esse hunc Severum a Sex. Iulio Severo qui praecedit, quem e Britannia in Iudaeam translatum esse paullo ante Dio narravit, patuit reperto titulo III 2830).* Praefectus aerarii Saturni *tituli.* Consul (suffectus) *tituli (anno 140 aut 141, ut putat Waddington l. c. p. 229, certe circa id tempus).* Pontifex *tituli.* Curator operum publicorum; legatus imp. Antonini Pii provinciae Germaniae inferioris *tituli.* Proconsul Asiae *t. 2. — Eundem esse Severum proconsulem Asiae oriundum ex Phrygia superiore, memoratum ab Aristide or. XXVI ed. Dind. I p. 505. 523 seq., putat Waddington mém. de l'acad. des inscript. 26, 1 (1867) p. 214–30, fastes des prov. asiat. n. 143 (eum autem proconsulem fuisse anno 153/4), diversum B. Keil Herm. 25 p. 316 (qui cogitat de Cn. Claudio Severo consule anno 146) et W. Schmid mus. Rhen. 48, 1893 p. 79.*

— M. IVLIVS SEVERVS PHILIPPVS CAESAR *v.* M. IVLIVS PHILIPPVS CAESAR.

376 C. IVLIVS SILANVS frater Arvalis cooptatus d. 26 Febr. 86, magister a. 87 *act. Arv.* Consul suff. a. 92 ex k. Sept. eum Q. Aru... *XIV 245. Commemoratur in titulo liberti ipsius III 5831 (cf. add.).*

377 C. Iulius Silvanus Melanio *(praenomen om. t. Lugdunensis)* equo publico; flamen Pomonalis *t. Dalmaticus III S. 12732.* Omnibus equestribus militiis functus *ib.* Proc. Aug. .... per provin[cias] ....., proc. Aug. [ra]tionis ..... *ib.;* procurator Aug. *(scilicet in Gallia Lugdunensi) t. Lugdunensis Boissieu inscr. de Lyon p. 17 n. 14.*

378 C. Iulius Solinus *(praenomen non omnino certum, cf. Mommsen in editione Solini p. V),* qui scripsit collectanea rerum memorabilium

quae extant: ea dedicavit Advento *Solinus praef. (fortasse Oclatinio Advento consuli a. 218, cf. sub hoc).*

379 IVLIVS SOLON ignobilis natu, magna pecunia Cleandro data in senatum pervenit *Dio 72, 12 (Zon. 12, 4).* A Severo interfectus *Dio 74, 2 (Zon. 12, 8).*

380 Iulius Sparsus *(nomen gentilicium extat in solo cod. Ashburnhamensi ep. 4, 5)* amicus Plinii, cui is libros suos mittere solebat *Plin. ep. 4, 5. 8, 3.*

381 C. Iulius Spartiacus, C. Iulii Laconis *(supra n. 250)* f. *titulus Epidaurius* Ἐφημ. ἀρχ. *1883 p. 87, 21. — Diversus, sed fortasse huius affinis* C. Iulius Spartiaticus sacerdos Augustorum Athenis temporibus Neronis *CIAtt. 3, 805.*

382 L. IV[L]IVS STATILIVS SEVERVS legatus pro pr. Moesiae inferioris *III S. 12365 (t. semel, nescio num accurate, exceptus). Eundem putat Domaszewskius L. Iulium Severum consulem suffectum anno 155, diversum autem T. Statilium Iulium Severum, qui non multo post (a. 159) Moesiam inferiorem rexit (III S. 12507).*

383 C. IVLIVS STATIVS SEVERVS consul suffectus mense Nov. a. 154 cum T. Iunio Severo *dipl. mil. (CIL. III p. 881).*

— T. STATILIVS IVLIVS SEVERVS.

384 Q. IVLIVS STRABO TERTVLLVS FIRMIDIANVS salius Palatinus factus a. 178 *VI 1979.*

385 C. Iulius Super procurator Augustorum duorum provinciae Siciliae *t. Carnunti pro eius salute dicatus a liberto III 4423.*

386 M. IVLIVS SVRA MAGNVS ATTALIANVS M. f., tribu Ann.; sevir turmae equitum Romanorum, quaestor urbanus, tribunus plebis candidatus, clarissimus vir *(hoc loco in tit.)*, praetor *VI 1431.*

387 Iul(ius) Tacitianus vir egregius, procurator (metallorum Dalmaticorum) sub Severo Alexandro *III S. 8359. 8360. Fortasse idem (ut coniecit Hirschfeld III l. c.)* Iulius Tacitianus evocati filius *t. Panormitanus X 7289.*

388 IVL(IVS) TAVRVS decemvir stlitibus iudicandis *t. Lugdunensis Boissieu p. 609, 7.*

389 Iulius Teres, Philippensis, frater senatoris *III S. 7339.*

390 Iulius Theodotus *(gentilicium ex titulis). Tituli: Atheniensis CIAtt. 3, 775 ipsi (1), Eleusinius CIAtt. 3, 680 filio positus (2).* Atheniensis, pago Melitensis *tituli*, rhetor *Philostratus vit. soph. 2, 2,* ὁ σοφιστής *tituli*, auditor (P. Hordeonii) Lolliani *Philostratus;* principatum agebat rei publicae Atheniensium eo tempore quo Herodem Atticum a republica removerant *Philostratus (munera eius Atheniensia enumerat t. 2); familiaris Demostrati adversarii Herodis Attici Philostratus; etiam affinitate cum eo coniunctum fuisse coniecit Dittenberger cf. stemma ab eo propositum ad CIAtt. 3, 676.* A M. Aurelio munus professoris rhetoricae ei iniunctum, quo munere cum functus esset

per annos duos obiit annos natus plus quinquaginta *Philostratus.* Uxor Aelia Cephisodora *t. 2.* Filius Iulius Apollodotus *ib.* — *Alius* Iulius Theodotus, eques Romanus, conductor ut videtur figlinarum *XV 526 cum nota Dresselii.*

391 Iulius Threptus, in testamento Dasumii inter amicos ut videtur testatoris nominatus *VI 10229, 28.*

— Ti. Iulius Tiranes *v.* Tiranes.

392 Iulius Tiro: de codicillis eius causa falsi acta apud Traianum *Plin. ep. 6, 31, 7.*

393 C. IVLIVS TIRO GAETVLICVS C. f., tribu Gal.; quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor *t. Ebusitanus II 3661.*

394 Iulius Titianus (*sic plerumque, interdum* Titianus), scripsit chorographiam *Serv. Aen. 4, 42, Gregorius Turon. de cursu stellarum c. 13 (Mon. Germ., scr. rer. Meroving. I 2 p. 862),* 'provinciarum libros pulcherrimos' *vit. Maximin. 27, 5,* praeterea epistulas sub nomine illustrium feminarum ficticias *Sidon. Apoll. ep. 1, 1,* declamationes petitas ex Vergilio *Serv. Aen. 10, 18;* 'apologos' sive fabulas versas ex Graeco *Ausonius ep. 16, 1. 2 v. 81. 102 (nisi hoc opus cum nonnullis tribuendum est Titiano filio);* praeterea citatur *Serv. ad Aen. 11, 651 (inde Isidor. or. 9, 2, 64).* Oratorum simia nuncupatus *Sidon. Apoll. l. c.,* dictus simia temporis sui quod omnia esset imitatus *vit. Maximin. l. c.*

395 (Iulius) Titianus, filius eius qui praecedit: eo oratore usus est Maximinus iunior *vit. Maximin. 27, 5. Idem sine dubio* Titianus, inter praeceptores Augustorum Caesarumque recensitus ab *Auson. grat. act. 7, 31;* 'municipalem scholam apud Visontionem Lugdunumque variando non aetate quidem, sed vilitate consenuit' *Ausonius l. c.*

396 Iulius Trypho orientalis limitis dux sub Valeriano *vit. Aureliani 13, 1 (fictic.).*

397 Iulius Tutor *(gentilicium ponit Tac. h. 4, 55),* Trevir *Tac. h. 4, 55. 58. 72,* ripae Rheni a Vitellio praefectus *ib. 4, 55.* Descivit a Romanis *ib. 4, 57.* Res ab eo in bello contra Romanos gestae *ib. 4, 59. 70. 71. 74. 76. 78. 5, 19. 20. 21.* — *Potest esse huius libertus* Ti. Iulius Tutoris l. Calventius *tit. Noricus III 4845.*

398 Iulius Valens (Silvius *pro* Iulius *cod. Med.*), amicus Plinii gravi morbo adfectus *Plin. ep. 5, 21, 2.*

399 IVLIVS VALENS (*sic Victor Caes. 29, 3,* Valens Licinianus *Victor ep. 29, 5, praeterea* Valens) Decio Romam digresso cupientissimo vulgo imperium cepit *Victor Caes. l. c.;* sub Decio Romae tyrannus *Polemius Silvius (ap. Momms. chron. min. I p. 521);* sub Decio imperator factus *Victor ep. l. c.* — Sub Gallieno Achaiam proconsulari imperio regens, comperto missum adversus se Pisonem, sumpsit imperium *vit. Gallien. 2, 2; trig. tyrann. 19;* Gallieni temporibus apud Macedonas imperator factus *Victor epit. 32.* Mox occisus *Victor Caes. l. c.;* brevi a militibus interemptus *trig. tyr. l. c.*

399ª C. Iul(ius) Valens praefectus legionis secundae Adiutricis *t. Aquincensis III S. 10394.*

400 Iulius Valentinus (*gentilicium non est nisi hist. 4, 68 ibique:* tulius) Trevir, Gallos ad defectionem a Romanis concitat *Tac. h. 4, 68. 69.* Pugna apud Treviros commissa capitur *ib. c. 70. 71. 76.* Interfectus *c. 85.*

401 Iulius Valerianus (*sic Plinii codex Riccardianus in indice ep. 5, 4,* Iulius *cod. Flor. ep. 5, 4,* Valerianus *ceteri codd.; unde* Valerianus *ep. 2, 15. 5, 13)* amicus Plinii, ad quem datae *ep. 5, 4. 13, fortasse etiam 2, 15.* — T. Iulius Valerianus *fistula plumbea ap. Lancianium syll. aq. n. 502.*

402 L. Iulius Veh[il]ius Gr[atus] Iulianus. *Titulus rep. Romae in Tiberi, Notizie degli scavi 1887 p. 537 (inde ego Inscr. Lat. select. 1327). — Nomen plenum exhibet tit.,* Iulianus *scriptores. — Militias et honores enumerat tit. ordine inverso.* Praefectus cohortis tertiae Augustae Thracum, tribunus cohortis primae Ulpiae Pannoniorum, praefectus alae Herculanae, praefectus alae Tampianae, praepositus vexillationibus tempore belli Germanici et Sarmatici; donis militaribus donatus ab impe[rato]ribus Antonino et Vero ob victoriam [belli Parthi]ci (*a. 166; supplevit Barnabei),* item ab Antonino et [Commodo ob vic]tor. belli Germ[a]nici [et Sarmatici] (*a. 176; dona militaria tit. collocat extra ordinem post militias);* [proc. Augg.? c]t pra[ep.] vexillationis per Achaiam et Macedoniam et in Hispanias adversus Castabocas et Mauros rebelles, procurator Aug. et praefectus classis Po[ntic]a[e] (*suppl. Barnabei),* [proc. A]ug. et praepositus vexillationis per ....., [pr]oc. Aug. provinc[iae] Lusit[aniae] et Vett[oniae], [proc.] Aug. et praep(ositus) vexil[la]tion(ibus) tempore belli [Britannici?] (*supplevit Barnabei, nescio an recte),* praefectus classis praetoriae Ravennatis, praefectus c[lassis p]raetoriae Misenatis; a rationibus, praefectus annonae *tit.* Praefectus praetorio *tit.,* praefectus factus a Commodo post caedem Cleandri *vit. Comm. 7, 4.* Magno in honore habitus a Commodo (pater ab eo appellatus) *Dio 72, 14.* Postea occisus a Commodo *Dio l. c., vit. l. c.,* in piscinam detrusus praesente officio suo *vit. Comm. 11 (hunc Iulianum praefectum praetorio Commodi ut diversum putemus a successore Cleandri, nulla est causa; cf. Barnabei l. c. p. 540 contra Hirschfeldium Verw. p. 229).*

403 C. Iulius Vercondaridubnus, Aeduus, sacerdos Caesaris ad confluentem Araris et Rhodani primus constitutus a. u. c. 742 *Livius epit. 139.*

404 IVL(IVS) VERVS legatus pro pr. provinciae Syriae inter a. 163 et 165 *III 199. Idem videtur* Iulius Verus, cui Antoninus et Verus Augusti rescripserunt *Dig. 48, 16, 18.*

405 CN. IVLIVS VERVS Cn. f., consul designatus II, augur .... *t. Salonitanus III S. 8714. Num idem sit, qui praecedit, incertum.*

406 IMP. CAES. C. IVLIVS VERVS MAXIMINVS AVG. *Nomen plenum*

*exhibent nummi tituli papyri;* C. Iulius Maximinus *Vict. Caes. 25,* Iulius Maximinus *Vict. ep. 25, praeterea* Maximinus (Μάξιμος *Syncellus p. 674*). Moesus *Syncellus p. 674. 681 Bonn.*, Thrax *Vict. ep. 25, Zonaras 12, 15,* ex vico quodam Thraciae interioris *Herod. 6, 8, 1,* de vico Thraciae vicino barbaris *vit. Maximin. 1, 5,* barbaris parentibus genitus, quorum alter e Gothia, alter ex Halanis genitus esse perhibebatur; patri nomen Micca, matri Hababa *vit. Maximin. l. c.* Natus a. 172 vel 173 (LXV annorum, cum occideretur a. 238) *Zonar. 12, 16.* Prima iuventa pastor, deinde cum militiae nomen dedisset, tempore procedente eo pervenit, ut exercitibus et provinciis praeesset (ὡς στρατοπέδων τε ἐπιμέλειαν ἐθνῶν τε ἀρχὰς πιστευθῆναι) *Herod. 6, 8, 1 cf. Zonar. 12, 15; multa de processu eius militari et de muneribus eius habet vit. Max. 2–6, sed pleraque ficticia;* τῆς Παιονικῆς ἴλης ἐξηγούμενος(?), cum imperator factus est *Zos. 1, 13,* στρατηγὸς Κελτικῆς *Syncellus p. 674.* A. 235 a militibus imperator appellatus (paullo ante d. 25 Mart. *fragmentum fastorum sacerdotalium VI 2001 v. 13 cf. Borghesi opp. 3 p. 450, Seeck mus. Rhen. 41 p. 163*), primus e corpore militari, et nondum senator *vit. Max. 8, 1, Eutrop. 9, 1, Vict. Caes. 25.* Consul a. 236 cum M. Pupienio Africano *VI 2001. 2009 cf. fasti.* Uxorem e medio tollit *Zonar. 12, 16 (cf. sub Caecilia Paulina).* Occisus prope Aquileiam (a. 238) *Herod. 8, 5, 9, Zosim. 1, 15, Zonar. 12, 16, Victor Caes. 37, epit. 35, Eutrop. 9, 1, vit. Maximin. 23, 6. 32, vit. Max. et Balb. 11, 2, Hieronymus ad a. Abr. 2254, Orosius 7, 19, 2. Syncellus p. 680, 7 (de tempore quo occisus est cf. Eckhel 7 p. 293, Seeck mus. Rhen. 41, 1886 p. 166, Sadée de imperatorum Rom. tertii p. Chr. saec. temporibus constituendis [Bonn. 1891] p. 18–23).*

407 C. IVLIVS VERVS MAXIMVS CAESAR *(sic tituli, nummi, papyrus Aegyptiaca infra citata;* C. Iulius Maximinus *Victor Caes. 25;* Maximinus *vita Maximin. passim; reliqui scriptores nomen non ponunt). De pueritia eius multa habet vit. Maximin. c. 27. 29. 30, sed omnino ficticia.* Filius eius qui praecedit, a patre Caesar factus *Herodian. 8, 4, 9, vit. Maximin. 22, 6, Vict. Caes. 25,* anno ut videtur 236 *VI 2001 v. 17–20 cf. Borghesi opp. 3 p. 459, Sadée de imperatorum Rom. tertii p. Chr. saec. temporibus (Bonn. 1891) p. 7 (Caesaris dignitatem in Maximum collatam esse aliquanto post quam pater imperator factus est ostendit etiam papyrus Aegyptiaca, ap. Parthey nuove mem. dell' Inst. 2 p. 440),* imperator a patre appellatus *vit. Maximin. 29, 6 (cum patre imperavisse filium etiam Eutropius 9, 1 ait). In Caesaris dignitate permansisse neque umquam patri Augusto aequatum esse id potissimum ostendit quod in nummis caput eius numquam est laureatum.* — Occisus una cum patre *Herodian. 8, 5, 9, vit. Maximin. 23, 6. 32, 2, Victor Caes. 37, epit. 35, Eutrop. 9, 1, Polemius Silvius (ap. Momms. chron. min. I p. 521).*

408 L. Iulius Vestinus. *Nomen plenum exhibent inscriptio ponderis, ap.*

*Longpérier journal des savans 1873 p. 751, et papyrus Graece scripta, ap. Wilcken Herm. 1893 p. 233; praeterea* L. Vestinus. Oriundus colonia Viennensi *or. Claudii Lugdunensis*, 'equestris ordinis ornamentum', sub Claudio procurator rerum Caesaris *ib.* Praefectus Aegypti *inscriptio ponderis (cf. supra); papyrus (cf. supra); CIG. 4957 v. 28. 30,* anno Neronis sexto (a. p. Chr. 59/60) *inscriptio ponderis.* A. 70 curator restituendi Capitolii *Tac. h. 4, 53 (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 950 not. 3).* — Liberis eius sacerdotia pollicitus est Claudius a. 48 *or. Claud. Incertum num ex liberis eius L. Iulius Vestinus et M. Vestinus Atticus qui sequuntur. — Huius fortasse* L. Iuli Vestini servi *VI 9520. 17197. — Diversus Vestinus, de cuius morte Martial. 4, 78.*

409 L. Iulius Vestinus (Οὐηστῖνος, Ἰούλιος χρηματίσας *Suidas;* ΛΕΥΚΙΟΙ ΙΟΥΛΙΩ ΙΟΥΗΣΤΙ ΝΙΩΙ *apographum tituli alterum,* ΛΕŁΛΙΟΙ ΙΟŁΑΙΟ ΙŁΝΣΤΙΙΙΟΙ *alterum*), ἀρχιερεὺς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης, procurator musei Alexandrini, procurator bybliothecarum Romae, ab epistulis Hadriani imp., eidem a studiis *tit. urbanus CIG. 5900 = Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 1085.* Sophista, scripsit ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν aliaque complura *Suidas s. v.* Οὐηστῖνος *(alias mentiones operum huius Vestini composuit M. Haupt opp. II p. 435). — Ad eundem pertinere coniecit Borghesius opp. 5 p. 16 titulum acephalum Ephesium III 431 qui potius est Eudaemonis (cf. supra E 79).*

410 M. [IVLIVS] VESTINVS ATTICVS. *Gentilicium non traditur.* Vestinus *Tac. a. 15, 68,* Atticus Vestinus *Suet. Ner. 35,* M. Vestinus *Quint. 6, 3, 64; in consulatu* M. Vestinus Atticus *Phlego mir. 23,* M. Atticus Vesti[nus] *III S. 7368,* Atticus Vestinus *Tac. a. 15, 48, Sueton. vit. Lucani p. 78 Reifferscheid, alibi* Vestinus. *Filius creditur L. Iulii Vestini praefecti Aegypti.* Neroni aliquando intima sodalitate coniunctus, postea invisus *Tac. a. 15, 68.* Paulo ante a. 65 uxorem duxit Statiliam Messalinam, quae postea Neroni nupsit *ib.* Consul ordinarius a. 65 cum A. Licinio Nerva Siliano *fasti.* In ipso consulatu iussu Neronis occisus *Tac. a. 15, 69; Suet. Ner. 35 (ideo nomen eius omissum in indicando consulatu anni 65, in titulo horum temporum XI 1331).* Dictum aliquod eius *Quint. 6, 3, 64.*

411 Iulius Viator eques Romanus e Vocontiorum gente foederata, potu abstinuit *Plin. h. n. 7, 78.*

412 Sex. Iulius [Vict]or(?) procurator Augusti *t. Mactaritanus VIII S. 11796.*

413 L. Iulius Victor Modianus. *Tituli: Cirtensis VIII 7053 (1); Thagastensis mutilus VIII 5145 (2).* Tribu Papiria *t. 2.* Egregius vir *t. 2,* vir egregius *t. 1.* Procurator trium Augustorum *(i. e. sub finem regni Severi)* per Numidiam *t. 1 cf. t. 2,* v(ices) a(gens) proc(uratoris) tractus Thevestini *t. 1.* Patronus Thagastensium *t. 2.*

414 C. IVLIVS VINDEX (Γάιος Ἰούλιος Οὐίνδιξ *Zon. 11, 13,* Caius Iulius *Victor ep. 5,* Lucius Vindex *vit. Alex. Severi 1, 7,* Iulius Vindex

*Plin. h. n. 20, 160; Tac. h. 1, 51; Suet. Ner. 40; Dio 63, 22,* Ἰούνιος Οὐίνδιξ *Plut. Galb. 4; praeterea* Vindex), oriundus ex regia stirpe Aquitanorum, patre senatore Romano *Dio 63, 22.* Adsimulato pallore testamenti nescio cuius captationi lenocinatur *Plin. h. n. 20, 160.* Legatus pro pr. Galliae (Lugdunensis) *Suet. Ner. 40; Plut. Galb. 4; Dio 63, 22,* a Nerone descivit a. 68 *Iosephus bell. Iud. 4, 8, 1; Plut. Galb. 4. 5; Suet. Ner. 40–46, Galb. 9; Dio 63, 22. 23. 26; Zon. 11, 13.* Pulsus a legionibus Germaniae mortem sibi conscivit *Plut. Galb. 6; Suet. Galb. 11; Dio 63, 24; Zon. 11, 13.* Memoratur *Tac. h. 1, 6. 8. 16. 51. 53. 65. 70. 89. 4, 17. 57. 69, Tac. a. 15, 74; Plut. Galb. 10. 18. 22. 29; Iuvenalis 8, 222; Suet. Galb. 16; Plin. ep. 6, 10, 4. 9, 19, 1; Pseudo-Lucian. Nero c. 5; Philostratus vit. Apoll. 5, 10. 11. 33. 35. 7, 4; Dio 68, 2; vit. Severi Alex. 1, 7. Cf. Mommsen Herm. 13 p. 92 seq.* — 'Caius Iulius imperium corripuit' *Victor ep. 5, 6, contra veritatem. Inter imperatores nominatur etiam a Iuliano Caes. p. 310 D, inter 'tyrannos' a Polemio Silvio laterc. ap. Momms. chron. min. I p. 520. Vitam eius omissam esse a scriptoribus vitarum Augustarum observatur in vita Pescennii Nigri 9, 2 et a Vopisco quadr. tyr. 1.*

415 C. IVLIVS VOLVSENNA (Οὐολουσέννα *lapis*) ROGATIANVS proconsul Asiae a. 254 *miliarius Trallianus III 6094. — Plane incertum num hic* Rogatianus senator, auditor Plotini, qui cum praetor prodire deberet, id neglexit et apud amicos latuit *Porphyrius de vita Plotini c. 7.*

416 Iulius Ursus *Dig. 8, 5, 8, 7. Fortasse homo nobilis, ex stirpe eorum qui sequuntur, vel etiam unus ex eis.*

417 L. IVLIVS VRSVS SERVIANVS. *Sic plene VI 20421 et in indicando consulatu anni 134 t. urbanus Bull. comunale 1886 p. 96 n. 1138 (paene plene in indicando consulatu anni 102 VI 10244),* ...... Ursus Servianus *VI 10229 v. 111,* L. Ursus *VI 1432,* Iulius Servianus *Plinius ep. 3, 17 praescr., 7, 6, 8, ad Trai. 2; plerumque* Servianus (Severianus *Zonaras 11, 24, item fasti Hydat. sub a. 102,* Severus *fasti Hydat. sub a. 134, alibi* Sergianus, Servillus).

Natus circa a. 47 *Dio 69, 17.* Uxorem ducit Domitiam Paulinam sororem Hadriani *vit. Hadr. 1. 2. 15. Consul suff. a. inc. (sub Domitiano puto).* Legatus Germaniae superioris a. 98 *Plin. ep. 8, 23, 5 cf. vit. Hadr. 2.* Eo tempore Plinio impetrat a Traiano ius trium liberorum *Plin. ad Trai. 2.* Legatus Pannoniae *Plin. ep. 8, 23, 5.* Consul iterum ordinarius a. 102 cum L. Licinio Sura iterum *fasti*, ex kalendis Martiis ut videtur cum L. Fabio Iusto *VI 2191. 10244.* Dicebatur Hadrianum apud Traianum insimulasse *vit. Hadr. 2.* Iudex datur a principe *Plin. ep. 7, 6, 8.* Ad eum dedit *Plin. ep. 6, 26, fortasse etiam 3, 17.* Amicus Dasumii *VI 10229 v. 8. 111. 112. 114.* Liberi eius *videntur memorari ib. v. 112,* filia *ib. v. 8.* Filiam despondet (Cn. Pedanio) Fusco Salinatori *(infra P 144) Plin. ep. 6, 26.* Consul ter *VI 1432;* consul tertium factus ab Hadriano *vit. Hadr.*

*8, 11*, ordinarius a. 134 cum T. Vibio Varo *fasti*. Liberta eius *VI 20421*. Iussu Hadriani occisus a. 136 annum agens nonagesimum *Dio 69, 17 (Zon. 11, 24); vit. Hadriani 15. 23. 25; cf. Dio 76, 7. Incertum utrum hic* Ursus Iulius *memoratus a Pomponio Dig. 8, 5, 8, 7.* Epistula Hadriani ad eum ficticia *Vopiscus vit. Firm. Saturnin. 8.*

418 L. IVLIVS VRSVS VALERIVS FLAC(CVS) (*pro* L. Iuli *legi potuit etiam* Livii) *tegula urbana XV 521. Idem puto* C. Valerius Flac(cus) Iulius Ursus *ib. 522. Nomen indicat hominem nobilem; fortasse fuit parentela coniunctus cum eo qui praecedit.*

419 Ti. Iulius Xanthus, Aug. l., tractator Ti. Caesaris et divi Claudi et subpraefectus classis Alexandri(n)ae, vixit annos LXXXX *t. urbanus Eph. ep. 4, 926*. Uxor Atellia Prisca *ib.*

420 IVLIA Augusti filia, Scribonia nata *Vell. 2, 100; Suet. Aug. 63; Dio 48, 34. 55, 10*, a. 715 *Dio 48, 34; Macr. sat. 2, 5, 2.* A. 717 destinatur Antonio (Antyllo) M. Antonii f. *Dio 48, 54 (Zon. 10, 24). 51, 15; Suet. Aug. 63*, promissam esse a patre Cotisoni Getarum regi scripsit Antonius *Suet. l. c. Infanti ei positus titulus Lesbius III S. 7156.* A. 729 nupsit Marcello consobrino *Dio 53, 27; Suet. l. c.; Vell. 2, 93*, hoc defuncto M. Agrippae a. 733 *Dio 54, 6 (Zon. 10, 34); Suet. l.c.; Vell. l. c.* Ex eo mater fit C. Caesaris a. 734 *Dio 54, 8 (Zon. 10, 34)*, L. Caesaris a. 737 *Dio 54, 18; Zon. 10, 34*, Iuliae *Suet. Aug. 64*, Agrippinae *Suet. Aug. 64, Cal. 7. Imago eius in nummis Augusti cusis a C. Mario paullo ante annum 742, certe inter annos 737 et 742 (Eckhel 6 p. 102). In matrimonio Agrippae positi ei tituli Delius, Bull. de corr. hell. 1878 p. 399; Thasius, Revue archéol. 1879 p. 283, hic ei communis cum noverca et filia maiore; Thracicus Bull. de corr. hell. 1880 p. 517; Lesbius, revue des études grecques 5, 1892 p. 412; Paphius, Journal of hell. studies 9, 1888 p. 243 (ubi dicitur* θεὰ Σεβαστή*). Certe ante a. 752 ei positus t. Prienensis, Greek inscr. in the British Museum III p. 49 n. 428.* Maritum in Asiam comitata, vel ad eum profecta, prope Ilium vitae periculum adit *Nic. Damasc. fr. 3 (III p. 350 Mueller).* Defuncto Agrippa a. 742 parit M. Agrippam *Vell. 2, 104.* Cum diu pater deliberasset cui nuptum daret *Suet. Aug. 63; Tac. a. 4, 39. 40*, despondit eam Tiberio a. 742 *Dio 54, 31 (Zon. l. c.)*, collocavit a. 743 *Dio 54, 35; Vell. 2, 96 cet.* Tiberio filium parit Aquileiae mox defunctum *Suet. Tib. 7.* A. 745, cum Tiberius ovans urbem ingrederetur, cum Livia epulum dedit mulieribus *Dio 55, 2.* Impudicitia eius *Macr. sat. 2, 5, 9; Seneca de benef. 6, 32; Plin. h. n. 7, 46. 21, 9; Dio 55, 10.* Ea causa Tiberio Rhodum discedendi a. 748 *Dio 55, 9; Tac. a. 1, 153. 6, 51; Suet. Tib. 11.* Adulteriis patefactis damnata *Suet. Tib. 11; Hieronymus ad a. Abr. 2012*, repudiumque ei missum ex auctoritate Augusti nomine absentis Tiberii *ib.*; in insulam Pandateriam relegata a. 752 *Dio 55, 10; Vell. 2, 100*, nequiquam deprecante Tiberio *Suet. Tib. 11.* Rapere eam novarum rerum cupidi quidam voluerunt *Suet. Aug. 19.*

Digitized by Google

Tradueta Rhegium a. 757 *Suet. Aug. 65; Tac. 1, 53; Dio 55, 13.* (In eadem insula in qua Agrippa filius *Zon. 10, 38, non recte.* Augusto suasit ut Tiberium adoptaret *Zon. 10, 36, errore; de Livia hoc dici debuit*). Augustus vetuit eam sepulchro suo inferri *Suet. Aug. 101; Dio 56, 32.* A Tiberio arctius habita *Suet. Tib. 50,* inopia ac tabe perempta *Tac. a. 1, 53; Zon. 11, 2,* a. 14 *Tac. l. c.*

421 IVLIA (Vipsania Iulia *sine dubio, sed gentilicium reticetur*) M. Agrippae et Iuliae filia. *Titulus Thasius revue archéol. 37 (1879) p. 282.* Nata c. a. 735 *cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 57.* Collocata L. Aemilio Paullo censoris filio (consuli a. 754/1) *Suet. Aug. 64; schol. ad Iuv. sat. 6, 158, circa a. 750, cum ex eo mater facta sit Aemiliae Lepidae c. a. 751 cf. Mommsen eph. 1 p. 58.* Cum maritus maiestatis crimine perisset *schol. ad Iuv. sat. 6, 158* — propter adulteria *Tac. a. 4, 71 cf. 3, 24; Plin. h. n. 7, 149* —, relegata in insulam Trimerum a. u. c. 761 = p. Chr. 8 *Tac. a. 4, 71 cf. Suet. Aug. 65;* relegata, post revocata, cum semet vitiis addixisset perpetuo exilio damnata *schol. Iuv.* Infantem, quem edidit post damnationem, agnosci Augustus vetuit *Suet. Aug. 65,* villam magnifice ab ea extructam diruit *ib. c. 72,* ipsam sepulchro suo inferri vetuit *ib. c. 101.* Moritur in exilio a. 28 *Tac. a. 4, 71.* — Memoratur *Plin. h. n. 7, 75.*

422 IVLIA Drusi Caesaris et Liviae filia. (Augustus moriens Nolae a. p. Chr. 14 advenientes de Drusi filia aegra interrogabat *Suet. Aug. 99, ubi haec ut videtur intellegitur*). *T. Pergamenus, ap. Fränkel Inschr. von Pergamon n. 390.* Nupsit Neroni Germanici filio a. 20 *Tac. a. 3, 29* (ut Neronis uxor memoratur *Tac. a. 4, 60; Dio 60, 18*). Post huius damnationem desponsa Seiano *Zon. 11, 2 cf. Dio 58, 7 et Nipperdey ad Tac. a. 5, 6.* Hoc quoque interfecto nupsit C. Rubellio Blando a. 33 *Tac. a. 6, 27 cf. Dio 58, 21;* mater Rubellii Plauti *Tac. a. 14, 22 cf. 13, 19. 14, 57.* Impulsu Messallinae, operam dante P. Suillio, interempta a Claudio *Seneca apoc. 10; Suet. Cl. 29; Tac. a. 13, 32. 43; Dio 60, 18 (sub a. 43); anonymi Octavia 944.* Memoratur in titulo libertae *VI 4119 (VI 5198 non huius videtur esse).*

— IVLIA Germanici Caesaris filia *v.* Iulia Livilla.

— IVLIA AVGVSTA divi Augusti uxor *v.* Livia Drusilla.

— IVLIA AVGVSTA imp. Titi filia *v.* (Flavia) Iulia.

423 Iulia A . . . ., mater Frontonis nescio cuius *t. in agro Albano vel Tusculano rep., XIV 2445. Rossius (bull. crist. 1872 p. 148) coniecit matrem fuisse M. Metilii Aquilii Reguli Frontonis consulis a. 157, sed non persuasit.*

424 IVLIA AEMILIA [G]ALLITTA (Callitta *dicitur esse in lapide*) C. f., clarissima femina, sacerdos (Regii Iulii) *t. Reginus notizie 1889 p. 91 = Eph. ep. 8, 247.*

425 IVLIA AGRIPPINA *(gentilicium exhibent tituli II 963 cf. auct. p. LI, VI 921. X 1418. XI 3600, Eph. ep. 7, 1242, CIG. 3610, item nummus*

*Iudaicus ap. Eckhel 6 p. 259, item Tac. a. 12, 1, item fasti Antiates ad 6 Nov., ubi est* Agripp. Iul.*).* Germanici Caesaris et (Vipsaniae) Agrippinae filia natu maxima *Suet. Cal. 7 cf. nummus C. Caesaris cum imaginibus trium eius sororum et inscriptione* Agrippina Drusilla Iulia *(Eckhel 6, 219)*, nata in oppido Ubiorum *Tac. a. 12, 27*, biennio ante Iuliam Livillam *Suet. l. c. (i. e. a. 16, vel fortasse, ut suspicatus est Mommsen Herm. 13 p. 255, a. 15)*, d. 6 Nov. *act. Arv. a. 57. 58. fasti Antiates.* A. 28 nupsit Cn. Domitio Ahenobarbo *Tac. a. 4, 75 cf. 6, 45. 12, 64; Iosephus ant. 20, 8, 1; Plut. Ant. 87; Suet. Ner. 5, Galb. 5; Dio 58, 20*, cui filium peperit a. 37 (postea Neronem appellatum) *Suet. Ner. 6.* A C. Caesare fratre rerum potito et alii honores tam ei quam reliquis sororibus eius habiti, et constitutum, ut eius sororumque mentio omnibus votis et sacramentis adiceretur *Dio 59, 3. 9, Suet. Cal. 15, cf. act. Arv. a. 38 (eph. ep. 5 p. 158, 8 p. 320).* C. Caesar stuprum cum ea exercet *Suet. Cal. 24*, simul etiam M. Aemilius Lepidus *Dio 59, 22, Tac. a. 14, 2.* Hoc propter insidias C. Caesari structas occiso, et ipsa relegatur, prius coacta cineres eius sinu Romam perferre *Dio 59, 22, Suet. Cal. 24. 29, Ner. 6.* Obiectum ei etiam cum Sofonio Tigellino adulterium *Dio 59, 23, schol. Iuv. 1, 155.* Restituta a Claudio *Dio 60, 4 (Zon. 11, 8); Suet. Ner. 6.* Messalina ei infensa *Tac. a. 11, 12. Suet. Ner. 6.* Frustra Galbam ad nuptias sollicitavit *Suet. Galb. 5.* Nupsit Passieno Crispo *Plin. h. n. 16, 242, Suet. Ner. 6*; quem, cum heres ab eo scripta esset, e medio tollendum curavit *schol. Iuvenal. 4, 81 (= Sueton. ed. Reifferscheid p. 89) cf. Hieronymus chron. ad a. Abr. 2054.* Illecebris perfecit, ut ineunte a. 49 a Claudio uxor duceretur *Tac. a. 12, 5 seq., Suet. Claud. 26.* A. 50 Claudio persuasit, ut filium ipsius adoptaret *Tac. a. 12, 25 cf. Iosephus bell. 2, 12, 8.* Augusta dicta a. 50 *Tac. a. 12, 26* (Augusta *tituli VI 921. 20384. X 3600 alii*) A. 54 Claudium veneno interficiendum curat *Tac. a. 12, 66, Suet. Claud. 44, Iosephus ant. 20, 8, 1.* A Nerone primum summa rerum ei permissa *Suet. Ner. 9, Vesp. 4 cf. Tac. a. 13, 2, Dio 61, 3*, postea omni honore et potestate privata *Suet. Ner. 34, Tac. a. 13, 12 seq., Dio 61, 7.* Occisa a. 59 circa tempus Quinquatruum (d. 19 Mart. seq.) *Tac. a. 14, 4. 12, Suet. Ner. 34 cf. Henzen ad act. Arv. p. 77; Iosephus ant. 20, 8, 2, bell. 2, 13, 1, anonymi Octavia 954, Dio 61, 12 cf. Martial. 4, 63, 3.*

426 L. (?) IVLIA APRONIA ALFENA AGRIPPINA *(Luciae praenomen num etiam ad hanc pertineat, non omnino certum)* clarissima puella, soror L. Iuliorum Aproniorum Maenii Avitiani *(supra n. 102)*, Maenii Pii *(supra n. 103)*, Maeniae Salamalliadis, filia fortasse L. Iulii Apronii Maenii Pii Salamalliani *(supra n. 104) t. Lambaesitanus eph. ep. 7, 396 = VIII S. 18271.*

427 L. IVLIA APRONIA MAENIA SALAMALLIAS clarissima puella, soror eius quae praecedit *t. Lambaesitanus eph. ep. 7, 396 = VIII S. 18271.*

428 IVLIA AQVILIA SEVERA AVGVSTA *(sic nummi commatis Romani omnes, cf. Eckhel 7 p. 259, Cohen² 4 p. 373. 380 seq., et plerique municipales,* Aquilia Severa *nummi Alexandriae Troadis ap. Cohen² 4 p. 382 n. 13. 14, aliique nonnulli, item Dio 79, 9).* Virgo Vestalis, ab Elagabalo, cum Iuliam Corneliam Paulam dimisisset, uxor ducta, mox repudiata *Dio 79, 9; Herodian. 5, 6, 2 (qui nomen non ponit);* deinde cum alias plures uxores habuisset, reducta *Dio 79, 9 cf. Zon. 12, 14. Elagabalo nupsisse anno eius quarto (29 Aug. 220/221), fuisse nuptam etiam anno quinto (29 Aug. 221 — 11 Mart. 222) docent nummi Alexandrini; ex nummo Anniae Faustinae, Alexandriae cuso anno Elagabali quarto, sane rarissimo (Mionnet VI p. 365 n. 2555; Greek coins in the British Museum, coins of Alexandria p. 198 n. 1549) videtur colligi posse Aquiliam Severam Anniae Faustinae locum cedere debuisse iam anno quarto, sed mox reductam ese, donec anno quinto rursus Annia Faustina honores Augustae occupavit; cf. Sallet Daten der alex. Kaisermünzen p. 52. 53.*

429 IVLIA AVITA MAMAEA AVGVSTA. Iulia Avita Mamea Aug. *t. urbanus Bull. dell' Inst. 1884 p. 27 = Dessau inscr. sel. 484, t. Hispanus II 3413,* Iulia Mamaea Aug. *nummi paene constanter, item lapides aliquot (in plerisque nomen erasum est),* Iulia Mamaea *Dig. 1, 9, 12,* Iulia Mamea Aug. *II 3413. III 798. 3427. 3639. VIII 2620. IX 963. XIV 125 cet.,* Iulia Mamia *fistulae plumbeae XIV 3037 cum adnot.,* Μαμαία *auctores Graeci,* Mamaea *vel* Mamea *auctores Latini;* Mamm- *pro* Mam- *codices vitae Alexandri c. 26 propter veriloquium ineptum, item nummus unus ap. Cohen² p. 490, 3 qui dicitur esse fabricae Syriacae, idemque lectum esse dicitur in lapidibus II 3393. VII 319. VIII S. 15846. (Alia* Iulia Mamaia *in t. Berytio III S. 6694).*

Filia Iulii Aviti viri consularis *Dio 78, 30* et Maesae, sororis Iuliae Domnae, Soaemiadis soror natu minor *Dio 78, 30 (Zonar. 12, 13), Herodian. 5, 3, 3 (inde vita Macrini 9, 2),* Caracallae consobrina *Ulpian. Dig. 1, 9, 12,* nupta Gessio Marciano procuratori *Dio l. c.,* cum antea nupta fuisset viro consulari; a Caracalla ei concessum ut in consulari dignitate permaneret *Ulpian. l. c.* Ex Marciano (vel, ut postea credi voluit, e Caracalla *Herod. 5, 7, 3 cf. Dio 79, 19, vit. Alex. 5, 3*) filium habuit Bassianum *Dio 78, 39* (Alexianum *Herod. 5, 3, 3*), qui postea Alexander dictus est *Dio 78, 17, Herod. 5, 7, 3.* Filium Caesarem appellatum optime instituendum curat *Herod. 5, 7, 5,* ab Elagabali insidiis protexit *Dio 79, 19, Herod. 5, 8, 2.* Occiso Elagabalo Augusta a filio dicta *Zonar. 12, 15.* Filii loco dominationem exercet *Herod. 6, 1, 5.* Eius ope Ulpianus praefectus praetorio factus *Zos. 1, 11.* Avaritia eius *Herod. 6, 1, 8 c. 9, 8, Victor epit. 24, Zonaras 12, 15 cf. Iulian. Caes. p. 313 A.* Occisa cum filio *Herod. 6, 9, 7, Zosimus 1, 13, Zonaras 12, 15, Amm. Marc. 26, 6, 20.* — Mulier religiosissima, cum An-

tiochiae degeret, Origenem arcessi iussit, ut eius conversatione frueretur *Euseb. h. e. 6, 21,* Christiana *Oros. 7, 18, 7.*

430 Iulia Balbilla comes Sabinae et Hadriani in Aegypto, cum audirent Memnonem mens. Nov. 130; carmina de ea re tunc ab ea composita et in Memnonis crure incisa *CIG. 4725. 4727. 4729–4731 cf. add. vol. III p. 1202 = Kaibel epigr. Gr. 988–992.*

431 Iulia Berenice *(gentilicium exhibet t. Atheniensis)*, Iulii Agrippae regis Iudaeorum filia *t. Atheniensis CIAtt. 3, 556; Iosephus bell. 2, 11, 6, ant. 18, 5, 4,* Cypro nata, Agrippae minoris soror *Ios. l. c.*. a patre Marco Alexandri alabarchae filio collocata *Iosephus ant. 19, 5, 1,* quo defuncto nupsit Herodi patruo, regi Chalcidis *ib.* (regina *Tac. h. 2, 2. 81, Suet. Tit 7,* βασίλισσα μεγάλη *t. Atheniensis*); ei peperit Berenicianum et Hyrcanum *Ios. ant. 20, 5, 2, bell. 2, 11, 6.* Herode quoque defuncto a. 48 diu vidua mansit; denique ut rumores de ipsius cum fratre consuetudine vitaret, nupsit Polemoni qui tum Ciliciae partem habebat, quem tamen mox deseruit (rursus cum fratre mansura) *Ios. ant. 20, 7, 3.* Una cum fratre a. 60 Porcium Festum procuratorem Caesareae convenit *act. apost. 25.* A. 66 cum voti solvendi causa Hierosolymis moraretur, Gessium Florum procuratorem pro Iudaeis imploravit sed frustra *Iosephus bell. 2, 15, 1;* litteras dedit ad Cestium Gallum *ib. 2, 16, 1 (memoratur etiam 2, 17, 1).* Aedes eius Hierosolymitanae a Iudaeis seditiosis incensae *ib. 2, 17, 6.* Bello exorto, una cum fratre ut videtur in castris Romanorum, tam Vespasiano quam Tito grata *Tac. h. 2, 2. 81;* desiderium eius causa fuisse dicebatur Tito, ut iter in urbem susceptum a. 69 omitteret *ib. 2, 2.* Flavianas partes iuvat *ib. 2, 81.* Pro Iusto Tiberiensi apud fratrem intercedit *Ioseph. vita 65.* A. 75 Romam venit cum fratre et in Palatio apud Titum devertit; credebatur Titus eam uxorem ducturus esse, sed conviciis multorum deterritus eam Roma dimisit *Dio 66, 15;* a. 79 cum rursus Romam venisset, rursus dimissa *Dio 66, 18; Suet. Tit. 7.*

432 (Iulia) Berenice, (Iulii) Archelai ex Mariamme, Agrippae regis sorore, filia *Iosephus ant. 20, 7, 1.*

433 IVLIA CALVIÑA Q. f., L. Alfidii Herenniani cos. a. 171 uxor *X 5578.*

434 IVLIA CASSIANA D. f. (Decimi filia Casiana *traditur*) clarissima femina *(sequebatur aut nomen mariti aut domus in apographo corrupta) t. Olisiponensis semel descriptus II 4994.*

435 IVLIA CHILONIS T. f., clarissima femina, coniux Ti. Claudii Gordiani legati Aug. pro pr. prov. Numidiae *VIII 8326.*

436 IVLIA CORNELIA PAVLA AVG. *Sic t. Campanus X 4554,* Ἰουλία Κορνηλία Παῦλα *nummi urbium Graecarum ap. Eckhel 7 p. 258,* Iulia Paula *nummi Romani (ib. et apud Cohen² p. 376 seq.)* itemque Ἰουλία Παῦλα Σεβ. *nummi Alexandrini et aliarum quarundam civitatium,* Κορνηλία Παῦλα *nummus Ephesius ap. Mionnet III p. 113 n. 385, t. Serdensis, arch. ep. Mitth. 1886 p. 238, Dio 79, 9 (Herod. 5, 6 nomen non ponit).*

Uxor Elagabali prima (nobilissima Romanarum *Herod. 5, 6)*, postea repudiata *Dio 79, 9. Una cum Elagabalo repraesentatur in nummis Perinthiorum, ap. Mionnet I p. 410 n. 315, suppl. II p. 429 n. 1344. Honores Augustae ei mansisse usque ad vergentem annum 220 ex Alexandrinis et Tripolitano Phoenices (ap. Mionnet V p. 407 n. 463) probavit Eckhel l. c.; cf. etiam nummis Sallet Daten der alex. Kaisermünzen p. 52, item supra sub Iulia Aquilia Severa.*

437 Iulia Domna, ex testamento Iulii Agrippae primipilaris, patrui maioris, certos fundos ad se pertinere aiebat, Scaevola contra sentiente *Scaevola libro nono decimo digestorum (Dig. 32, 38, 4). Potest esse uxor Septimii Severi (libri digestorum Scaevolae scripti esse dicuntur imp. M. Aurelio).*

438 IVLIA DOMNA AVGVSTA. Iulia Domna *pars nummorum commatis Romani, quam Eckhelius VII p. 198 prioribus regni Severiani annis cusam putat, et plerique municipales, item tituli multi provinciales (etiam ex regno Caracallae)* (Domin- *pro* Domn- *III 3119. 7520*), Domna *nude Oppianus cyneg. 1, 4,* Iulia *scriptores reliqui, item tituli Italici excepto solo VI 1048.*

(Iulii) Bassiani filia *Victor epit. 21. 23,* Maesae soror *Dio 78, 30, Herod. 5, 3, 2 c. 4, 1 c. 8, 3.* Emesa oriunda *Herod. 5, 3, 2 (inde vit. Macr. 9, 1),* Syria oriunda *vit. Sev. 3, 9,* a L. Septimio Severo legato provinciae Lugdunensis uxor expetita, quod in genitura habere dicebatur ut regi iungeretur *vit. Sev. 3, 9, vit. Getae 3, 1,* et accepta interventu amicorum *vit. Sev. l. c. Nupsisse Severo anno ante quam peperit Caracallam videtur indicare vit. Sev. 3, 9; quae de Faustina defuncta a. 175 narrantur ap. Dionem 74, 3, ea Severo non accidisse, sed in somniis visa esse crediderim.* Ex Severo Bassiani, qui postea M. Aurelius Antoninus, post mortem Caracalla dictus est, mater facta est d. 4 Apr. 188 *cf. Dio 78, 6* vel potius 186 *cf. vit. Sev. 4, 6. 16, 3, Wirth quaest. Sever. (diss. Bonn. 1882) p. 20,* quem peperit Lugduni *Victor ep. 21,* et Getae, quem peperit Romae *vit. Sev. 3, 9,* a. 189 *cf. Dio 77, 2.* (Noverca Bassiani *vit. Sev. 20, 2, vit. Get. 73, Vict. Caes. 21, Eutrop. 8, 20, Oros. 7, 18, 2, male, cf. Oppian. cyneg. 1, 4. Dio 78, 24 cet.*). Famosa adulteriis; rea coniurationis, nihilominus a marito retenta *vit. Sev. 18, 8, Victor Caes. 20, 3.* Plautianus eam apud maritum insectatur *Dio 75, 15. 78, 24,* unde coepit sophistis et philosophis operam dare *Dio 75, 15. 77, 18; Philostratus vit. Apoll. 1, 3, vit. soph. 2, 39.* Eius gratia Philiscus Thessalus cathedram Atheniensem obtinuit *Philostr. vit. soph. l. c.;* eius iussu Philostratus vitam Apollonii Tyanensis conscripsit *vit. Apoll. l. c.;* Philostrati epistula ad eam *Philostr. ep. 72.* Plautiani nece laetatur *Dio 76, 4.* In sinu eius Geta occisus *Dio 77, 2 (Zon. 12, 12). 78, 24, Herod. 4, 4, 3, vit. Sev. 21, 7.* Caracallae parsimoniam suadet *Dio 77, 10. 18 (Zon. 12, 12).* Magno in honore habita a Caracalla *Dio 77, 18* (incestum committit cum Caracalla privigno *vit. Carac. 10, 2,*

*Vict. Caes. 21, 3,* nupsit Caracallae privigno *vit. Sev. 21, 7, vit. Carac. 10, 3, Eutrop. 8, 20, Vict. epist. 21, 5, Oros. 7, 18, 2).* Epistularum cura ei commissa a Caracalla *Dio 77, 18.* A. 217 Caracalla contra Parthos profecto Antiochiae resedit *Dio 78, 4, Herod. 4, 13, 8.* Audita morte Caracallae vulnus sibi ipsa inflixit, ex quo paullo post periit *Dio 78, 23 (Zon. 12, 13), Herod. l. c.* Reliquiae primum in Gai et Luci tumulo, postea iussu Maesae sororis in Hadriani mausoleo conditae *Dio 78, 24.*

439 IVLIA DRVSILLA (*sic plene V 5722. XII 1026, praeterea* Drusilla) Germanici Caesaris et Agrippinae filia altera *Suet. Cal. 7,* nata anno ante Iuliam Livillam *ib., i. e. anno 17 vel, ut suspicatus est Mommsen Hermes 13 p. 254, anno 16 exeunte, certe ante d. 22 Mai. 17 cf. Tac. a. 2, 41,* in Germania *Suet. Cal. 8 (cf. Mommsen l. c. p. 252).* Adhuc puella vitiata a C. Caesare fratre *Suet. Cal. 24.* A. p. Chr. 33 nupsit L. Cassio Longino (cos. a. 30) *Tac. a. 6, 15, Suet. Cal. 24.* Huic a C. Caesare rerum potito abducta et in modum iustae uxoris habita *Suet. l. c.* Simul cum ea consuetudinem habuit M. Aemilius Lepidus *Dio 59, 11 (Zon. 11, 5). De honoribus ei et sororibus eius a C. Caesare habitis cf. sub Iulia Agrippina (supra n. 425).* Ludi in honorem eius Cyzici editi *t. Cyzicenus, ap. E. Curtium Monatsberichte der Berl. Akademie 1874 p. 16 = Dittenberger syll. 279.* Δρουσίλλα Σεβαστή *nummus Mitylenensis ap. Eckhel 6 p. 232, Mionnet III p. 49 n. 125; celebratur etiam in nummis Smyrnaeis, ap. Mionnet III p. 221 n. 1232. 1233 cf. Fränkel Zeitschrift f. Numism. 1892 p. 5.* Defunctam eam a. 38 *Dio 59, 19,* C. Caesar immodice et ipse luxit et a subditis lugeri iussit *Seneca cons. ad Polyb. 17, 4–6, Suet. Cal. 24, Dio 59, 10. 11 cf. Philo in Flaccum c. 8 (II p. 525).* Inventus Livius Geminus senator qui vidisse se iuraverit Drusillam in coelum raptam *Senec. apoc. 1, Dio 59, 11.* Diva Drusilla *XI 1168. 3598. XIV 3576, Dessau inscr. sel. 197, act. Arv. (eph. ep. 8 p. 320, 4). Consecratio Drusillae fortasse memoratur in loco actorum Arv. mutilo pertinente ad mens. Oct. a. 38, item in t. Avenionensi XII 1026 (cf. Hirschfeld Wiener Studien 1881 p. 266) sane obscuro.* Dies natalis etiam a. 39 et 40 celebratus *Dio 59, 13. 24.* Flaminica divae Drusillae *V 7345.* Servi eius postea dicti Drusilliani *Plin. h. n. 33, 145 (inde Tertull. de pall. 5); VI 8822.*

440 IVLIA DRVSILLA (*sic plene Suet. Cal. 25, praeterea nomen non ponitur*) C. Caesaris imp. ex Milonia Caesonia filia: ea nata maritum se Caesoniae professus est C. Caesar *Suet. Cal. 25;* nata post trigesimum diem nuptiarum C. Caesaris et Caesoniae *Dio 59, 28 (cf. exc. de sent., Dio ed. Dindorf V p. 188),* in Capitolium portata et Iovi Minervaeque commendata *Suet. l. c., Dio l. c.* Memoratur *Suet. Cal. 42.* Periit statim post caedem patris, parieti illisa *Suet. Cal. 59; Iosephus ant. 19, 2, 4; Plut. Ant. 87; Dio 59, 29.*

441 IVLIA FADILLA Arriae Fadillae et P. Iulii Lnpi cos. filia, soror uterina imp. Pii *vit. Pii 1, 5.*

442 IVLIA FLAVIA HERENNIA CAECILIA HONORATIANA OPTATA clarissima pnella, filia Fl(avii) Pollionis Flaviani *t. Ammaedarensis VIII S. 11536. Cf. sub* Flavia Optata *(supra F 284).*

442ª Iulia Frontina, Sex. f., mater (nescio cuius) *VI 20483. Nomen videtur indicare filiam Sex. Iulii Frontini (supra n. 216).*

443 IVLIA IVLIANA, soror Aspri c[os.?] *(nempe C. Iulii Aspri, filii potius quam patris, id est C. Iulii Galerii Aspri, supra n. 224, filia C. Iulii Aspri supra n. 115) t. agri Tusculani XIV 2517.*

444 IVLIA LIVILLA filia Germanici Caesaris et Agrippinae natu minima. — Iulia *Iosephus ant. 19, 4, 3, Tacitus constanter, Dio 60, 4. 8. 27, schol. Iuv. 1, 155 (ubi traditur* Fulvia) *5, 109, itemque Seneca apoc. 10 et Suet. Cl. 29* Iuliae *de hac et Drusi f.; praeterea nummus C. Caesaris Aug., in cuius aversa sunt tres eius sorores* Agrippina Drusilla Iulia *(Eckhel 6, 219), et nummi Mytilenenses cusi imperante C. Caesare cum inscriptione* Ἰουλίαν νέαν Γερμανικοῦ *(cf. infra); denique tituli servorum eius VI 3998. 4352. 10563.* — Livilla *Suet. Cal. 7, Dio 59, 2, itemque titulus rep. in mausoleo Augusti VI 891, item t. servorum VI 8711 (ubi noli intelligere Livillam Germanici sororem, damnatae memoriae tunc cum hic t. positus est).*

Nata a. p. C. 18 Lesbi *Tac. a. 2, 54 (natam esse exeunte a. 17 suspicatur Mommsen Herm. 13 p. 254); inde ab hoc tempore puto Lesbiis dicta* Ἰουλία νέα *(nummi Mytilenenses ap. Eckhel 6 p. 233, Mionnet III p. 149 n. 123. 124).* Nupsit M. Vinicio a. 33 *Tac. a. 6, 15 cf. Ioseph. ant. 19, 4, 3, Dio 60, 27, schol. Iuv. 1, 155.* A C. Caesare fratre una cum reliquis sororibus honoribus affecta et dilecta *Suet. Cal. 15. 24, Dio 59, 3.* Propter adulterium commissum cum M. Lepido in insulas Pontias relegata *Dio 59, 22, Suet. Cal. 24.* Restituta a Claudio *Dio 60, 4 (Zonar. 11, 8).* Impulsu Messalinae criminibus ei structis (in his adulterii cum Seneca commissi *schol. ad Iuvenal. 5, 109, Dio 61, 10, cf. Tac. a. 13, 42*) relegatur *Dio 60, 8 cf. Tac. a. 14, 63,* mox occiditur *Seneca apoc. 10, Suet. Cl. 29, Dio 60, 8. 27.*

445 IVLIA LVCILLA clarissima femina *VII 1054. Alia* Iulia Lucilla L. Inlii Iuliani patroni municipii Ocriculanorum filia *t. Ocriculanus Grut. 422, 9.*

446 IVLIA MAESA (Maesa sive Varia *vit. Macr. 9, 1,* Varia *vit. Elag. 10, 1. 12, 3. 31, 4, vit. Alex. 1, 2*), Iuliae Domnae soror, Iulii Aviti *(supra n. 122)* uxor, Iuliarum Soaemiadis Bassianae et Avitae Mamaeae *(supra n. 429)* mater *Dio 78, 30 (Zon. 12, 13), Herod. 5, 3, 2 (inde vit. Macrini 9, 1); filia ut videtur Iulii Bassiani cf. supra n. 130.* Emesa oriunda *Herod. l. c., vit. Macrin. l. c.* Una cum sorore Romae

degit in Palatio *Herod. 5, 3, 2 c. 5, 1. 8, 3. (Mentionem Maesae adhuc privatae extare in t. Cremnensi Pisidiae III 304 mutilo aliquando creditum est, non recte, cf. III S. 6874).* A. 217 a Macrino iussa Emesam secedere *Herod. 5, 3, 2.* Nepotem ex Soaemiade Caracallae filium esse praedicans studia militum in eum provocat *Herod. 5, 3, 10.* Inscia ea mense Mai. 218 nepos eius Augustus salutatus *Dio 78, 31.* Pugna contra Macrinum apud Antiochiam commissa, milites fugientes retinet *Dio 78, 38. Post victoriam nepotis* Augusta, avia Augusti *act. Arv. 30 Mai. et 14 Iul. 218; VIII 2564. XI 3774 cf. X 6002.* Iuliae Domnae et Getae ossa in Antoninorum mausoleo condenda curat *Dio 78, 24.* Elagabalum tam in castra quam in curiam comitatur *vit. Elag. 12, 3 cf. Dio 79, 17.* Elagabalum a peregrino luxu dehortatur *Herod. 5, 5, 5; vit. Elag. 31, 4.* Cum Elagabalus se omnibus invisum fecisset, imperium in alterum nepotem, Alexandrum dictum, transferendum curat *Dio 79, 19, Herod. 5, 7, 1 seq. c. 8, 3 seq. (nominatur una cum Alexandro et Mamaea in t. urbano Bull. dell' Inst. 1884 p. 27 = Dessau inscr. sel. 484).* Non multo postea moritur et consecratur *Herod. 6, 1, 4 (de tempore non constat; nummi Alexandrini Maesae procedunt ab anno secundo usque ad quintum, sed Elagabali ut videtur, non Alexandri, cf. Sallet Daten der alexandrinischen Kaisermünzen p. 54).*

447 IVLIA MAGIA uxor P. Pomponii Corneliani consularis *t. agri Veronensis V 3243. 3318.*

448 IVLIA MAGNILLA (Menila *tegulae, rustice scriptae*) memoratur una cum Pomponia Musa, uxor ut videtur eius *t. Veliternus X 6584; tegulae urbanae XV 1375. Memoratur etiam in titulo dispensatoris XIV 3716.*

— IVLIA MAMAEA AVGVSTA *v.* IVLIA AVITA MAMAEA AVGVSTA.

449 IVLIA NEPOTILLA clarissima femina, T. Flavii Secundi Philippiani uxor *t. Lugdunensis Orell. 922 = Allmer et Disnard musée de Lyon I p. 128 (vidit Hirschfeld).*

450 IVLIA NOBILIS C. Iulii Montani *(supra n. 292)* filia *t. Capenas XI 3884.*

451 IVLIA PELAGIA clarissima femina, uxor M. Calpurnii Eregentii viri perfectissimi, patroni coloniae Aquinatium *t. Aquinas (semel tantum descriptus) X 5395. Videtur Diocletiano recentior.*

452 IVLIA PROCILLA uxor Iulii Graecini, mater Agricolae *Tac. Agr. 4.* Interfecta ab Othonianis *ib. c. 7.*

453 IVLIA PROCVLA clariss(ima) p(uella), soror Iulii Gaetulici *VIII 8421.*

454 IVLIA PROCV[LI]NA, uxor T. Aquillii Proculi cos. *X 1699.*

455 Iulia Rufilla Augurina, C. f., neptis Neratiae Rufinae *t. Saepinas IX 2459.*

456 Iulia Severa Ti. f. *fistula plumbea ap. Lancianium syll. aq. n. 514 (e cod. Vat.).*

457 IVLIA SOAEMIAS BASSIANA AVGVSTA. Iulia Soaemias Bassiana = Ἰουλία Σοαιμιὰς Βασσιανὴ *t. Veliternus X 6569 ab ea privata positus*

*(in titulis positis ei imperante filio nomen legi non potuit)*, Iulia Soaemias Augusta *vel* Aug. *nummi commatis Romani constanter*, itemque Ἰουλία Σοαιμιάς *nummi Alexandrini et complurium Asiae civitatium*, Ἰουλία Συαιμιάς Σε. *nummus Germensium Mysiae, Brit. Mus. catal. Mysia p. 68 n. 33*, Ἰουλία Σεμιάς Σεβ. *nummi Tripolitanorum Phoenices ap. Mionnet V p. 407 n. 464–467, suppl. VIII p. 295 n. 272*, Suaemias Augusta *nummus Sebastenorum ap. Mionnet suppl. VIII p. 358 n. 113* Ἰουλία Σοαιμία Σεβ. *nummi Samii ap. Mionnet III p. 289 n. 206. 207*, Ἰουλία Συαιμία *nummus Ephesius ap. Leake num. hell. p. 57*, Ἰου. Σουαιμίς *nummi Nysaeorum Cariae ap. Mionnet III p. 369 n. 387, Odessitanorum Thraciae ib. suppl. II p. 356 n. 917*, Ἰου. Συαιμίς *nummi Byzantii ap. Mionnet suppl. II p. 265 n. 373–375, item Brit. Mus. cat. Thracia p. 164 n. 191*, Iul. Suemis *nummus Diensium Macedoniae (ap. Cohen² 4 p. 390, 23)*, Ἰουλία Σοαιμίς *nummus Cibyraticus ap. Imhoof griech. Münzen 731, 660*, Σοαιμίς *Dio et Herod.*, Soemea *Victor epit. 23*, Symiaseram *codex antiquissimus Eutropii 8, 22*, Symia syra *alii codices eiusdem*, Symiamyra *vit. Macrini 9, 2*, Symiamira *vit. Elagabal. 2, 1. 4, 4. 14, 4. 18, 2. — Soaemiadis nomen praeterea quantum scio nondum repertum, non rari in Syria Soaemi vel Sohaemi, quorum unus Emesae, unde oriunda fuit mater Soaemiadis (cf. sub Iulia Maesa) etiam regnaverat (Ioseph. ant. 20, 8, 4).*

Iulii Aviti viri consularis *Dio 78, 30* et Iuliae Maesae, sororis Iuliae Domnae, filia *Dio l. c. (Zon. 12, 13), Herod. 5, 3, 3, vit. Macrini 9, 2*, Caracallae consobrina *Victor. epit. 23*, Sex. Varii Marcelli uxor *t. Veliternus X 6569, Dio l. c.*, et ex eo mater complurium liberorum *t. Veliternus*, mater Aviti *Dio* (Bassiani *Herod.*), qui postea Caracallae filius dictus est *Dio 78, 31, Herod. 5, 3, 19, vit. Elagab. 2, 1, Eutrop. 8, 22, Victor epit. 23.* Clarissima femina *t. Veliternus.* Mariti defuncti ante annum 217 ossa sarcophago condidit prope Velitras *t.* Cum Gannye filii educatore incestum eius commercium *Dio 79, 6.* — A. 218 cum filium eius exercitus Augustum salutavisset, pugnae apud Antiochiam commissae una cum matre interfuit *Dio 78, 38.* Augusta *nummi; Herod. 5, 8, 8.* Una cum filio senatum ingreditur *Dio 79, 17 cf. vit. Elag. 18, 3*, scribendo adest *vit. Elag. 4, 2;* castra praetorianorum ingreditur *Herod. 5, 8, 8, vit. Elag. 14, 4.* Occisa cum filio *Dio 79, 20 (Zon. 12, 14), Herod. 5, 8, 8, vit. Elag. 18, 2, Eutrop. 8, 22.*

458 IVLIA TERTVLLA (L.) Iulii Marini (Caecilii Simplicis) *(supra n. 274)* uxor *t. Lycius CIGr. 4238ᶜ.*

459 IVLIA VALENTILLA consularis femina (ὑπ[ατι]κή) *t. Lydius Lebas-Waddington 705 ad exemplum Wageneri (exemplum Lebasii corruptum est) non certae lectionis (nomen ita ut supra legit Wagener, ap. Waddington l. c.;* ΙΘΥΜΙΑΜ ΟΥΑΛΛΟΝΤΙΛΛΑ *Lebas).*

460 Iulia Vestina: procurator eius *VI 9835. Fortasse mulier nobilis, pertinens ad Iulios Vestinos supra n. 408–410.*

— IVLLVS ANTONIVS *v. sub* Anton-.

— SOSIA IVNCINA.

— L. Baebius Aurelius Iuncinus.

— L. Baebius Iuncinus.

461 Iuncus, magistratus ut videtur Romanus ('I[ο]ῦγκ[ος ὁ στρατηγὸ]ς (?) μ[ετ]ὰ τῶν συνεδρευόντω[ν] *v. 4,* ['Ι]οῦγκος *v. 20) t. Atheniensis CIAtt. III 70 v. 4. 20 antiquitatis affectatae, scriptus, ut probare studuit Neubauer, inter annos 145–150, anno 143/4, ut coniecit Dittenberger, qui hunc Iuncum propter aetatem diversum putat a L. Aemilio Iunco legato in Achaia temporibus Hadriani (supra A 235).*

462 IVNCVS VERGILIANVS *(sic Tac.,* Iunius *traditur ap. Senecam)* praetorius *(sic Seneca,* senator *Tac.)* occisus a. 48 inter conscios nuptiarum Silii et Messallinae *Tac. a. 11, 35 cf. Seneca apol. 13.*

— AEMILIVS IVNCVS.

— L. AEMILIVS IVNCVS.

— TI. CLAVDIVS IVNCVS.

— (M. IVNIVS) IVNCVS.

— M. Iunius Iuncus Maior (*vel* maior).

463 M. Iunianius (*vel* Iunianus) Iustinus *(tria nomina casu genetivo solus exhibet codex Laurentianus 66, 21 passim, cf. Ruehl Textesquellen des Justinus p. 5)* Pompeii Trogi historias Philippicas in compendium redegit, quod extat; fecit id cum per otium in urbe versaretur *praef. 4 (plerumque igitur negotiis vel officiis extra urbem occupatus). Videtur vixisse saeculo p. Chr. altero, cf. Teuffel Lit. 258, 7. — Vix ad hunc pertinet* Ti. Iulius Iustus Iunianus nobilis Ancyranus *arch. ep. Mitth. 9 p. 117.*

464 IVNIANVS praetor: ei respondit Papinianus de causa aliqua dotali *Ulpianus Dig. 23, 4, 2. Ab hoc puto diversus* Iunianus (Iunianius *cod.)* cui respondit Ulpianus de testamento quodam *Dig. 32, 68.*

— [COR]NELIVS VALENTI[NVS H]ONESTIANVS IVNIANVS.

— D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTITVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS.

— P. IVLIVS IVNIANVS MARTIALIANVS.

— C. MEVIVS DONATVS IVNIANVS.

— M. VALERIVS IVNIANVS.

464ª Iunior, poeta: eius epigramma in Venerem dedicatam a puella, quae quondam fuerat Drusi *(senioris puto)* et uxoris eius *(Antoniae)* delicium *Kaibel ep. Gr. 810 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 889 cf. Rubensohn Jahrb. f. cl. Phil. 139 (1889) p. 774. Diversus videtur a Lucilio Iuniore amico Senecae cf. Rubensohn l. c. p. 777.*

465 . . IVS . . . . . . [IV]NIOR (?) M. f., tribu V. . . . *(sed* V *potest etiam superesse ex altero cognomine)* [legatus Aug. pro pr. provinciae] Lyciae [et Pamphyliae], . . . . . . . [proconsul?] provinciae Asiae; fetialis *t. mutilus Antiatinus VI 1556 = X 6663.*

Digitized by Google

— Q. CAMVRIVS NVMISIVS IVNIOR.
— T. CL(AVDIVS) ME..... [P]RISC(VS) RVF[INVS] IVN(IOR).
— Lucilius Iunior.
— Petronius Iunior.
— CN. PETRONIVS PROBATVS IVNIOR IVSTVS.
— P. STATIVS PAVLLVS POSTVMIVS IVNIOR.
— Terentius Iunior.
— L. TERENTIVS HOMVLLVS IVNIOR.

466 IVNIVS senator; eius aedes sita in monte Caelio *Tac. a. 4, 64.*

467 IVNIVS legatus M. Aurelii Cari (eius qui postea imperavit) proconsulis Ciliciae *epistula ficticia, vita Cari 4.*

468 Iunius a Druso Libone temptatus, ut umbras infernas carminibus eliceret, rem defert *Tac. a. 2, 28.*

468a Iunius parasitus, eques Romanus *Suidas s. v.* Ἰούνιος *et* φαγεῖν ζῶν *= Aelian. fr. 109 Hercher.*

469 D. IVNIVS ... cos. suff. a. 145 cum Cn. Cornelio Proculo *act. Arv. (Eph. ep. 8 p. 333).*

470 M. IVNIVS legatus Cappadociae a. 114 *Dio 68, 19 (exc. Urs.). Videndum num nomen recte traditum sit.*

— L. IVNIVS ANNAEVS GALLIO *v.* L. IVNIVS GALLIO.

471 (Q.?) IVNIVS ARVLENVS RVSTICVS (Iunius Rusticus *Suet. Dom. 10;* Arulenus Rusticus *Tac. Agr. 2, hist. 3, 80, Plinius ep. 1, 5, 5. 1, 14, 2;* Rusticus Arulenus *Tac. a. 16, 26; Plin. ep. 1, 5, 2, Dio 67, 13;* Rusticus *Plut. de curios. 15, Tac. Agr. 45, Plin. ep. 3, 11, 3. 5, 1, 8, Dio 67, 16;* Q. Aru .... *XIV 245, sed hunc significari non est certum, cf. infra).* Frater Iunii Maurici *Plin. ep. 1, 14 cf. 2, 18.* Tribunus pl. a. 66 paratus intercedere iudicio de Thrasea, incepto destitit *Tac. a. 16, 26.* Praetor a. 69; legatus missus ad exercitum Flavianum vulneratur *Tac. h. 3, 80 cf. Plin. ep. 1, 5, 2.* Philosophiae studiosus, sectae Stoicae addictus *Dio 67, 13 cf. Plin. ep. 1, 5, 2.* Eum colit Plinius adulescens *Plin. ep. 1, 14, 1;* idem rogatu eius defendit Arrionillam *id. 1, 5, 5.* Audit Plutarchum Romae docentem *Plut. de curios. 15 (p. 522 D.).* Edit laudes Paeti Thraseae, ob quam rem reus capitis damnatur *Tac. Agr. 2; Suet. Dom. 10; Dio 67, 13 cf. Plut. l. c.; Plin. ep. 1, 5, 2. 3, 11, 3. 5, 1, 8,* non ante a. 93 *Tac. Agr. 45.* Liber ille publice crematus *Tac. Agr. 2. Fortasse eodem iudicio, quo damnatus Rusticus, relegata (Verulana) Gratilla, Plin. ep. 5, 1, 8 cf. 3, 11, 3, quae ideo a nonnullis (cf. Tillemont II p. 106) putabatur fuisse eius uxor (non recte dicta Pomponia Gratilla, propter male editum Plin. ep. 5, 1, 1).* Imago eius in somniis occurrit Domitiano paulo ante mortem *Dio 67, 16.* Laudes eius *Tac. h. 3, 80; Plin. ep. 1, 14. 2, 18.* Filiis eius praeceptor quaeritur *Plin. ep. 2, 18,* filiae maritus *id. 1, 14. (Hunc esse amicum Dionis Chrysostomi a Domitiano occisum, de quo ille verba fecit nomine non posito or. XIII 1 p. 418 Reiske, nonnulli*

*coniecerunt). — Fortasse non diversus* Q. Aru... consul suff. ex k. Sept. a. 92 cum C. Iulio Silano *fasti Ostienses XIV 245. Incertum num ex servis eius Caesaris aliquis servus* Rusticianus *VI 25997 = Fabrett. 308, 314. Item incertum, num ex posteris eius Q. Iunius Rusticus (infra n. 535). Ficticius est t. (ad hunc a nonnullis relatus) Orell. 1190* L. Iunii Rustici philosophi stoici *cf. C. VI 5, 2135**.

472 IVNIVS AVITVS, adulescens, familiaris Plinii, in cuius domo latum clavum sumpserat et a quo in honoribus petendis fuerat adiutus *Plin. ep. 8, 23.* (Aut ad hunc ad aut Iulium Avitum scripsit Plinius *ep. 2, 6*). Amicus Dasumii qui eius meminit in testamento scripto a. 108 *VI 10229 v. 20.* Tribunus militum in Germania sub L. Iulio Urso Serviano cum quo ex Germania in Pannoniam transiit *Plin. ep. 8, 23.* Quaestor complurium consulum *Plin. ib.* Decessit aedilis designatus superstitibus matre uxore filia *Plin. ib.*

473 L. IVNIVS AVRELIVS NERATIVS GALLVS FVLVIVS MACER, L. f., tribu Gal., clarissimus iuvenis, tribunus militum legionis XI Claudiae Piae fidelis *t. urbanus VI 1433.* Mater Fulvia Prisca *ib.*

474 IVNIVS BALBVS consularis, maritus Maeciae Faustinae Gordiani senis filiae *v. Gordian. 4, 2.*

475 C. Iunius Balbus, subpraefectus vigilum a. 203 *VI 220.*

476 Iunius Bassus homo dicax, asinus albus vocatus puero Quintiliano *Quint. inst. 6, 3, 27. 57. 74.*

477 IVNIVS BLAESVS frater Q. Iunii Blaesi *(infra n. 480)*, et ipse consul suffectus (paullo post a. 28?), periit una cum eo a. 36 *Tac. a. 6, 40. Cf. sub fratre.*

478 IVNIVS BLAESVS *nepos ut videtur eius qui sequitur, filius alterius ex eius filiis.* 'Genere illustri, largus animo et par opibus' *Tac. h. 2, 59;* inter maiores numerabat etiam Antonios *ib. 3, 38.* Legatus provinciae Lugdunensis a. 69 Vitellii partibus accedit *ib. 1, 59;* ipsum Vitellium comiter excipit *ib. 2, 59.* Eodem anno Romae veneno peremptus *ib. 3, 38. 39.*

479 Q. IVNIVS BLAESVS. *Tessera plumbea rep. in monte Eryce edita a Garruccio bull. arch. napoletano nov. ser. 1 (1853) p. 87 (si huius est, non filii).* Q. Iunius Blaesus *tessera*, Iunius Blaesus *vel* Blaesus *scriptores; in consulatu* Q. Iunius Blaesus *fasti Ant.*, Q. Iunius *VI 4418*, Q. Iun. *tessera gladiatoria CIL I p. 201 z = X 8070, 4 (in fastis Capitolinis nomen periit).*

Avunculus Seiani *Tac. a. 3, 35. 72. 4, 26 cf. Velleius 2, 127.* Proconsul Siciliae *tessera plumbea.* Consul suffectus ex k. Iul. a. p. C. 10 cum Ser. Cornelio Lentulo Maluginense *fasti Antiates cf. praeterea supra.* Legatus pro pr. Pannoniae a. 14 *Tac. a. 1, 16; Dio 57, 4. Cf.* .... Bl[a]esus leg. pro pr. *t. Dalmaticus III 6407 ab uno tantum auctore (Alacevicio) descriptus, qui si huius est, simul etiam per aliquod tempus Dalmatiam rexit.* Seditionem militum vix coercet *Vellei. 2, 125; Tac. a. 1, 16, 18, 19. 21. 22. 23; Dio l. c.* Anno 21

citra sortem proconsul Africae creatus *Tac. a. 3, 35.* Anno 22 provincia ei prorogata *ib. c. 58.* Rem bene gerit contra Tacfarinatem, fratrem eius capit *ib. c. 73. 74 cf. 4, 23;* propterea ornatus ornamentis triumphalibus, imperator quoque appellatus *Vellei. 2, 125; Tac. a. 3, 72. 74 cf. 4, 26.* Periisse videtur paullo post Seianum a. 31; in mortuum eum invectus est Tiberius *Tac. a. 5, 7. — Aut huius aut filii nepotisve servus* Anthus Q. Iuni Blaesi *signaculum Pompeianum X 8058, 4. Incertum num unius ex his servus* Musa Iuni B. *signaculum Pompeianum X 8058, 55.*

480 Q. IVNIVS BLAESVS filius eius qui praecedit *(natu maior, quippe qui patris praenomen habuerit);* aut is aut frater *(supra n. 477)* tribunus militum in exercitu Pannonico a. 14 *Tac. a. 1, 19. 29;* a. 22 in Africa sub patre partis copiarum ductor (fortasse patris legatus) *ib. 3, 74.* Consul suffectus cum L. Antistio Vetere mense Dec. anni p. Chr. 28, ex kal. Nov. ut videtur *VI 10293 fragmentum tabulae qua recensebantur inlationes mortuorum factae in monumentum aliquod anno 29 et ante eum annum (de anno recte statuit Borghesius opp. 4 p. 450; noli cogitare de a. 27, nam anno integro nullas inlationes mortuorum factas esse in monumentum illud non est probabile). Hic et frater* consobrini Seiani consulares, quos memorat *Vell. 2, 127 (frater consulatum adeptus esse putandus est paullo post a. 28). Hic ut videtur* Iunius Blaesus consul cum Lucio aliquo *(certe alium Iunium Blaesum in consulatu Lucii collegam non novimus)* fautor Asconii Pediani, ad cenam vocatus a M. Gavio Apicio, in ipso consulatu ut videtur *(sed cum annorum tunc sexaginta fuisse, quo ducunt verba a Suida tradita, non crediderim) Suidas s. v.* Ἀπίκιος Μᾶρκος *(= Aelian. fr. 110 Hercher; cf. Hirzel mus. Rhen. 43, 1888 p. 315).* Periit sua manu a. 36 una cum fratre, cum Tiberius sacerdotia eis destinata in alios contulisset *Tac. a. 6, 40.*

481 Iunius Brocchus sub Claudio Gothico Illyricum tuens *vit. Claudii 8 (nomen puto ficticium).*

482 L. IVNIVS CAESENNIVS PAETVS. *Quattuor nomina exhibet triptychon Pompeianum ap. Mommsen Herm. 23, 1888 p. 159 et apud de Petra atti dell' Accademia napoletana di archeologia 14 (1890) p. 17 seq.,* L. Caesennius Paetus *VI 597, praeterea* Caesennius Paetus. — Consul cum P. Calvisio Rusone mense Martio, a. inc., sed non post Vespasianum *(cum triptychon Pompeiis repertum sit) VI 597; triptychon Pompeianum. Eundem esse multi crediderunt L. Caesennium Paetum, qui fasces cepit k. Ian. a. 61 cum P. Petronio Turpiliano, statuentes Turpilianum solito maturius consulatu abiisse (cf. Tac. a. 14, 39) et in eius locum suffectum P. Calvisium Rusonem (Borghesius opp. 3 p. 359, Mommsen eph. I p. 74, quos secutus sum ego ad XIV 2830); sed obstat quod tam Calvisius Ruso quam Caesennius Paetus proconsules Asiae fuerunt sub Domitiano; parum enim est veri simile duos ex consulibus anni 61 post*

*viginti demum aut plures annos ad proconsulatum pervenisse (ut monuit C. Mancinius atti dell' Accademia napoletana di archeologia 13, 1887/9 part. II p. 179). Videtur igitur consul suffectus fuisse ex kalendis Martiis a. inc. sub Vespasiano. Fortasse fuit filius L. Caesennii Paeti consulis a. 61, tribunus militum sub Corbulone a. 63 (Tac. a. 15, 28), aut alter filius eiusdem adhuc parvulus anno 62 (Tac. a. 15, 10). — Vix hic, sed potius consul anni 61* legatus Syriae sub Vespasiano *Iosephus bell. 7, 3, 4,* anno 72/3 *ib. 7, 7, 1.* Maritus Flaviae Sabinae *XIV 2830 (hic quoque potest cogitari de consule a. 61).* — Proconsul Asiae sub Domitiano *nummi Ephesii ap. Eckhel 2, 519. 557, Waddington fastes n. 107; t. Mylasenus, ap. Lebas-Waddington n. 358.*

483 D. IVNIVS CARVS sodalis Augustalis cooptatus a. 115 *VI 1984.* — D. Iunius Karus *fistula plumbea rep. Lorii XI 3741.*

484 Q. IVNIVS CATVRICVS FAVSTINVS vir clarissimus, 'orator, pius in suis parentibus, memoria potens(?)', vixit annos XLIII et menses aliquot *VI 1434.*

485 Iunius Cilo (Colo *traditur ap. Tac.*) procurator Ponti et Bithyniae, a. 49 consularibus ornamentis ornatus *Tac. a. 12, 21.* Repetundarum accusatus a provincia, sed frustra *Dio 60, 33.*

486 M. (Iunius) Columella, patruus L. Iunii Moderati Columellae *Colum. de re r. 2, 15, 4,* diligentissimus agricola Baeticae provinciae *ib. 5, 5, 15,* Gaditanus ut videtur *ib. 7, 2, 4; cf. 12, 21, 4. 40, 2. 44, 5.*

— Aelius Iunius Cordus.

487 Iunius Crassus Oeensis, testimonium dixit in Apuleium artis magicae accusatum *Apulei. apol. c. 57–60.*

487ᵃ Iunius Crispus medicus *Marcellus empir. c. 23, 9.*

488 Iunius Diophantus: epistula qua Pomponium consuluit *Pomponius Dig. 4, 4, 50.*

489 C. IVNIVS DONATVS (Iunius Donatus *laterculus praefectorum urbis; in consulatu* C. Iunius Donatus *XI 5750,* Iunius Donatus *XI 5748,* ...unius Donatus *t. in urbe rep. Bull. dell' Inst. arch. 1885 p. 184, praeterea* Donatus) praefectus urbi a. 257 *laterculus praefectorum urbis apud chronographum a. 354.* Consul II *(iterationis nota extat solum in titulis tribus supra laudatis)* ordinarius a. 260 cum P. Cornelio Saecnlare II *fasti.*

490 C. IVNIVS FAVSTINVS POSTVMIANVS. *Tituli VIII 597 (1); VIII 11763 [= Eph. ep. V 270] mausolei positi a filiis (2).* .. [I]unius Faustinus ... a .. dus (*an* [Pl]a[ci]dus?) Postumianus *t. 1,* C. Iunius Faus[ti]nus Postumianus *t. 2.* Clarissimus vir *t. 1.* D[ec]emvir stlitibus iud[icandis], [qu]ae[s]tor provinc[iae] ..., [trib]unus p[lo]b. candida[tus], [leg. pr]ovinciae .... [dio]eceseos ....., praetor [c]andi[datus], [i]u[r]idicus [pe]r Aemiliam [e]t Etruriam *(an* Liguriam? *cf. Mommsen Staatsr. II² p. 1085 not. 8)* et Tusciam, [legatus legi]onis ... ma .. e v[ictri]cis [piae f]id[eli]s(?), [legatus] Augustorum duorum pr. pr. provinciae Luse-

tani[ae], [leg.] Augustorum duorum pr. pr. provinci[ae Bel]gica[e], leg. Augustorum duorum pr. pr. provinciae Mysiae inferior[is] *t. 1.* Consul (suff. a. inc.) *t. 1. 2;* adlectus inter co[mit]es Augustorum duorum; sacerdos [F]lavialis Titialis *t. 1.* Praeses provinciaru[m His]pani[ae] et Britanniae *t. 2.* Filii Iunii P[l]ac[id]us (*vel* [Fl]ac[c]us) et Paulina *t. 2.*

491 C. Iunius Flavianus. *T. urbanus VI 1620 (1); fragmentum Lugdunense, Grut. 495, 11, ad hunc coniectura relatum a Reniero in editione libri Sponiani de antiq. Lugdun. 1857 p. 303 (2). Nomen exhibet t. 1.* C. f. *t. 1.* Tribu Quir. *t. 1.* Tribunus militum legionis VII Geminae *t. 1 cf. t. 2.* Promagister vicesimae hereditatium *t. 1 cf. t. 2;* procurator Alpium maritimarum *t. 1. 2;* procurator Hispaniae citerioris per Asturicam et Callaeciam *t. 1 cf. t. 2;* procurator hereditatium *t. 1;* procurator provinciarum Lugdunensis et Aquitanicae, procurator a rationibus, praefectus annonae *t. 1.* Pontifex minor *t. 1.*

492 IVNIVS GALLIENVS vir clarissimus, p. p. (= pater patrum? *Klebs*), pontifex dei Solis invicti *t. Lavinas XIV 2082.*

493 IVNIVS GALLIO senator a. 32, meditata adulatione cum Tiberium offendisset, statim curia, mox Italia pulsus *Tac. a. 6, 3; Dio 58, 18.* — Declamator sui temporis celeberrimus *Seneca contr. 10 pr. 13, cf. Hieronymus comm. ad Iesai. lib. 8 praef.* Amicus Ovidii *Seneca suas. 3, 7* qui eum consolatur de morte uxoris *Ovidius ex P. 4, 11;* amicus Senecae rhetoris ('Gallio noster' *suas. 3, 6, contr. 2, 1, 33. 5, 11. 13. 7 pr. 6*) et filiorum eius (*contr. 10 pr. 8*), quorum natu maximum adoptavit (*cf. sub eo qui sequitur*). *Sententiae colores divisiones eius passim apud Senecam rhetorem cf. Quintil. inst. 9, 2, 91; Tac. dial. 26.* Scripsit etiam de arte rhetorica *Quintil. 3, 1, 21.*

494 L. IVNIVS GALLIO (*vel* L. IVNIVS ANNAEVS GALLIO, *antea* Annaeus Novatus). — L. Iunius Gallio *Dio 60, 35, item tabula cerata Pompeiana infra memorata,* Iunius Gallio *Tac. a. 15, 73; Hieronymus ad a. Abr. 2080,* Gallio *Seneca iunior de vit. beata 1, 1, nat. q. 4 praef. 10. 5, 11, 1, ep. 104, 1; Columella 9, 16, 2; Plin. h. n. 7, 55; Stat. silv. 2, 7, 32; Tac. a. 16, 17; act. apost. 16, 12; Hieronymus ad a. 2084.* — Frater Annaeorum Senecae et Melae *Tac. a. 16, 17,* frater Senecae *Seneca nat. q. 4 praef. 10; dial. 7, 1, 1; Dio l. c.; Hieronymus l. c., idem igitur sine dubio* Annaeus Gallio *Plin. h. n. 31, 62; item idem* Novatus Senecae rhetoris filius natu maximus (*cum ante Senecam et Melam nominetur*) *Seneca rhetor contr. 1 pr. 1, 2 pr. 1, 3 pr. 1, 4 pr. 1, 7 pr. 1, 9 pr. 1, 10 pr. 1,* Novatus *etiam Seneca iunior de ira (dial. 3, 1, 1. 4, 1, 1. 5, 1, 1. c. 39, 1), adoptatus scilicet a Iunio Gallione qui praecedit.* — Ei Castellanus libertus admodum similis *Plin. n. h. 7, 55.* De valitudine eius *Plin. h. n. 31, 62 cf. Seneca ep. 104, 1.* Ab adulatione quam maxime alienus *Seneca nat. q. 4 praef. 10.* Ei Seneca dedicat libros de ira *dial. 3, 1, 1. 4, 1, 1. 5, 1, 1,* de vita beata *ib. 7, 1, 1.* — Honores consecutus antequam Seneca ex exilio rediret, id est ante

a. 49 *Seneca dial. 12, 18, 2.* Proconsul Achaiae a. 52 *act. apost. 18, 12 cf. Seneca ep. 104, 1.* Dictum eius de consecratione Claudii *Dio 60, 35.* Consul (suff. a. inc.) *Plin. h. n. 31, 62. Consulatus huius mentio superest in tabula cerata Pompeiana, ap. Petram n. 115, in cuius pag. 5 tria L. Iunii Gallionis nomina legit Zangemeister; collegae nomen legi non potuit. (Falsa de hac tabula refert C. Mancini atti dell' accad. napol. di archeologia 11, 1882/3 part. I p. 139/140).* Post interitum Senecae fratris et ipse periclitatur *Tac. a. 15, 73.* Periit *Dio 62, 25,* sua manu *Hieronymus ad a. 2080.* — Egregius declamator *Hieronymus ad a. 2080 confundens eum cum patre adoptivo.* Eius hortatu Columella librum decimum versibus conscripsit *Colum. 9, 16, 2.* Memoratur *Stat. silv. 2, 7, 32.* — *Eius filia* Novatilla *Seneca dial. 12, 18, 7.*

495 M. IVNIVS HERMOGENES frater Arvalis a. 220 *act. Arv.*

496 IVNIVS (H)OMVLLVS (Iunius Omullus *XII 3168*, .... mullus *II 3415*), legatus consularis Hispaniae Tarraconensis *II 3415. XII 3168 (cum nota Waddingtonii ad Borghesii opp. 8 p. 417 not. 6), temporibus Hadriani, ut ex mentione T. Pomponii Proculi Vitrasii Pollionis in t. XII 3168 colligitur.*

497 IVNIVS IVLIANVS proconsul (Siciliae) *t. Syracusis rep. X 7127. Fortasse idem* Iunius Iulianus *tegulae urbanae CIL XV 488 seq.*

498 (M. IVNIVS) IVNCVS quaestor, tribunus plebis, praetor; uxor Satria L. f. *VI 3837 b.*

499 M. Iunius Iuncus Maior (*vel* maior) *VI 3837 a. 9805.* Uxor Paulla Rutilia Q. f. *VI 3837 a.*

500 D. Iunius Iuvenalis. *Titulus ab ipso positus Aquini X 5382. Vitas codicibus saturarum traditas numero septem recensuit Jahn in editione saturarum anni 1851 p. 386–390 (vit. I–VII), plures etiam J. Duerr das Leben Juvenals (Progr. des Gymnasiums in Ulm 1888) p. 22 seq. Praenomen* D. *habet vita I in inscriptione,* M. *vita IV;* Iunius Iuvenalis *vita I in contextu et vita II*, ..nius Iuvenalis *tit., praeterea* Iuvenalis. —

Libertini locupletis incertum filius an alumnus *vit. I. II.* Oriundus Aquino *ipse sat. 3, 319 cum schol.; vitae; cf. tit.* (aliqui Gallum propter corporis magnitudinem dicunt *schol. ad sat. 1, 1, nugatorie*), temporibus Claudii Neronis *vit. II. III;* natus Claudio Nerone et L. Antistio consulibus, i. e. a. 55 *vita, quam e codice Barberiniano saec. XV scripto edidit Duerr l. c. p. 28, inter alias res omnino ficticias.* Aquini duovir quinquennalis, flamen divi Vespasiani *tit.* [Tribunus] cohortis [I] Delmatarum *tit.* Amicus Martialis *Martialis 7, 24. 91. 12, 18.* Ad mediam fere aetatem declamavit animi magis causa quam quod scholae se aut foro praepararet *vitae cf. sat. 1, 16.* Dein paucorum versuum satira in Paridem pantomimum composita, hoc genus scripturae industrie excoluit *vit. I. II.* In exilium missus propter versiculos quibus

potentiam Paridis pantomimi perstrinxit (sat. 7, 90—92) *vitae (ubi praeterea traditur, eos versiculos repetitos esse ex ea quam primam fecerat in Paridem satira)*; *schol. ad sat. 1, 1. 7, 92* ('irati histrionis exul' *Sidonius Apollinaris carm. 9, 272 Iuvenalem ut videtur significans*) *cf. Ioannes Malalas lib. X (p. 263 Bonn.), Suidas s. v.* Ἰουβενάλιος, per honorem militiae *vitae, schol. ad sat. 4, 38*, missus ad praefecturam cohortis in extrema parte Aegypti tendentis *vit. I. II, schol. ad sat. 4, 38. 15, 27* (relegatus in Pentapolim Libyae *Malalas, Suidas*), factus praefectus militum contra Scotos, ut ibi interficeretur *vit. V. VI (ex cohortibus Delmatarum, quarum uni praefuisse Iuvenalem ex t. colligitur, cf. supra, certe prima et secunda steterunt in Britannia, cf. Huebner C. VII p. 85 et ad VII 760)*, a Domitiano *vit. II, schol. ad sat. 1, 1. 4, 38, Malalas, Suidas*, extremis Domitiani temporibus *vit. IV*, a Traiano *vit. VI*, a Nerone *schol. ad 7, 92; vit. VII, hoc omnino falso.* Obiit in exilio *schol. ad sat. 4, 38, vit. IV*, 'intra brevissimum tempus angore ac taedio periit' *(intellege in exilio) vita I, similiter vit. V. VI. VII; contra Romam revertisse imperatore defuncto adfirmat vit. II, cf. vit. III, octogenarium fuisse cum in exilium mitteretur legitur vit. I. II.* 'Romam cum veniret et Martialem suum non videret, ita tristitia et angore periit anno aetatis suae altero et octogesimo' *vit. III. Universam de exilio Iuvenalis famam Vahlenus Sitzungsberichte der Berliner Akademie 1883 p. 1182 seq. vanam iudicat, ortam ex Sidonii loco supra citato locisque quibusdam saturarum, et temere propagatam.* Ad Nervae et Traiani principatum supervivens senio et taedio vitae confectus decessit *vit. II.* 'Decessit longo senio confectus exul Antonino Pio imperatore' *vit. IV. Vixisse Iuvenalem post a. 127 demonstrat sat. 15, 27, si vere Iuncus consul ibi memoratus est, ut esse videtur, L. Aemilius Iuncus (supra A 235) consul suff. a. 127, item sat. 13, 17, si Fonteius consul ante annos sexaginta est Fonteius Capito (supra F 310) cos. a. 67; cf. Borghesi opp. 5 p. 72; Friedländer Sittengesch. III⁶ p. 486 seq. — Memorant Iuvenalem Ammianus Marcellinus 28, 4, 14; Servius ad Verg. Aen. 6, 140. 11, 458; Rutilius Namatianus 1, 604; Io. Lydus de mag. 1, 41.*

501 IVNIVS LVPVS a. 51 L. Vitellium maiestatis accusavit, sed frustra, ipse in exilium actus *Tac. a. 12, 42.*

— IMP. CAESAR T. FVLVIVS IVNIVS MACRIANVS AVG.

502 Q. IVNIVS MARVLLVS cos. suff. a. 62 (VI kal. Novembris) X *1549 cf. Tac. a. 14, 48.*

503 Iunius Mauricianus *(gentilicium extat Dig. 31, 57. 33, 2, 23. 49, 14, 5)*, auctor iuris: eius adhibiti in Digestis libri ad legem Iuliam et Papiam minime tres *Dig. 31, 57. 33, 2, 23. 49, 14, 15* (ad leges libri VI *index Dig. Flor.*), de poenis libri minime duo *Dig. 2, 13, 3.* Citatur praeterea *Ulpian. regul. 13, 2, fr. Vat. 75, Dig. 2, 14, 7, 2. 7, 1, 25, 1.* Scripsit sub Antonino Pio *Dig. 31, 57. 33, 2, 23. 49, 14, 5.*

504 IVNIVS MAVRICVS, frater Iunii Aruleni Rustici *Plin. ep. 1, 14.* A. 68 queritur in senatu *Plut. Galb. 8.* A. 70 petit in senatu a Domitiano, ut nomina delatorum ex commentariis principalibus senatui ederentur *Tac. h. 4, 40.* Relegatur a Domitiano *Plin. ep. 3, 11, 3 cf. Tac. Agr. 45.* Post mortem Domitiani redit ab exilio *Plin. ep. 1, 5, 10. 15. 16.* Cenat apud imp. Nervam *Plin. ep. 4, 22, 4; Victor epit. 12.* A Traiano adhibitus in consilio *Plin. 4, 22, 3.* Filiae fratris maritum quaerit *Plin. ep. 1, 14,* filiis praeceptorem *id. 2, 18.* Ad eum Plinius dedit *ep. 1, 14. 2, 18. 6, 14.* — Aequitas eius celebratur a *Martial. 5, 28.* Virtutes eius *Plut. l. c.; Plin. ep. 1, 5, 16. 4, 22, 3.*

505 IVNIVS MAVRICVS: rescriptum divi Pii ad eum *Ulpianus Dig. 36, 3, 1, 5.*

506 Q. IVNIVS MAVRICVS inter pueros senatorii ordinis fratribus Arvalibus ministrantes d. 17 Iun. 145 *act. Arv. (Eph. ep. 8 p. 333). Fortasse idem qui praecedit.*

507 Iunius Maximus *Stat. silv. 4, 71. V.* C. Vibius Maximus.

508 IVNIVS MAXIMVS tribunus, laureatas litteras Romam adtulit de victoria Parthica *Fronto ad Avidium Cassium (ad am. 1, 6 p. 178 Naber).* Ad eundem Frontonis epistula *ad am. 1, 24 p. 188 cf. p. 122 Naber.*

509 M. IVNIVS MAXIMVS legatus Augustorum duorum legionis decimae Fretensis *t. Hierosolymitanus III S. 6641. Augustos intellegi Severum et Caracallam putat Mommsen; idem coniecit hunc Maximum non diversum esse ab eo qui praecedit.*

— C. IVNIVS MEFITANVS *v.* C. FVFIVS IVNIVS TADIVS MEFITANVS.

510 M. IVNIVS METTIVS RVFVS *(sic titulus urbanus;* Mettius Rufus *tegulae XV 69,* Rufus *XV 939. 1409)* consul suffectus cum Q. Pomponio Materno *t. urbanus, Roem. Mitth. 1886 p. 42 = Dessau inscr. Lat. sel. 1622; tegulae urbanae CIL. XV 69. 939. 1409. Videtur fasces gesisse temporibus Hadriani cf. Dressel C. XV p. 25.*

511 L. Iunius Moderatus Columella. *Titulus Tarentinus IX 235 servatus a Pacichellio, contra suspiciones defensus a Grotefendio Zeitschr. für Alterthumswiss. 1835 p. 179. Nomina plena exhibent et titulus et codd.* (Columella *Plinius*). L. f. *tit.* Origine Gaditanus *ipse de re r. 8, 16, 9. 10, 185.* Tribu Gal. *tit.* Tribunus militum legionis VI Ferratae *tit.;* quo tempore videtur vidisse 'Ciliciae Syriaeque regiones' *de re r. 2, 10, 8.* Aequalis Senecae *ib. 3, 3, 3.* Praedia habet in agro Ardeatino Carseolano Albano *3, 9, 2,* in agro Caeretano *3, 3, 3 cf. 3, 9, 6.* Scripsit de arboribus libros ut videtur duos quorum extat secundus, de re rustica ad P. Silvinum libros XII, qui extant. — Adhibitus a Plinio *ind. l. 8. 11. 14. 15. 17. 18. 19 cf. 8, 153. 15, 66. 17, 51. 52. 137. 162. 18, 70. 303. 19, 68. — Parentela cum eo coniunctum fuisse Moderatum Gaditanum, scriptorem Pythagoricum (Plutarch. q. conviv. 8, 7, Stephanus Byzant. s. v.* Γάδειρα) *coniecit Buecheler mus. Rhen. 37, 1882 p. 335.*

512 T. IVNIVS MONTANVS cos. suff. cum L. Vettio Paullo a. 81 d. Mai. 1. Iun. 29 *act. Arv.; VI 328. Montanum memoratum a Iuvenale sat. 4, 197 eundem putavit Borghesius opp. 4 p. 523.*

513 T. IVNIVS NIGER (*tria nomina extant VIII 270 = VIII S. 11451; plerumque* Niger) consul ordinarius a. 138 cum C. Pomponio Camerino *fasti.* (Kanus *dicitur collega Camerini in tegulis urbanis XV 707, qui Canus fortasse suffectus est Nigro,* Magnus *in libro pontificali cf. Mommsen chron. min. I p. 74; in fastis Graecis maioribus codicis Laurentiani, qui ab hoc anno incipiunt, pro Nigro adest imp. Antoninus*).

514 M. Iunius Nipsus: ei complura adscripta in corpore scriptorum gromaticorum *scr. grom. ed. Lachmann I p. 284–301 (in nonnullis codicibus multo plura cf. Blume l. c. II p. 50 seq.).*

515 Iunius Novatus, cum asperrimam de Augusto epistulam Agrippae Postumi nomine in vulgus edidisset, levi tantum poena affectus *Suet. Aug. 51.*

516 C. IVNIVS NVMIDIANVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338, 1, 16.*

517 IVNIVS OTHO (pater *addit Seneca contr. 1, 1, 5. 3, 11. 8, 3. 2, 1, 33. 7, 3, 5. 7, 15. 20. 10, 5, 25*), artem rhetoricam professus ('Iunio Othoni litterarium ludum exercere vetus ars fuit') *Tac. a. 3, 66.* Edit quattuor libros colorum *Seneca contr. 2, 1, 33 cf. 1, 3, 11. Ex declamationibus eius multa refert Seneca contr., cf. ind. Kiesslingii p. 543.* Seiani potentia senator factus; praetor a. 22 in C. Silanum proconsulem Asiae repetundarum reum subscribit *Tac. l. c.*

518 IVNIVS OTHO (*filius ut videtur eius qui praecedit*), tribunus plebis a. 37, senatus consulto de praemio accusatoris cuiusdam intercedit; unde ei mox exitium (*traditur* exilium) *Tac. a. 6, 47.*

519 IVNIVS PALMATVS res prospere gessit in Armenia Severo Alexandro imperante *vit. Sev. Alex. 58, 1.*

520 Iunius Pastor: eius causam Plinius adulescens suscepit et contra potentissimos civitatis prospero successu defendit *Plin. ep. 1, 18, 3. 4.*

521 Q. Iunius Pastor *tegula V 8110, 40.*

522 A. IVNIVS PASTOR L. CAESENNIVS SOSPES. *Tituli: suburbanus VI 1435 (1); Ephesius III 6076 positus cum esset praetor designatus (2); Moguntiacensis positus in legatione legionaria, Bramb. 1052 (3). Nomen plenum exhibet t. 2, exhibebat t. 1 (nunc praeter alia deest praenomen),* Iun(ius) Pastor *t. 3. In consulatu indicando* Pastor *(cf. infra).*

P. f. *t. 1. 2.* Tribu Fabia *t. 1. 2.* Sevir turmae equitum Romanorum, triumvir aere argento auro flando feriundo, tribunus militum legionis XIII Geminae *t. 2.* Quaestor Aug., tribunus plebis, legatus provinciae Asiae *t. 1. 2.* Praetor designatus *t. 2,* praetor *t. 1.* Legatus Aug. legionis XXII Primigeniae piae fidelis *t. 1. 3.* Legatus Aug. pro pr. provinciae Belgicae *t. 1.* Consul *t. 1. Hic ut videtur* Pastor

consul ordinarius a. 163 cum (M. Pontio) Laeliano *fasti cf. Borghesi opp. 6 p. 405. 417.* — Uxor Dignilla *t. 3.*

523 IVNIVS PAVLINVS *(sic Xiphil.,* Ἰούλιος Παῦλος *exc. de sent.),* consularis *exc. de sent.,* homo petulantissimus, qui ipsos imperatores dictis lacessere solebat, a Severo custodia habitus, sed postea dimissus; Caracallam dicto aliquo ita demulsit, ut sestertium decies ab eo donaretur *Dio (Xiphil.) 77, 11, et paulo plenius exc. de sent. (Dio ed. Dindorf V p. 213). — Diversus, scilicet aliquanto vetustior iudice Dresselio,* Iun(ius) Paulin(us) *XV 389.*

524 T. Iunius Philopoemen patronum proscriptum celavit; ideo multo postea ab Augusto equestri dignitate decoratus *Suet. Aug. 27.*

525 IVNIVS P[L]AC[ID]VS (PIAC...VS *traditur; nuper proposuit Schmidt* [F]lac[c]us), filius C. Iunii Faustini Postumiani cos. *VIII S. 11763.*

526 IVNIVS PRISCVS praetor, divitiarum causa quas credebatur possidere a Caligula interfectus *Dio 59, 18.*

— IMP. CAESAR T. FVLVIVS IVNIVS QVIETVS AVG.

527 IVNIVS RVFINVS proconsul Macedoniae sub Hadriano *Callistratus dig. 22, 5, 3, 2.*

528 IVNIVS RVFINVS pater Pomponiae Triariae, socer Erucii Clari (consulis a. 170); proconsul Asiae a. ut videtur 170 *(vel paullo post, cum gener in t. Ephesio appelletur* ὕπατος*) t. Ephesius ap. Waddington ad Lebas 3, 1842ᵃ. Aut is qui sequitur, aut, id quod praetulit Waddington fastes n. 151, M. Iunius Rufinus Sabinianus consul a. 155.*

529 A. IVNIVS RVFINVS *(tria nomina extant VI 1984 v. 20. VI 10234 v. 9. 24 et in dipl. mil. anni 153; gentilicium etiam in t. Amorgino bull. de corr. 1891 p. 573, nam hic videtur significari),* consul ordinarius a. 153 cum C. Bruttio Praesente *fasti.*

530 C. Iunius Rufinus *(praenomen est VI 220)* praefectus vigilum sub Severo et Caracalla *Dig. 1, 15, 4,* a. 203 *VI 220,* a. 205 *VI 1055.*

531 L. IVNIVS RVFINVS PROCVLIANVS trib. l(ati)c(lavius) mil. leg. XIII G(eminae) *III S. 7770.* Legatus pro pr. (Dalmatiae) a. 184 *III 3202.*

532 M. IVNIVS RVFINVS SABINIANVS. M. Iunius Rufinus Sab. *VIII 10844; in consulatu* M. Iunius Rufinus Sabinianus *X 1208,* M. Iunius Rufinus *saxum rep. in urbe Notizie 1883 p. 14;* ..... Rufinus *act. Arv. a. 155,* Sabinianus *III S. 7449,* Sabinus *chronographus a. 354, Prosper et alibi saepius;* consul ord. (consul iterum *cod. Iust. 2, 2, 1 non recte)* a. 155 cum C. Iulio Severo *fasti. Idem ut videtur Iunius Rufinus, proconsul Asiae a. 170 vel paullo post (cf. supra n. 528).*

533 IVNIVS RVSTICVS senator, 'componendis patrum actis delectus a Caesare', a. 29 obstitit consulibus ne ex litteris Tiberii de Nerone et Agrippina ad senatum referrent *Tac. a. 5, 4.*

534 (Q. IVNIVS?) RVSTICVS *(gentilicium plane incertum est)* consul ord. a. 119 cum Hadriano III *fasti.*

535 Q. IVNIVS RVSTICVS. *Sic pondera eius nomine inscripta et testes consulatus prioris VI 858, dipl. mil. anni 133, consulatus alterius XIV 58.* Iunius Rusticus *Dig. 49, 1, 1, 3, vit. Marci 3, Dio 71, 35,* Rusticus *alibi;* Rufinus *fasti Hydat. in consulatu anni 162, male.*

Stoicae disciplinae peritissimus *vit. Marci 3 cf. Dio 71, 35.* Inter sectatores eius M. Aurelius *Dio et vita ll. cc.; Themistius or. XIII p. 212 Dindorf.* Ab eo Marcus confitetur a rhetorica et poetica conversum se ad philosophiam; ab eodem accepit legendos commentarios Epicteteos *M. Antoninus 1, 7.* Matri Marci scribit Sinuessa *ib.*

Consul suffectus mense Iul. a. 133 cum Q. Flavio Tertullo *dipl. mil. (III S. p. 1978), VI 858.* Consul iterum *vit. Marci 3,* ordinarius a. 162 cum L. Plautio Aquilino *fasti.* Praefectus urbis *pondera II 4962, 2. II S. 6245, 1. V 8119, 1. IX 6088, 1. X 8068, 5a–d, Brambach 1300, Bull. comun. 1882 p. 171, 1884 p. 71* (vir clarissimus *additur in solo* X *8068, 5d*); praefectus urbi sub Marco et Vero *Dig. 49, 1, 1, 3; acta martyrii Iustini et sociorum (Iustini opp. ed. Otto vol. 2); cf. Themistius or. XVIII p. 262 Dind.; Epiphanius adv. haer. lib. I tom. III haer. 46 (2 p. 111 ed. Dind.), ubi minus accurate appellatur* ἡγεμών *et dicitur hoc munere functus esse sub Hadriano. Praefectum fuisse crediderim iam anno 162, tempore secundi consulatus; quamquam Borghesius opp. 8 p. 549 (cf. 9 p. 309) cum repperisset in actis martyrii Felicitatis et septem filiorum (act. sanct. mens. Iul. t. III p. 12, item apud Ruinart acta martyrum p. 72 ed. Ratisbon. 1859) de Felicitate a Publio praefecto urbis quaestionem habitam esse, id autem accidisse anno 162 propter causam quandam, sed eam nullius ponderis sibi persuasisset, anno 162 Publium aliquem (P. Salvium Iulianum) praefectum urbis fuisse statuit. Praefectus fuit cum passus est Iustinus, cf. infra n. 580. Desierat esse praefectus urbis a. 168, quoniam eo anno L. Sergium Paullum cum altero consulatu etiam praefectura functum esse probabile est.* Mortuo ei statuas a senatu M. Aurelius postulavit *vit. Marci 3, 5. — Hic puto* Iunius Rusticus *in t. ancillae VI 22425.*

536 Iunius Saturninus *Suet. Aug. 27. V.* Iulius Saturninus *supra n. 358.*

537 L. Iunius Septimius Verus Hermogenes. *Tituli duo positi ab eo L. Valerio Poplicolae Balbino Maximo qui Maximus consul fuit aut a. 232 aut a. 233 aut a. 234 aut a. 253 aut a. 256, VI 1531 (1), 1532 (2).* L. Iun(ius) Septim. Hermogenes *t. 1,* Iun. Septim. Verus Hermogenes *t. 2.* Tribunus cohortis ...; pontifex Laurentium Lavinatium *t. 1.* Procurator sexagenarius *t. 2.*

538 IVNIVS SEVERVS Clodio Albino Britanniam regenti successor missus a Commodo *vid. Clodii Alb. 14. (Nomen fictum).*

539 T. IVNIVS SEVERVS consul suff. mense Nov. 154 cum C. Iulio Statio Severo *dipl. mil. (CIL. III p. 881).*

540 IVNIVS SILANVS consul mense Iun. a. 238 *vit. Maximin. 16, 1 (fictic.).*

541 C. AP. IVNIVS SILANVS. Γάϊος Ἄππιος Σιλανός *Dio 60, 14 (duplex praenomen confirmat libertus sine dubio eius* C. Iunius Ap. C. l. Seno *VI 27454 cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 59 not. 1),* Appius Iunius Silanus *act. Arv. plerumque,* Appius Silanus *act. Arv. semel VI 2028 d, 8, Seneca apoc. 11, Tac. a. 6, 9,* Ap. Silanus *Suet. Cl. 29, 37* (Appiana caedes *Tac. a. 11, 29). In consulatu* Appius Iunius Silanus *amphora Puteolana Notizie 1892 p. 479,* Ap. Iunius Silanus *X 1196,* Iunius Silanus *Tac. a. 4, 68,* Appius Iunius *Plin. h. n. 8, 145 (Solin. 15, 10),* ... Iunius S...... *fast. mag. Arv.,* Ap. Silanus *Cassiod.; alibi* Silanus.

*Filium C. Silani consulis a. p. Chr. 10, repetundarum et maiestatis damnati a. 22 (infra n. 545), coniecit Borghesius opp. 5 p. 187 propterea quod C. Silani matrem Manliam fuisse, huius autem filios Torquatos dictos esse putavit, quorum neutrum verum est. Mirum autem esset damnationem patris filio non nocuisse; id ipsum mirum, filium duodeviginti annis post patrem consulatu ornatum. Maternum genus ei fuisse ex stirpe patricia Claudiorum Appii praenomen indicat. Cum autem M. Silani C. f. consulis a. 15 (infra n. 551) filia dicta fuerit Claudia vel Claudilla, fortasse huius M. Silani fratrem fuisse Appium conicere licet.* — Consul ord. a. 28 cum P. Silio Nerva *fasti.* Maiestatis accusatus a. 32, sed e reis exemptus testimonio Celsi tribuni cohortis urbanae *Tac. a. 6, 9.* Frater Arvalis, adest in collegio a. 38. 39, flamen a. 38, magister a. 39 *act. Arv.* Legatus Hispaniae Tarraconensis Romam arcessitur a Claudio et maritus datur matri Messallinae *Dio 60, 14.* Ideo socer Claudii dictus *Seneca apoc. 11.* Consocer Claudii *Suet. Cl. 29 (unde et ab aliis et a Borghesio opp. 5 p. 187 creditus est pater L. Silani Torquati infra n. 559 et eius fratrum; sed recte Mommsenus eph. ep. 1 p. 59 videtur statuisse, horum patrem fuisse M. Silanum infra n. 552, et errore Appium a Suetonio consocerum Claudii dici pro socero).* Conspiratione Messallinae et Narcissi iussu Claudii occisus a. 42 *Dio 60, 14; Suet. Cl. 29. 37; Seneca apoc. 11; cf. Tac. a. 11, 29. — Huius sine dubio libertus* C. Iunius Ap. C. l. Seno *VI 27454. Praeterea* Appi Silani liberti et servi *VI 7603. 7606. 7607. 7613. 7635,* Appi liberti *VI 7605. 7611; sed cum qui unus ex his praenomen gerit dicatur* M. Iunius Appi l. *VI 7611, Mommsenus C. VI p. 1066 cos non huius Appii putat fuisse libertos, sed filii eius nomine* M. Appii Silani *praeterea ignoti. — Non huc pertinet* App. I.... *XIV 3689.*

542 (M. AP. IVNIVS SILANVS): *tali nomine patronum videtur habuisse* M. Iunius Appi l. Syntrophus med[ic]us *t. repertus in monumento familiae Silanorum VI 7611. Mommseno CIL. VI p. 1066 videtur filius fuisse C. Ap. Iunii Silani (eius qui praecedit).*

543 C. IVNIVS SILANVS C. f. (Π. Οὐίνιος Γ. υἱ. Σιλανός *Dio ind. lib. 54,* C. Iu.... *fasti Colotiani, alibi* C. Silanus *vel* Silanus; Silvanus *fasti Hydat.*) consul ord. a. 737 cum C. Furnio *fasti. (Diversum esse ab*

*eo qui sequitur praenomen patris ostendit). — Fortasse idem* Γάιο[ς Ἰούνιος] ........ [Σι]λανός qui scribendo adfuit in senatu a. 729 *senatus consultum de Mytilenaeis ap. Cichorium Sitzungber. d. Berl. Akad. 1889 p. 966.*

544 (C. IVNIVS SILANVS M. f.) pater eius qui sequitur *fasti Capit. in consulatu filii (sub a. p. Chr. 10), item pater Iuniae Torquatae virginis Vestalis (infra n. 579), fortasse etiam pater M. Silani (infra n. 551) et D. Silani (n. 546).*

545 C. IVNIVS SILANVS C. f., M. n. *(patris et avi praenomina exhibent fasti Capit., patris praenomen etiam VI 1384). Matrem Manliam aliquam fuisse statuit Borghesius opp. 5 p. 183, apud Tac. a. 3, 68 pro* alia *scribi iubens* Manlia; *quod inventum post Nipperdeium reiecit Mommsen eph. ep. 1 p. 66.* Flamen Martialis *fasti Capit.; VI 1384. Flamen videtur factus esse, ut observavit Borghesius opp. 5, 284, in locum L. Cornelii Lentuli consulis a. u. c. 751.* Consul ord. a. p. C. 10 cum P. Cornelio Dolabella *fasti.* Proconsul Asiae (a. 21) *Tac. a. 3, 66.* Repetundarum cum accusaretur in senatu a. 22, addito maiestatis crimine (ne quis necessariorum iuvaret periclitantem *Tac. a. 3, 65, ubi fortasse significatur M. Silanus consul a. 15, cf. infra n. 551),* censente L. Pisone relegandum esse Gyarum, suadente Tiberio, deprecante quoque Iunia Torquata sorore eius, Cythnum relegatus est *Tac. a. 3, 66–69 cf. 4, 15.* Filius eius memoratur *Tac. l. c. 3, 68, quem Appium Iunium Silanum cos. a. 28 fuisse coniecit Borghesius opp. 5 p. 107 sed vix recte (cf. supra n. 541). Huius fortasse servus* Acmo C. Silani vixit annos XXXII *VI 10542; certe recentiorem C. Silanum nullum novimus.*

546 D. (Iunius) Silanus, frater M. Silani (consulis a. p. C. 15) propter adulterium cum Iulia Augusti nepte commissum (a. 8 p. C.) amicitia Caesaris prohibitus in exilium abiit, a. 20 permissu Tiberii Romam rediit nec tamen honores adeptus est *Tac. a. 3, 24.*

547 L. IVNIVS SILANVS M. f., D. n. *Praenomina patris et avi exhibet t. Canusinus IX 332, unde sequitur, fratrem eum fuisse M. Silani consulis a. 729 (infra n. 549; cf. stemma propositum sub n. 550). (Borghesius opp. 5 p. 169. 173 titulum Canusinum attribuerat Silano alicui, quem Asiae praefuisse a. u. c. 678 sibi persuaserat, sed t. Canusinus aliquanto recentior est, cf. Mommsen ad eum).* Augur *t. Canusinus.* Praetor *ib.* Consulatum petivit a. 733 sed non obtinuit *Dio 54, 6 (in praetura hunc Silanum substitisse testatur etiam t. Canusinus; cf. Mommsen ad t.).* Heres C. Cestii (defuncti ante a. 742) *VI 1375. — Fortasse huius libertus* L. Iunius Silani l. Paris dis pe(n)s(ator), calator augurum *VI 2187 = 7445.*

548 L. (IVNIVS) SILANVS flamen Martialis *tabulae aereae hospitales (cf. infra) (flamen videtur factus esse a. 22, quo C. Iunius Silanus, supra n. 545, damnatus est).* Consul suffectus cum C. Vellaeo Tutore mense

Dec. anni ut puto 26 *cf. infra)*, certe circa annum 27 p. Chr. *V 4921. 4922 tabulae aereae pertinentes ad hospitium factum a civitatibus duabus Africae cum praefecto fabrum quodam eodemque tribuno legionis tertiae Augustae, cum quo praefecto fabrum aliae duae civitates Africae hospitium fecerunt ineunte a. 27 (V 4219. 4920 similes tabulae); unde secundo semestri eiusdem anni 27 consulatum L. Silani et C. Vellaei attribuit Borghesius opp. 5 p. 205, Henzenus autem (act. Arv. p. CCXLVI cf. CIL. I ed. 2 p. 71) cum reliquiae fastorum fratrum Arvalium demonstrarint a. 27 P. Le[ntulum?] aliquem et C. Sall[ustium] consules suffectos fuisse, transtulit eos ad a. 28, oblitus mense Dec. a. 28 fasces gessisse Q. Iunium Blaesum et L. Antistium Veterem. Ego L. Silanum C. Vellaeum consules extremo anno 26 attribuendos crediderim (quod in tabulis scriptis ineunte anno 27 praefectus ille fabrum non dicitur tribunus legionis, inde noli cum Borghesio colligere eas antiquiores esse; neque obstare videntur reliquiae fastorum fratrum Arvalium).*

549 M. IVNIVS SILANVS M. f., D. n., consul a. u. c. 729. — *Patris et avi praenomina exhibet t. Atheniensis CIAtt. III 568; patris praenomen est etiam VI 877. Avus fortasse fuit consul a. 692, natus, cum consulatum petiverit iam in a. 690, ante annum 648, qui filium potest reliquisse si non ex Servilia matre Bruti, nam huius nullam mentionem fieri mirum esset, cf. Borghesi opp. 5 p. 176, certe ex alia uxore; de D. Silano triumviro monetali circa a. 665 cogitavit Mommsen ad IX 332. Patrem Borghesius opp. 5 p. 179 coniecit M. Silanum legatum C. Caesaris in Gallia a. 700 (Caes. bell. Gall. 6, 1); M. Silanus D. f., memoratus in t. Mylaseno ap. Lebas-Waddington n. 409, aliquanto antiquior videtur esse. — Incertum num hic M. Silanus qui a. 711 sub M. Lepido proconsule Galliae* στρατίαρχος, *iussus partem copiarum in Italiam adducere, eam M. Antonio adiunxit (Dio 46, 38. 51 cf. Cic. ep. fam. 10, 30, 1. 34, 2).*

Exul apud Sex. Pompeium, pace Miseni facta rei publicae restituitur *Vell. 2, 77.* Apud M. Antonium a. 719 vel 720 quaestor proconsule *(cf. Mommsen Staatsr. II² p. 631 not. 5) nummi cum capite M. Antonii, Cohen Ant. n. 71;* pro quaestore *t. Atheniensis CIAtt. III 568, positus ei Athenis a communi Bœotorum aliorumque populorum Graeciae (hunc proquaestorem diversum esse a quaestore M. Antonii non est verisimile).* Ab Antonio ad Caesarem transit *Plut. Ant. 59.* Ex Asia tabulam Niciae pictoris Romam advexit, quam mox Augustus in curia dedicavit *Plin. h. n. 35, 131 cf. 27 (hunc significari coniecit Mommsen ad t. Canusinum IX 332).* A. 729 consul ordinarius cum Augusto nonum consule *fasti.* A. 737 scribendo adest senatus consulto de ludis saecularibus *VI 877. — Silanum (sed pars codicum* Σιλουαν-) στρατηγόν, *cui circa a. 740 rescripsit M. Agrippa de Iudaeis Ephesi consistentibus, eundem, qui circa illud tempus Asiam rexerit, putavit Borghesius opp. 5 p. 180 cf. Waddington fastes n. 55.*

550 (M. IVNIVS SILANVS) pater M. Iunii Silani consulis a. p. Chr. 19 *(cf. sub filio, infra n. 552); ipsius nulla mentio. Ei nuptam fuisse Domitiam Calvinam, propterea quod ex neptibus eius altera appellabatur Iunia Calvina, coniecit Mommsen (cf. supra sub Domitia Calvina, D. 150). — Fortasse filius eius qui praecedit. Stemma potest fuisse hoc:*

D. Silanus

M. Silanus

M. Silanus *(n. 549)* cos. a. 729 — L. Silanus *(n. 547)* consulatus petitor in a. 733

[M. Silanus] ⌣ Domitia Calvina?

M. Silanus *(n. 552)* cos. a. p. Chr. 19 ⌣ Aemilia Lepida proneptis Augusti

M. Silanus *(n. 553)* abnepos Augusti natus a. 14, cos. a. 46 — D. Silanus Torquatus *(n. 558)* cos. a. 53 — L. Silanus Torquatus *(n. 559)* — Iunia Lepida *(n. 575)* — Iunia Calvina *(n. 570)*

L. Silanus Torquatus *(n. 560)* occisus a. 65.

551 M. IVNIVS SILANVS C. f., consul a. 15. — M. Silanus C. f. *act. Arv. VI 2028 c 35, praeterea* M. Silanus. — *Fortasse frater C. Silani supra n. 545, ut hic significetur ap. Tac. a. 3, 67 inter necessarios C. Silani qui cum periclitantem anno 22 non iuverint, quamquam memorabile est eius potentiae apud Tiberium damnationem fratris non obfuisse; certe frater D. Silani (cf. infra).* Consul suffectus a. 15 ex kal. Iuliis cum Druso Caesare *fasti Antiates (X 6639) cf. I 762. 763.* Multum valet apud Tiberium *Dio 59, 8.* Eius potentia fretus D. Silanus frater eius veniam exilii precatur a. 20 *Tac. a. 3, 24.* A. 22 censet in senatu, ut non consulum sed eorum qui tribuniciam potestatem gererent nomina monumentis praescriberentur *Tac. a. 3, 57 (nisi hic intellegitur is qui sequitur). Inter Silanos a. 32 sententias in senatu dicentes hunc potissimum significat Tac. 6, 2.* A consulibus primus plerumque sententiam rogatur *Dio 59, 8.* Filiam Iuniam Claudillam vel Claudiam collocat C. Caesari Ti. nepoti a. 23 *Tac. a. 6, 20; Suet. Cal. 12; cf. Tac. a. 6, 45.* Genero iam principi molestus, postquam hic frustra accusationem ei struxerat *Tac. Agr. 4,* ad necem ab eo compulsus *Philo leg. ad Gaium c. 9 p. 554–556* (δολοφονεῖται); *Suet. Cal. 23; Dio 59, 8; cf. Seneca apoc. 11.* Frater Arvalis; in locum eius alius suffectus d. 24 Mai 38 *act. Arv.* — *Significari videtur etiam Tac. a. 5, 10.*

552 M. IVNIVS SILANVS M. f. (M. IVNIVS SILANVS TORQVATVS), consul a. 19. — M. Silanus *passim;* Σειλανὸς Τορκουᾶτος *t. filiae CIAtt. 3, 872 (cum praeterea nusquam Torquatus appelletur, ne in mentionibus quidem consulatus, ipse dum in vivis erat id cognomen non videtur usurpavisse). Marci filium fuisse consulem a. 19 testantur Dio ind. l. 57 et*

*tituli VI 1437. 1496 (ubi patris nomen ideo videtur additum esse, ut distinguatur a consule eiusdem nominis anno p. Chr. 15).* Consul ord. a. p. C. 19 cum L. Norbano Balbo *fasti.* Proconsul Africae extremo Tiberii primoque Gaii tempore *Tac. h. 4, 48,* per annos sex *(a. 32—38?) XIV 3665 (ubi ad M. Silani nomen additur* M. f.) *cf. Dio 58, 23.* Ut proconsul Africae memoratur etiam *VIII S. 14603.* Eum metuens Gaius legionem in Africa tendentem proconsuli ablatam legato tradit *Tac. l. c. — Huius ut videtur, non eius qui praecedit, uxor* Lepida M. Silani *VI 27034. X 8041, 21, haec autem non diversa ab Aemilia Lepida pronepte Augusti Suet. Cl. 26, ipse igitur pater abnepotum Augusti M. Silani (n. 553), L. Silani Torquati (n. 559), D. Silani Torquati (n. 558), Iuniae Calvinae (n. 570), Iuniae Lepidae (n. 575); quorum cum M. Silanus natus sit a. p. Chr. 14, videtur Lepidam duxisse a. 13; cf. Mommsen eph. ep. I p. 61. 62. — Hic ut videtur* Silanus pater *patronus M. Iunii Nirei VI 7627. Aut huius aut eius qui praecedit libertus XIV 2466. 2467.*

553 M. IVNIVS SILANVS consul a. 46. — Abnepos divi Augusti *Tac. a. 13, 1;* neptis divi Augusti nepos *Plin. h. n. 7, 58, scilicet Iuliae (supra n. 421), cum altera divi Augusti neptis Agrippina nupta Germanico nullos Silanos inter posteros habuerit, filius igitur fuit Aemiliae Lepidae, quam solam novimus Augusti proneptem praeter filias Germanici, et Silani alicuius, non Ap. Silani (n. 541), ut putavit Borghesius, sed M. Silani qui praecedit, propter titulos in quibus memoratur* Lepida M. Silani *(cf. sub eo qui praecedit; Mommsen eph. ep. I p. 58–62; stemma propositum sub n. 550).* — Natus a. p. C. 14 *Plin. h. n. 7, 58.* Segnis, insons, pecus aurea dictus a C. Caesare *Tac. a. 13, 1.* Frater Arvalis *act. Arv. (commemoratur a. 40 et praeterea VI 2032. 2035).* Consul ord. a. 46 per annum integrum *Dio 60, 27,* primum cum M. Valerio Asiatico *fasti,* deinde cum Q. Sulpicio Camerino *V 5050,* postea cum Vellaeo Tutore *Dig. 16, 1, 2, 1.* In proconsulatu Asiae a. 54 veneno sublatus *Plin. l. c.; Tac. l. c. cf. c. 33; Dio 61, 6 (cf.* Silanorum manes *Tac. a. 13, 14 nempe huius et L. Silani fratris).* Frater eius L. Silanus *(infra n. 559) Tac. a. 13, 1 (cf. praeterea stemma sub n. 550). Huius ut videtur* M. Silani *liberti et servi VI 7604. 7608. 7612, incertum cuius M. Silani liberti VI 20809. 20817, servus VI 9511.*

554 M. IVNIVS SILANVS consul a. inc. *(paullo ante a. 56, cuius anni consules paullo post in t. memorantur) t. agri Tiburtini XIV 3471 nuper plene lectus ab Huelseno (ap. Bruns fontes iuris Romani ed. 6 p. 314). Iudice Mommseno diversus ab eo qui praecedit consule anni 46, tam propter intervallum nimis longum ab a. 56, quam propterea quod collegae praenomen videtur fuisse* A. *Fieri potest ut sit is qui sequitur.*

555 M. IVNIVS SILANVS cos. suff. mense Dec. a. inc. cum Terentio Tullio Gemino *t. urbanus (villae Pincianae) ap. Marinium Arv. p. 72.*

— [Q. CAECILIVS METELLVS CR]ETICVS IVNIVS SI[L]ANVS.

556 D. (IVNIVS) SILANVS GAETVLICVS. D. Silanus Gaetulicus, cooptatus in collegium aliquod sacerdotale a. 63 *VI 2002, 12. Indice Borghesio ann. inst. arch. 1849 p. 56 = opp. 5 p. 215, cui adstipulati sunt Mommsen eph. ep. I p. 65 et Henzen ad vol. VI 1439, adoptatus a D. Silano (supra n. 546), genitus Cn. Cornelio Lentulo Gaetulico cos. a. 26, pater eius qui sequitur. — Gaetulicum et Silanum inter nomina procerum memorat Iuvenalis 8, 26. 27; sed num certum aliquem ex hac stirpe significet, mihi non constat. — (Non huc pertinet Silanus ap. Martial. 6, 62, 1; nomen pro libito positum).*

557 M. IVNIVS SILANVS LVTATIVS CATVLVS D. Silani *(eius qui praecedit)* filius, Gaetulici *(consulis n. 26)* nepos, Cossi *(Cossi Cornelii Lentuli consulis a. u. c. 753)* pronepos, decemvir stlitibus iudicandis, salius Collinus, vixit annis XX mensibus VIIII *t. rep. in sepulcro Scipionum VI 1439 cf. Borghesius ann. inst. arch. 1849 p. 56 = opp. 5, 215.*

558 D. IVNIVS SILANVS TORQVATVS consul a. 53. — Ἰούνιος Τορκουᾶτος *Dio 62, 27,* Torquatus Silanus *Tac. a. 15, 35,* Torquatus *ib. 16, 8 cf. c. 12. In consulatu* Δέκμος Ἰούνιος Σιλανός Τορκουᾶτος *Phlegon. mir. 7,* D. Iunius Torq[uatus] Silanus *tab. cerata Pompeiana ap. Petram n. 115 (Mommsen Herm. 12 p. 141) altero loco,* D. Iunius Silanus *eadem altero,* D. Iunius *Tac. a. 12, 58,* Silanus *chronogr. a. 354, et alibi.* Augusti ἀπόγονος *Dio 7, 27;* divum Augustum atavum ferebat *Tac. a. 15, 35. Vere videtur fuisse Augusti non adnepos sed abnepos, propter causas expositas a Borghesio opp. 5 p. 194, M. Silani consulis a. p. Chr. 19 (supra n. 552) non nepos, sed filius, frater L. Silani qui sequitur. Cf. stemma propositum sub n. 550. Natus videtur circa a. p. Chr. 21, quippe consul factus a. 53. A C. Caesare et aliis nobilibus vetera familiarum insignia adempta esse et Torquato torquem narrat Suetonius Cal. 35, fortasse significans hunc aut eius fratrem (cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 66).* Patruus L. Silani occisi a. 65 *Tac. a. 16, 8 (hunc significari apparet ex narratione Taciti), fuit igitur frater Lepidae amitae L. Silani (Tac. l. c.) et M. Silani.* Consul ord. a. 53 cum Q. Haterio Antonino *fasti.* Res novas moliri accusatus a. 64 venas interscidit *Tac. a. 15, 35, cf. Dio 62, 27.* — Duo Torquati ob scelera interfecti *Tac. a. 16, 12 significans hunc et fratris filium. — Huius ut videtur liberti* D. Iunius Philippus *VI 7629;* D. Iunius Silani l. Atticus *VI 20763,* D. Iunius [Silani] l. S.... *VI 20749.*

559 L. IVNIVS SILANVS TORQVATVS. *Tituli duo: Tusculanus XIV 2500 (1) et Atheniensis CIAtt. 3, 612 (2).* [Λεύκιος Ἰούν]ιος Μάρκου Σειλ[ανοῦ υἱὸς Σειλανὸς?] Τορκουᾶτος *t. 2 (hic solum Torquati nomen diserte ei tribuitur),* [L. Iunius M.] f. M. n. Silanu[s Torquatus] *t. 1,* L. Silanus *act. Arv. itemque vel* Silanus *scriptores.* Abnepos Augusti *Seneca apoc. 10, filius igitur Aemiliae Lepidae proneptis Augusti et M. Iunii Silani consulis a. 19 (supra n. 552),* frater M. Silani cos. a. 46 *Tac. a.*

*13, 1 (cf. stemma propositum sub n. 550). Natus est a. 24, si praeturam a. 48 vere gessit, ut petere ei permissum est (Dio 60, 5), quinque tantum annis solito maturius.* A. 41 ei desponsa Octavia Claudii filia *Dio 60, 5; Tac. a. 12, 3; Suet. Cl. 24. 27.* Triumvir monetalis *t. 2 cf. Dio 60, 5.* Praefectus feriarum Latinarum *t. 2; Dio 60, 5.* Quaestor Claudii *t. 2.* Claudii in Britannia comes, victoriam eius Romam nuntiat a. 43 *Dio 60, 21.* Triumphalia ornamenta adeptus *Tac. a. 12, 3* nondum pubes *Suet. Cl. 24*, puer adhuc (ἐν παισὶ) *Dio 60, 31;* annos natus XVIII *t. 1 modo recte sit suppletus.* Socerum triumphantem a. 44 et Capitolium genibus adscendentem una cum altero genero comitatur *Dio 60, 23.* Eiusdem nomine plebi dona distribuit *ib. c. 25.* Flamen divi Iuli et divi Augusti *t. 2.* Frater Arvalis *act. Arv. (VI 2032 v. 13. 22).* A. 48 praetor inter cives et peregrinos *Tac. a. 12, 4; t. 1*, multum ante tempus legitimum *Dio 60, 31.* Magnificos ludos edit impensa Claudii *Tac. a. 12, 3; Dio 60, 31.* Exennte anno accusatus apud Claudium incesti commissi cum sorore Iunia Calvina *Tac. a. 12, 4 cf. Seneca apoc. 8*, edicto Vitellii senatu movetur *Tac. l. c.*, praetura se abdicare cogitur d. 29 Dec. *Suet. Cl. 29; Tac. l. c.* Initio anni 49, die nuptiarum Claudii et Agrippinae, mortem sibi conscivit *Tac. a. 12, 8; Suet. Cl. 29 cf. Seneca apoc. 8. 11; Tac. a. 13, 1; auctor Octaviae 148; Dio 60, 31.*

560 L. IVNIVS SILANVS TORQVATVS. L. Iunius Silanus .... *VI 2002*, L. Silanus *vel nude* Silanus *Tacitus, qui etiam* Torquati *nomen ei fuisse significat a. 16, 12.* — Amita eius (Iunia) Lepida *(infra n. 575)*, patruus eius Torquatus *(supra n. 558) Tac. a. 16, 8; videtur igitur filius fuisse M. Silani consulis a. 46 (supra n. 553, cf. stemma sub n. 550), nam tertius fratrum L. Silanus (is qui praecedit) ante matrimonium obierat.* Educatus apud C. Cassium amitae maritum *Tac. a. 15, 52. 16, 7.* A. 60 cooptatus in collegium aliquod sacerdotale *VI 2002.* Timetur a Pisone, ne sublato Nerone imperium invaderet *Tac. a. 15, 52.* A. 65 incusatus et rerum novarum et incesti cum amita commissi senatus consulto in exilium pellitur, mox Barii occiditur *Tac. 16, 8. 9. 22; Dio 62, 27.* — *Hic fortasse* L. Iunius Silanus *(traditur* Licinius Silanus, *correxit Lipsius)* oppressus testimonio Heliodori philosophi stoici *schol. ad Iuvenal. sat. 1, 33. Aut hic aut patruus (is qui praecedit)* L. Silanus Torquatus *VI 1438; aut huius aut illius* L. Silani statuam permissu imperatoris in foro Romano posuit Titinius Capito *Plin. ep. 1, 17. Item incertum uter* L. Silanus M. f. *in titulis servorum VI 7618*, L. Silanus *VI 7605*, Torquatus *VI 7602. 7636.*

— M. IVNIVS SILANVS TORQVATVS consul a. 19 *v.* M. IVNIVS SILANVS *(n. 252).*

— Appius Silvius Iunius Silvinus.

— C. FVFIVS IVNIVS TADIVS MEFITANVS.

561 C. IVNIVS TIBERIANVS (Innius Tiberianus *laterculus praefectorum urbis et vit. Aurelian. 1; in consulatu altero* Gaius I..... *t. urbanus ap. de Rossi inscr. chr. I 32, plerumque in consulatibus* Tiberianus, *semel vel bis* Tiberius) consul ordinarius a. 281 cum imp. Probo IIII, consul iterum *(iterationis notam exhibent laterculus praefectorum urbis et t. urbanus ap. de Rossi l. c. 17)* a. 291 cum Cassio Dione *fasti.* Praefectus urbi a. 291, item a. 303 *laterculus praefectorum urbis, ap. chronographum anni 354; cf. Vopiscus vit. Aurelian. 1.*

562 IVNIVS VELDVMNIANVS praetor nrbanus, Herculi sacrum fecit ad aram maximam *VI 319. Idem puto (ut coniecit etiam Borghesius opp. 8 p. 435)* Veldumnianus (Βελδουβινιανός *fasti Graeci maiores*, Veldnmianus *chronographus a. 354*, Veldemianus *III 1661*, Valdnmianus *fasti Hydat.*, Voldumianns *Prosper*, Βελλουμηνιανός *fasti Graeci minores*) consul ord. a. 272 cum Quieto *fasti. — Incertum num aliqua parentela coniunctus cum C. Vibio Afinio Gallo Veldumniano Volusiano.*

563 M. IVN(IVS)(?) VESTINVS MALLO .... ROMANVS. *Tituli rep. Viviers ad Rhodanum XII 2452 (1). 2453 hic acephalus et coniectura tantum incerta ad eundem hominem relatus (2); XII 2454 (3). 2454ª (4) fragmenta quamplurima, in eodem pago Viviers reperta, quae ad titulum titulosve eidem homini positos pertinere coniecit Hirschfeld.*

...n. Vestinus Mallo ....ns Romanus *t. 1 (pars nominis Vestini, item Mallonis cognomen integrum servata sunt etiam t. 3)*; M. Iu... *t. 4 fragmentum quod non certum est ad hunc spectare; praeterea* ..oncanius, *quod servatum est t. 3, ad nomen eius hominis pertinere coniectum est.* — M. f. *t. 1.* Tribu Voltinia *t. 1 cf. t. 3* (origine puto Viennensis). Viennae omnibus honoribus functus *t. 1 cf. t. 2. 3.* Adlectus in amplissimum ordinem senatorium *t. 1. 2,* inter quaestorios *t. 2.* Aedilis curulis; praetor; legatus provinciae Asiae *t. 2.*

564 L. IVNIVS VICTORINVS [F]L(AVIVS) CAELIANVS (*pro* FL. *traditur* EL), legatus Aug. legionis VI Victricis p. f. *VII 940 (temporibus Hadriani vel Pii, ut putant editores Britanni propter formam litterarum).*

565 IVNIA M. Bruti soror *(id est nata Serviliā, Bruti matre, genita, ut putat Borghesius opp. 5 p. 178, D. Silano consule a. 692),* M. Aemilii Lepidi triumviri reipublicae constituendae uxor *Vell. 2, 88 cf. Cic. ad Att. 6, 1, 25. 14, 8, 1, ad Brut. 1, 12. 13.* A. u. c. 724 cum filius eius M. Aemilius Lepidns in coniuratione contra Caesarem deprensns esset, et ipsa a Maecenate accnsata est, sed a Balbino consule dimissa *Appian. b. c. 4, 50.*

566 IVNIA Cretici Silani *(i. e. Q. Caecilii Metelli Cretici Silani consulis a. p. Chr. 7)* filia, desponsa Neroni Caesari Germanici filio iam a. 17 *Tac. a. 2, 43. Defuncta antequam nuberet, teste titulo VI 914:* Iunia Silani [f., spon]sa Neronis Caes[aris] ....., *qui videtur stetisse in sepulcro eius.*

567 IVNIA virgo Vestalis, adfinis Fanniae Helvidii Prisci *Plin. ep. 7, 19, 1.*

568 IVNIA AFFIANE (*potius* APPHIANE) clarissima femina, Aurelii Symphori uxor, Iuniae Cyriacetis mater *VI 29706.*

569 IVNIA ARRIA RVFINA clarissima femina, viri co(n)s(ularis) filia, uxor M. Rubreni Virii Prisci Pomponiani Magiani Proculi *t. Atinas X 5058.*

570 IVNIA CALVINA. *Memoratur in titulo Tiburtino mulieris quae quondam fuerat delicium eius, XIV 3661.* Iunia Calvina *Tac. a. 12, 4; Suet. Vesp. 23,* Iunia *Tac. a. 14, 12, praeterea* Calvina. M. Silani f. *tit.,* soror L. Silani *(supra n. 559) Tac. a. 12, 4. 8;* e gente Augusti *Suet. Vesp. 23 (scilicet Augusti abneptis, cf. stemma supra n. 550).* Festivissima puella *Seneca apoc. 8,* decora et procax *Tac. a. 12, 4.* Nupta L. Vitellio L. Vitellii censoris filio, mox repudiata *Tac. l. c. (cf. Suet. Vitell. 6).* Anno 48 incesti cum L. fratre commissi accusata *Tac. l. c. cf. Seneca apoc. 8,* a. 49 in exilium acta *Tac. c. 8.* A. 59 restituta *Tac. a. 14, 12.* Vitam protraxit usque ad extrema tempora Vespasiani *Suet. Vesp. 23.*

571 IVNIA CLAVDILLA *(sic Suet.;* Claudia *Tac., nomen non ponit Philo)* filia M. Silani (consulis a. p. Chr. 15), nupsit C. Caesari adulescenti a. 33 *Tac. a. 6, 20,* obiit ex partu ante a. 37 *Tac. a. 6, 45; Suet. Cal. 12; cf. Philo leg. ad Gaium p. 554. 556.*

572 IVNIA CYRIACE clarissima puella, Aurelii Symphori et Iuniae Affianetis filia *t. originis incertae VI 29706.*

573 IVNIA FADILLA proneptis Antonini, desponsa Maximino (Maximo) Caesari; eam postea accepit Toxotius, eiusdem familiae senator, qui perit post praeturam *vit. Maximin. 27, 6 (fictic.).*

574 IVNIA FLACCINILLA M. Macrinii Aviti Catonii Vindicis consulis uxor *VI 1449.*

575 IVNIA LEPIDA (Lepida *Tac.,* Ἰουνία Λεπίδα *tit. Atticus*), Silani Torquati filia *tit. Atticus CIA. 3, 872,* L. Silani interfecti a. 65 *(supra n. 560)* amita *Tac. a. 16, 8; soror igitur M. Silani consulis a. 46 (supra n. 553), filia M. Silani (supra n. 552) et Aemiliae Lepidae (cf. stemma propositum sub n. 550).* Uxor C. Cassii cos. suff. a. 30 *Tac. l. c.* Athenis sacerdos Minervae Poliadis *t. Atticus, fortasse sub Claudio, cuius temporibus hic t. videtur positus esse (cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 63, Dittenberger ib. p. 110).* Cum apud eam maritumque L. Silanus fratris filius educaretur *Tac. a. 15, 52,* incesti cum hoc commissi accusata est a. 65, sed a senatu ad Neronem reiecta *Tac. 16, 8. 9.*

576 IVNIA PAVLINA filia C. Iunii Faustini Postumiani cos. *Eph. ep. 5, 270 = VIII S. 11763.*

577 IVNIA SILANA 'insignis genere forma lascivia', item opibus *Tac. a. 13, 19,* nupta C. Silio, ex eius matrimonio a Messallina depulsa *ib. 11, 12. 13, 19,* Agrippinae diu percara, mox inimica, quia Agrippina Sextium Africanum nobilem iuvenem a nuptiis Silanae deterruerat, impudicam et vergentibus annis dictitans; a. 55 accusatores cum

subornasset in Agrippinam, in exilium acta *ib. 13, 19–22.* Labente Agrippina Tarentum ab exilio regressa ibi moritur a. 59 *ib. 14, 12.* — *Ab hac fortasse non diversa* Silana M. f. *fistula plumbea agri Pomptini X 8296, filia fortasse M. Silani cos. a. p. C. 15 (cf. Mommsen vol. X l. c.).*

578 IVNIA TERTIA *sive* TERTVLLA (Iunia *Tac. Plut.;* Tertulla *Cic. ad Att.,* Tertia *ad Brut.*), M. Bruti soror, C. Cassii uxor *Cic. ad Brut. 2, 5. 6, ad Att. 14, 20, 2; Tac. a. 3, 76; Plut. Brut. 7.* Defuncta a. p. Chr. 22 et pro rostris laudata; testamento Caesarem praeterierat *Tac. l. c.*

579 IVNIA TORQVATA. *Tituli ei a libertis positae VI 2127 (1). 2128 (2); memoratur in titulis libertorum VI 20788 (3). 20852 (4).* Iunia Torquata *t. 1. 2,* Torquata *Tac. a. 3, 69; t. 3. 4.* (C.) Silani *(consulis a. p. Chr. 10, supra n. 545)* soror *Tac. a. 3, 69,* C. Silani *(supra n. 544)* filia *t. 1. 2 (liberti eius dicti C. Iunii, t. 3. 4).* Eius precibus a. 22 C. Silano locus exilii commutatus *Tac. l. c.* Virgo Vestalis *t. 3. 4,* priscae sanctimoniae virgo *Tac. l. c. (virgo Vestalis igitur iam a. 22).* Virgo Vestalis maxima *t. 1,* sacerdos Vestalis annis LXIIII *t. 2. Vestalis maxima videtur facta esse post Vibidiam (cf. Tac. a. 11, 32), id est post annum 48 (aliter, sed vix recte, Borghesius opp. 5 p. 186).*

— SETINA IVSTA.

580 Iustinus, 'philosophus et martyr' *Tertull. adv. Valentin. 5,* oriundus Flavia Neapoli Syriae Palaestinae, Prisci filius, Bachii nepos *ipse apol. I 1.* A philosophia ad Christi doctrinam convertitur *ipse dial. c. Tryphone Iudaeo c. 2 seq. cf. apol. II 12.* Scripsit pro Christianis libellos duos *(sive unus fuit, cf. Harnack Texte u. Untersuchungen I p. 143),* quorum alter teste inscriptione dari debuit imp. Antonino Pio eiusque filiis *Iustin. apol. I 1 (de anno propter plures causas certi nihil statui potest, cf. Mommsen ap. Volkmar Theol. Jahrbücher [Tubing.] 14, 1855 p. 245 seq.; Usener religionsgesch. Untersuchungen I p. 107). Cf. praeterea de scriptis Iustini Eusebius h. eccl. 4, 18; Hieronymus de vir. ill. c. 23, et ex recentioribus Harnack Gesch. der altchristl. Litteratur I p. 99 seq.).* Romae capitis damnatus a Rustico praefecto urbis *acta martyrii Iustini et sociorum (Iustini opp. ed. Otto Jen. 1843 p. 558 seq.),* id est inter a. 161—168 *cf. supra n. 535 sub Q. Iunio Rustico (non ante annum 163, ut statuit Borghesius opp. 8 p. 549, cf. supra l. c.; sub a. 165 martyrium Iustini refert chron. Pasch. p. 482 ed. Bonn.; male sub Hadriano eum passum esse scribit Epiphanius adv. haer. lib. I tom. III haer. 46).*

— M. Iunianus Iustinus.

581 Iustus, Iudaeus Tiberiensis, Pisti filius *Ioseph. vit. 9. 17. 70.* A. 66 turbas in Galilaea excitat *vit. 9. 12. 17. 70.* Post adventum Iosephi in

Galilaea ad regem Agrippam confugit *ib. 70 cf. c. 65.* Cum accusaretur apud Vespasianum a Decapolitanis Syriae quod vicos eorum incenderit, hic Agrippae permisit ut in eum statueret; qui vitam ei indulsit, sed in vincula eum coniecit *ib. 65. 70,* postea eum magna pecunia donavit et ab epistulis sibi esse voluit, tempore procedente eum rursus in vinculis habuit, postremo eum facessere iussit *ib. 65.* — Scripsit historiam belli Iudaici quam viginti annis apud se servatam post mortem demum Vespasiani, Titi, Agrippae edidit *ib. 65,* opus inscriptum Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν, deductum autem usque ad mortem Agrippae (a. 100? *cf. supra sub M. Iulio Agrippa*) *Photius bibl. cod. 33 (cf. Diog. Laert. 2, 41).* Memoratur *Euseb. chron. (vers. Arm. et Hieron. s. a. 2113, Syncell. p. 655, 7), Hieronym. de vir. ill. c. 14. Cf. Mueller fr. hist. Gr. III p. 523.*

582 Iustus Iosephi historici filius *Ioseph. vit. 1. 76.*

583 Iustus (vir nobilis vel certe dives): eius uxor curata a Galeno *Galenus XIV p. 626 cf. p. 631 seq. Kuehn.*

— Q. Arruntius Iustus.
— AVTRONIVS IVSTVS.
— Catonius Iustus.
— L. CESTIVS GALLVS CERRINIVS IVSTVS LV[T]ATIVS NATALIS.
— COCCEIVS [I]VSTVS.
— C. CVRTIVS IVSTVS.
— L. FABIVS IVSTVS.
— Ti. [I]ulius [I]ustus.
— Minicius Iustus.
— C.(?) MODIVS IVSTVS.
— M. Nummius Iustus.
— Papirius Iustus.
— C. PESCENNIVS NIGER IVSTVS.
— CN. PETRONIVS PROBATVS IVNIOR IVSTVS.
— C. Pinnius Iustus.
— PVBLILIVS IVSTVS.
— ... SILANVS ..... IVSTVS AN.....
— Tullius Iustus.

584 Iuvatus, amicus Martialis *Martial. 12, 24, 4.*

585 Iuvenalis, e primoribus Tungrorum, gentem suam Civili tradit *Tac. h. 4, 66.*

— L. CASSIVS IVVENALIS.
— Flavius Iuvenalis.
— C. IVLIVS IVVENALIS.
— D. Iunius Iuvenalis.

586 Iuvencus praefectus Aegypti anno decimoquarto Gallieni (266/7) *papyrus Raineri 2026 (communicavit Wessely).*

— Iuvencus Martialis *v.* Iuventius Martialis.
— M. ANTONIVS IVVENIS.
— VITENNIVS IVVENIS.
— Caecilius Iuventianus.

587 M. IVVENTIVS CAESIANVS cos. *t. Brixiae ab eo dicatus Postumiae Paullae M. Iuventii Secundi V 4349.*

588 (Iuventius) Celsus (Celsus pater *Dig. 1, 2, 2, 53. 17, 1, 39; praeterea nomen non ponitur*) iuris consultus, pater P. Iuventii Celsi T. Aufidii Hoenii Severiani *Pomponius Dig. 1, 2, 2, 53,* laudatur a filio *Dig. 12, 4, 3, 7. 17, 1, 39. 31, 20. 31, 29.* In consilio Duceni Veri consulis *(id solum restat) Dig. 31, 29 pr.*

589 P. IVVENTIVS CELSVS consul a. 164. — Iubentius Celsus *VI 2120,* Ἰουέντιος Κελ. *vel* Ἰου. Κε. *nummi Pessinuntii (cf. infra); in consulatu* P. Iuvent. Cels. *XV 1369,* P. Iuven[tius] ..... *VI 552,* P. ..... *XIV 3596, praeterea* Celsus.

*Filius videtur eius qui sequitur.* Promagister collegii pontificum a. 155 *VI 2120.* Consul ordinarius a. 164 cum M. Pompeio Macrino *fasti.* Legatus Galatiae imperante M. Aurelio *nummus Pessinuntius (Mionnet IV 393, 115 cf. Muret mél. de numism. III p. 333; Leake num. hell. suppl. p. 80); alius nummus similis (Mionnet IV 393, 116 ex Sestini descr. p. 482).*

590 P. IVVENTIVS CELSVS T. AVFIDIVS [H]OENIVS SEVERIANVS. *Nomina plena leguntur Dig. 5, 3, 20, 6, nisi quod pro altero praenomine Titi scriptum est* Titius *et pro Hoenio* Oenus; *hoc nomen firmat T. Hoenius Severus consul a. 141, cum quo hic aliqua parentela coniunctus fuisse putandus est.* Iuventius Celsus *Plinius ep. 6, 5, 4, Dio 67, 13 alibi,* Ἰουου. *vel* Ἰου. Κελσ. *nummi Perinthii (cf. infra),* Celsus Iuventius *Dig. 38, 1, 7, 1,* Iulius Celsus *vit. Hadr. 18,* Celsus *passim apud iuris auctores; in indicando consulatu a. 129* P. Iuventius Celsus *VI 527 et diplomata militaria,* P. Iuve. *XV 1046,* Iuventius *XV 1435,* Iuventius Celsus *cod. Iust. 7, 9, 3,* .. .. ventius Celsus *VI 10299, praeterea* Celsus.

Coniurationis in Domitianum reus imminens exitium effugit *Dio 67, 13.* Praetor a. 106 vel 107 altercatur in senatu cum Licinio Nepote *Plin. ep. 6, 5.* Legatus prov. Thraciae Traiani Dacici, nondum Optimi Parthici *(i. e. ante a. 114) nummi Perinthi Thraciae (Mionnet suppl. II 401, 1187. 1188, Kenner Münzsamml. des Stiftes St. Florian p. 26, alibi; Leake num. hell. suppl. p. 79 errore nummum male lectum tribuens Pessinunti Galatiae; cf. Imhoof mon. gr. p. 44) inscriptum habentes* ἐπὶ Ἰου. *vel* Ἰουου. *(sic Kenner, Leake)* Κελσ. πρεσ. Περινθίων (ἐπὶ στρ. Ἰου. Κέλσου Περινθίων *Mionnet 1188 male*). Cos. suff. a. inc. Consul iterum *Dig. 1, 2, 2, 53,* ordinarius a. 129 primum cum L. Neratio Marcello iterum *fasti,* mense Febr. et

Mart. cum Q. Iulio Balbo *dipl. mil. (III p. 875. III S. p. 1977); Dig. 5, 3, 20, 6.* Auctor iuris: digeston eius libri undequadraginta adhibita in Digestis Iustiniani *index Dig. Florentinus; horum et reliquorum eius scriptorum reliquias composuit Lenel palingenesia iuris civ. I p. 127 seq.* In consilio Hadriani *vit. Hadr. 18.*

591 Iuventius Martialis (*pro* Iuventi- *codices nonnulli* iuvencii *vel* vivencii; *unde olim nonnullis* Iuvencus Martialis) scripsit historiam Caesaris dictatoris *Sidonius Apollinaris ep. 9, 14.*

592 M. Iuventius Rixa procurator Sardiniae a. 66/67 *X 7852.*

593 P. Iuventius Rufus procurator (μεταλλάρχης) lapicidinarum quarundam in Thebaide, temporibus Tiberii *t. rep. prope lapicidinas illas CIG. 4716 d² (vol. III p. 1192).*

594 Iuventius Sabinus: rescriptum divi Pii ad eum *Ulpianus Dig. 29, 5, 1, 5. Videtur fuisse praeses provinciae.*

595 M. IVVENTIVS SECVNDVS (*praenomen habet solus t. 4351*) consul, maritus Postumiae Paullae *tituli uxori eius dedicati Brixiae V 4349. 4350. 4351. 4353. 4354.*

596 M. IVVENTIVS SECVNDVS RIXA POSTVMIVS PANSA VALERIANVS M. f., tribu Fab. (origine sine dubio Brixianus), consul *t. Brixianus V 4334. Filius videtur eius qui praecedit et Postumiae Paullae, cf. Mommsen ad V 4334.*

597 [M. IVVEN]TIVS [SECVN]DVS RIXA [POSTVMIVS? PAN]SA VALERIANVS ..... SEVERVS M. f.; tribunus legionis primae Minerviae, [quaestor] eodemque tempore .... *[nescio quo alio munere functus]*, tribunus plebis, praetor ....., praefectus frumenti dandi, ....., proconsul provinciae ....., legatus Augusti provinciae Aquitaniae; consul; [curator alvei Tiberis et ripa]r. et cloacarum urbis *t. Brixianus V 4335. Fortasse non diversus ab eo qui praecedit.*

598 M. IVVENTIVS SVRVS PROCVLVS. *Tituli: fragmentum Brixianum V 4360 (1); milliari Norici III 5712 (2). 5715 (3). 5717 (4). 5723 (5). 5746 (6).* M. Iuventius Surus Proculus *t. 6 (idem fuerat in t. 2–5 plus minus mutilis)*, ... Surus Proculus *t. 1.* M. f. *t. 1.* Tribu Fab. *t. 1*, origine sine dubio Brixianus. Sevir equitum Romanorum *t. 1.* Legatus pro pr. Norici a. 201 *t. 2–6.*

599 Izates Monobazi Bazaei et Helenae f., patri in regno Adiabenum succedit (*primis Claudii temporibus?*) *Iosephus ant. 20, 2, 1 seq.* Statim post regnum susceptum complures ex fratribus Romam misit obsides Claudio Caesari *ib. ant. 20, 2, 3.* Artabanum Parthum in regnum restituit *ib. 20, 3, 1 seq.* Vardani bellum cum Romanis suadenti restitit *ib. 20, 3, 4.* Meherdate regnum Parthorum occupante palam eius societatem induit, sed mox transit ad Gotarzem (a. 49) *Tac. a. 12, 13. 14.* Iudaeorum ritus amplectitur *Ioseph. ant. 20, 2. 3. 4;* inde proceris Adiabenum exosus; regem Arabum Abiam ab illis excitatum et bellum sibi inferentem superat *ib. 20, 4, 1.* Contentio eius

cum Vologaese Parthorum rege *ib. 2.* Vixit annos quinquaginta quinque, regnavit viginti quattuor (?), reliquit filios viginti quattuor, totidemque filias, regnum tradit Monobazo fratri, sepelitur Hierosolymis in monumento matris *ib. 3. Cum Monobazus fratri successerit iam a. 62 (Tac. a. 15, 1), regnum Izatis, si vere statim post regnum susceptum fratres Romam misit Claudio (cf. supra), restringitur ad annos minus viginti quattuor.* Quinquo ex filiis mittit in Iudaeam mores Iudaeorum ut discerent *Ioseph. ant. 20, 3, 4.* Hierosolymitanis fame laborantibus pecuniam largitur *ib. 20, 2, 5.* Propinqua eius Grapte Hierosolymis aedificat porticum dictam regiam *Ioseph. bell. 4, 9, 11.* Filii eius et fratres Hierosolymis captis in potestatem Titi veniunt et Romam mittuntur obsidum loco *ib. 6, 6, 4.*

# L

— L. LVCRETIVS OCTAVIVS L....

— M. ANTISTIVS LABEO.

— Asconius Labeo.

— Attius Labeo.

— CETHEGVS LABEO.

— Claudius Labeo.

— Cornelius Labeo.

— Q. Herennius Labeo.

— Q. LICINIVS MODESTINVS ATTIVS LABEO.

— Pacuvius Labeo.

— POMPONIVS LABEO.

— Pontius Labeo.

— TITIDIVS LABEO.

— Q. LVSIVS LABERIVS .....

1 Laberius Gallus primipilaris, vir egregius, patronus collegii fabrum Volsiniensium *XI 2702.*

2 . . LABERIVS IV.... [C]OCCEIVS LEPIDVS PROC[VLVS] (proc[os.] *Borghesi opp. 5 p. 251, minus recte ut puto*) L. f., tribu Aem.; decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum [legionis XXII] Primigeniae *(non ante Claudium)*, l[eg]. missus ad principem, legatus pro pr. Africae, legatus [pro pr.] Asiae, quaestor, tribunus plebis, praetor *t. urbanus VI 1440. De aetate tituli propter supplementum supra memoratum non recte iudicat Borghesius l. c.*

3 L. Laberius Maximus (Λιβ- *pro* Λαβ- *Iosephus; praenomen exhibet solum dipl. mil. anni 83). Pater eius puto* L. Laberius Maximus aedilis Lanuvinus a. 42 vol 43 *XIV 2097.* Procurator Iudaeae a. 71

*Ioseph. b. Iud. 7, 6, 6.* Procurator (amphiteatri Flaviani) et praefectus annonae a. 80 *act. Arv. (VI 2059).* Praefectus Aegypti a. 83 *dipl. mil. (Eph. ep. 5 p. 612 = III S. p. 1962).*

4 M'. LABERIVS MAXIMVS. *Tria nomina exhibet dipl. mil. anni 103 in consulatu indicando;* M. Laberi[us] .... *lectum est VI 854 sed litterae dimidiatae,* Laberius Maximus *Plin., vit. Hadr.,* Maximus *Dio 68, 9 (cf. infra) et plerumque in indicando consulatu anni 103. — Filius ut videtur eius qui praecedit. Consul suffectus a. inc., sub Domitiano puto.* Primo bello Dacico Traiani oppidum quoddam munitum et Decebali regis sororem capit *Dio 68, 9, si quidem hic Maximus intellegitur.* Servus eius in Moesia ab hostibus captus *Plin. ad. Trai. 74, unde legatum Moesiae eum fuisse cum bellum Dacicum gestum est, effecit Borghesius opp. 3 p. 70 cf. 4 p. 168.* Cos. II ord. a. 103, primum cum Traiano quintum *fasti*, deinde cum Q. Glitio Atilio Agricola *dipl. mil. Britannicum (III p. 864 = VII 1193).* Ob imperii suspicionem in insulam relegatus sub Traiano; parcitur ei ab Hadriano *vit. Hadr. 5.*

5 *CN. LABE[RIVS] PAETVS cos. desig. *t. Patavinus a Mommseno damnatus V 210*. Ut genuino eo utitur Borghesius opp. 5 p. 251.*

— C. ETRILIVS REGILLVS LABERIVS PRISCVS.

6 C. LABERIVS QVARTINVS, consul (suffectus a. inc.), septemvir epulonum, Faustinae Aug. titulum posuit Ferentini a. 173 *X 5824. Cf. Borghesi opp. 5 p. 249 seq.*

7 LABERIA GALLA C. f., clarissima femina, uxor A. Egnatii Proculi *VI 1406. — Non pertinet huc* Laberia L. f. Galla flaminica prov. Lusitaniae *II 339.*

8 LABERIA POMPEIANA clarissima femina, coniux M. [Cl.] Macrini Vindicis Hermogeniani clarissimi viri et consularis *X 4861.*

9 T. Labienus orator. *Vix fuit filius Q. Labieni qui cum Parthis contra Romanos pugnavit (id enim non memorari mirum esset), sed fortasse affinis eius.* — Iudicium de eo *Seneca contr. 10 pr. 4–5.* Erat ei summa egestas, summa infamia, summum odium *(cf. Quint. inst. 4, 1, 11);* Pompeianos spiritus nondum in tanta pace posuerat *Seneca l. c.* Pro Urbiniae heredibus agit contra Pollionem *Quint. inst. 4, 1, 11 cf. 1, 5, 8. 9, 3, 13; Seneca contr. 4 praef. 2; Charisius I p. 77 Keil; cf. Diomedes I p. 376, 8 Keil (ubi traditur* Libius). Declamavit non populo, sed egregie *Seneca contr. l. c. cf. 10, 2, 19. 3, 5. 15. 4, 17. 18, 24.* Scripsit historiam *Seneca contr. 10 pr. 8.* Libri eius ex senatus consulto combusti *Seneca l. c. § 5; Suet. Cal. 16* (permissu Caligulae requisiti et rursus lecti *Suet. l. c.*). Ob hanc iniuriam mortem sibi conscivit *Seneca l. c. § 7.*

P. Licinii Valeriani filius; natus a. 218 (quippe annorum quinquaginta, cum occideretur a. 268) *Victor epit. 33. Matri nomen fuisse Egnatiae probabile est; avus maternus a nonnullis creditur Gallienus Concessus (cf. supra G 24).* Cum pater Augustus factus esset, a senatu Caesar creatus *Victor Caes. 32, Eutrop. 9, 7 (inde Oros. 7, 22, 1),* a senatu imperator creatus *Ruf. Fest. 23,* a patre Augustus factus *Victor epit. 32 cf. Zosim. 1, 30,* una cum patre imperator factus *Zon. 12, 23. Non una cum patre, sed anno insequenti Gallienum Augustum factum esse hic illic creditum est, sed refragantur monumenta plurima (cf. inscr. sel. ad n. 538 not. 3).* A patre Postumo commissus *vit. Aurelian. 8, 2 (fictic.).* Consul ord. a. 254 cum patre iterum *fasti. (Ante annum 254, fortasse ipso anno 253, Gallienum consulem suffectum fuisse probare studuit Mowat mém. des antiq. de France 40, 1879 p. 191 seq., sed non persuasit).* Consul iterum a. 255 cum patre tertium, consul tertium a. 257 cum patre quartum, consul IV a. 261 cum T. Petronio Tauro Volusiano, consul V a. 262 cum Faustiniano sive Faustino, consul VI a. 264 cum Saturnino, consul VII a. 266 cum Sabinillo *fasti.* — Archon Athenis *vit. Gallien. 11, 3,* archon Traianae Augustae in Thracia *Bull. de corr. hell. 6 p. 185.* — Cum Mediolanum obsideret, a suis occisus *vit. Gallien. 14, 9; Vict. Caes. 33; epit. 33; Eutrop. 9, 11 (inde Oros. 7, 22, 13); Eusebius chron.; Zos. 1, 40; Zon. 12, 25.* Regnavit annos quindecim, cum patre septem, solus octo *Victor epit. 33,* regnavit annos quindecim σὺν τοῖς τοῦ πατρὸς *Zonar. 12, 25 (sic etiam Eusebius in chronico).* Occisus imperii anno nono *Eutrop. 9, 11;* huic novem annorum potentia fuit *Victor Caes. 33, scilicet post captivitatem patris; titubat auctor vit. Gallien. 21, 5; nummi Alexandrini frequentes pro-*

Digitized by Google

*cedunt usque ad annum XV (ex anno decimo sexto, qui incipere debebat 29 Aug. 268, aut nulli extant aut perpauci, cf. Sallet Daten der alexandr. Kaisermünzen p. 73).* Uxor: Cornolia Salonina *(cf. sub hac)*; concubina Pipa *sive* Pipara *Vict. epit. 33, 1 cf. vit. Gall. 21, 3, Vict. Caes. 33, 6.* Filii: P. Licinius Cornelius Valerianus *(supra n. 124)*; P. Licinius Cornelius Saloninus *(supra n. 123). Nulli fuerunt* imp. Q. Iulius, filius Gallieni Aug. et Saloninae Aug.; Iulia nobilissima puella, fil. Gallieni Aug. et Saloninae Aug. *X 565* = Orell. 1013 t. a Ligorio excogitatus.*

136 LICINIVS GABOLVS *(an* Gallus? *Hirschfeld)* praetura *(traditur* praefectura) functus, ab Agrippina in exilium actus, post huius caedem a. 59 restitutus a Nerone *Tac. a. 14, 12.*

— IMP. CAESAR P. LICINIVS GALLIENVS AVG. *v.* IMP. CAESAR P. LICINIVS EGNATIVS GALLIENVS AVG.

137 Licinius Hierocles filius eius qui sequitur *t. Caesariensis (cf. sub patre).*

138 T. Licinius Hierocles. *Tituli Caesarienses: VIII 9367 cf. Eph. ep. 5, 968 (1); Waille comptes rendus de l'Académ. des inscr. 1889 p. 202 = Dessau inscr. sel. 1356 (2); memoratur in Caesariensibus VIII 9354 (3). 9355 (4).* T. Licinius Hierocles *in t. 1 legit Schmidt (praenomen* T. *confirmat etiam Delamare),* [L]icinius Hierocles *t. 4,* L[ic]inius *(non* L. [Lic]inius) Hierocles *t. 3,* .... inius Hierocles *t. 2.* Primipilus bis, tribunus cohortis undecimae urbanae, praepositus equitum itemque peditum Maurorum iure gladii, tribunus cohortis octavae praetoriae, procurator hereditatium, praefectus legionis secundae Parthicae vice legati, praeses provinciae Sardiniae *t. 2.* Procurator Augusti praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis *t. 2. 3. 4,* procurator Augusti praeses iure gladii *t. 1,* sub Severo Alexandro *t. 2–4,* a. 227 *t. 3.* Vir egregius *t. 1. 2.* Coniux Claudia Nerviana; liberi Licinii Hierocles, Hieroclia, Paulina, Axia *t. 2.*

— M. STATIVS PRISCVS LICINIVS ITALICVS.

139 C. LICINIVS LICINIANVS sodalis Augustalis cooptatus a. 169 *VI 1984.* In locum eius alius cooptatus a. 202 *ib.*

140 C. LICINIVS LICINIANVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338 v. 26.*

141 M. Licinius C. Lucretius Censorinus, M. fil., tribu Fab. (Brixiensis), amicus M. Nonii Macrini *t. Brixiensis V 4336. Huius puto frater* M. Licinius C. Lucretius Postumin(us) M. f., tribu Fab. *Notizie 1893 p. 27.*

142 (L. Licinius) Lucullus: *eius libertus* L. Licinius Luculli l. Aprodisius *I 1061 = VI 21230. Fortasse filius L. Luculli consulis a. 680 (Cic. de fin. 3, 2, 7). Post hunc et M. Lucullum occisum a. 712 (Val. Max. 4, 7, 4. Vell. 2, 71) nulli Licinii Luculli memorantur.*

143 Licinius Lucusta (Licinn- *pro* Licin- *cod.*) Proculum consuluit *Proculus libro octavo epistularum, Dig. 31, 48.*

144 C. LICINIVS MARINVS VOCONIVS ROMANVS C. f., *(sic II 3866; Voconius Romanus II 3865ª, Plin. ep. 2, 13, ad Trai. 4, itemque Voconii nomen servatum est in inscriptione epistularum 1, 5. 3, 13; Romanus Plin. ep. 2, 1. 6, 15. 6, 33. 8, 8. 9, 7. 9, 28).* Oriundus ex Hispania citeriore *cf. Plin. ep. 2, 13, 4*, fortasse Sagunto *II 3865ª. 3866.* Tribu Gal. *II 3866.* Pater eques Romanus, mater e primis *(cf. Mommsen in ed. Keilii p. 431)*; ipse adoptatus a vitrico et in nomen adsumptus *Plin. ep. 2, 13, 4 cf. ad Trai. 4, 4; scilicet Voconius Romanus, ut dicitur a Plinio, filius fortasse C. Voconii Placidi (II 3865) adoptatus est a C. Licinio Marino.* Flamen provinciae Hispaniae citerioris *Plin. ep. 2, 13, 4.* Condiscipulus et contubernalis Plinii *Plin. ep. 2, 13, 8, ad Trai. 4.* Per Plinium a Nerva ius trium liberorum impetrat *Plin. ep. 2, 13, 8,* per eundem a (Neratio) Prisco (legato Pannoniae) beneficium aliquod, tribunatum ut videtur *ib. 2, 13, 2. 10,* a Traiano latum clavum *Plin. ad Trai. 4.* Causas agit *Plin. ep. 2, 13, 7.* Epistulas scribit elegantissimas *Plin. ep. 2, 13, 7. 9, 28, 1.* Plinius ei scripta sua communicat *Plin. ep. 6, 33.* — Epistula quaedam eius ad Plotinam *Plin. ep. 9, 28, 1.* Villam aedificat in litore *Plin. ep. 9, 7, 1.*

145 Q. LICINIVS MODESTINVS ATTIVS LABEO. *Tituli: Bovillensis vel certe a Bovillensibus dedicatus XIV 2405 (1); Corinthius III S. 7270 (2).* Q. Licinius Modestinus .... Labeo *t. 1,* .... Modestinus ... Attius Labeo *t. 2.* Decemvir stlitibus iudicandis *t. 1. 2.* Quaestor provinciae Africae, tribunus plebis, [praetor], curator viae Salariae, praefectus aerarii ...., consul *t. 1.* Quindecimvir sacris faciundis, fetialis, sodalis [Augustalis] *(ob hoc a Bovillensibus titulo honoratus) t. 1.*

146 Licinius Montanus, amicus Frontonis, homo eruditus et facundus, a Frontone commendatur Lolliano Avito *Fronto ad am. I 3 p. 175 Naber (p. 200 M.).* — *Alius* C. Licinius Montanus *tegulae urbanae XV 148–150.*

147 C. LICINIVS MVCIANVS. *Cf. Leop. Brunn de C. Licinio Muciano (diss. Lips. 1870). Tituli: Oenoandensis Lyciae, bull. de corr. hell. 1886 p. 218 (1); tubus plumbeus XIV 2173 (2).* C. Licinius Mucianus *(sic plene t. 2, fasti feriarum Lat., act. Arr. a. 72, in t. 1 praenomen periit;* Licinius Mucianus *vel* Mucianus *scriptores; non recte olim dicebatur* M. Licinius Crassus Mucianus, *cf. Borghesi opp. 4 p. 345.* 'Iuvenis insignes amicitias ambitiose coluerat; mox attritis opibus, lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum Asiae sepositus', paene exul *Tac. h. 1, 10 (fortasse hoc tempore commoratus est Rhodi, cf. Plin. h. n. 19, 12).* Proxime vidit Euphratis fontem *Plin. 5, 83, fortasse legatus legionis sub Corbulone in Armenia (cf. Borghesi 4 p. 349).* Legatus Lyciae sub Nerone *t. 1; Plin. h. n. 12, 9.*

*13, 88,* successor fortasse (T. Clodii) Eprii Marcelli *(cf. Borghesi l. c.).* Consul suff. a. inc. *(nescio an idem* Mucianus consul mense Nov. anni incerti *Bull. com. 1885 p. 162).* Syriae praepositus a. 67 *Tac. h. 1, 10.* Iudaeis Antiochiensibus privilegia servat *Iosephus ant. 12, 3, 1.* Cum Vespasiano Iudaeam obtinente non obscuras simultates gerit *Suet. Vesp. 6 cf. Tac. h. 2, 5.* Post exitum Neronis Vespasiano reconciliatur, primum per amicos, deinde per Titum Vespasiani filium *Tac. h. 2, 5 cf. c. 74; Ioseph. bell. 4, 1, 5.* Syriae legiones sacramento Othonis adigit *Tac. h. 1, 76; Plut. Otho 4; nummi Galbae (Mionnet V 169, 192. 193; Leake Asia suppl. p. 17; mus. Berol.) et Othonis (Mionnet S. VIII 131, 45; mus. Berol.) cum inscriptione* ἐπὶ Μουκιανοῦ Ἀντιοχέων ἐτ. ζιρ. *(i. e. a. 117 aerae nempe Caesarianae, sive p. C. 68/9).* Post mortem Othonis primum quidem Vitellio iurat *Tac. h. 2, 73,* mox Vespasianum coram ad capessendum imperium hortatur *Tac. 2, 76 seq. cf. Ioseph. b. Iud. 4, 10, 5; Suet. Vesp. 6; Dio 65, 8.* Antiochiam reversus militem in Vespasiani verba adigit, ad ipsos Antiochenses verba in theatro facit *Tac. 2, 79. 80.* Beryti consilium de summa rerum habet *Tac. 2, 81 cf. Ioseph. 4, 10, 6.* Dux contra Vitellianos destinatur *Tac. 2, 82; Dio 65, 9 (Zon. 11, 16).* Propriis opibus bellum iuvat *Tac. 2, 84.* Proficiscitur per Cappadociam et Phrygiam *Ioseph. bell. 4, 11, 1.* Classem e Ponto Byzantium adigi iubet *Tac. 2, 83 cf. 3, 47.* Motum Dacorum reprimit *Tac. 3, 46.* Autonium Primum crebris epistulis monet, ut Aquileiae bellum sistat *Tac. 3, 8;* eundem cum post proelium Cremonense Romam properaret retinere studet *ib. c. 52. 78.* Offensiones inter eum et Antonium Primum *Tac. 3, 53.* Vitellio salutem promittit, si se Vespasiano permisisset *ib. c. 63.* Urbe capta litteras iactantia plenas ad senatum mittit *Tac. 4, 4.* Triumphalia ornamenta ei decreta ob expeditionem in Sarmatas *ib.* Urbem ingressus (postero die quam Vitellius occisus est *Ioseph. bell. 4, 11, 4, minus recte puto*), 'cuncta simul in se trahit' *Tac. h. 4, 11 cf. c. 39,* 'statum urbis regit' *Tac. Agr. 7 cf. hist. 4, 44. 46; Dio 65, 22. 66, 2 (Zon. 11, 17).* Caedes iussu eius patratae *Tac. h. 4, 11. 49. 80.* Expeditionem Germanicam cum Domitiano parat *Tac. h. 4, 68;* mox ab eadem Domitianum retrahit *Tac. h. 4, 85. (Praeterea nomen eius ponunt Tac. h. 2, 95; 3, 1. 25. 49. 66; 4, 24. 75; 5, 26; Dio 65, 14. 18).* Vespasiano Brundisium obviam it *Dio 66, 9;* ab eodem frater appellatus *Dio 66, 2.* Cos. II (suff.) a. 70 *Plin. h. n. 35, 164 cf. Borghesi 4 p. 350.* Cos. III (suff.) a. 72 cum T. Flavio Sabino II *fasti fer. Lat. (CIL. I ed. 2 p. 59 = VI 2016), act. Arv. (VI 2053).* Ter consul *passim ap. Plinium.* Frater Arvalis (?) *VI 2052 v. 6 (ubi extat tantum* C. Licinius ....). Vespasiano auctor ut philosophos ex urbe eiceret *Dio 66, 13 (Zon. 11, 17).* Clam correptus a Vespasiano *Suet. Vesp. 13 (inde Victor epit. 9, 3).* — Praedia habet in agro Aricino *t. 2.* — Scripsit complura: libri eius argumenti geographici *(cf. Plin. h. n. 3, 59. 4, 66.*

Digitized by Google

*67. 77. 5, 50. 83. 132)*, quibus rettulit de mirabilibus praecipue Asiae *(Plin. h. n. 7, 36, 159. 16, 213. 31, 19. 36, 131)*, Lyciae *(ib. 12, 9. 13, 88. 21, 33)*, Syriae *(ib. 5, 128)*, insularum Graeciae *(Plin. h. n. 2, 231. 11, 167. 19, 12. 31, 16. 34, 36)* partim sibi visis *(ib. 12, 9. 13, 88. 14, 54. 16, 213. 19, 12)*, item de animalibus *(ib. 7, 36. 8, 6. 201. 215. 9, 33. 80. 94. 182. 32, 62)*, passim adhibiti a Plinio in historia naturali *Plin. ind. l. 2–13. 16. 19. 31. 33. 35. 36 et in contextu passim cf. L. Brunn l. c. p. 18 seq. (hos libros videtur scripsisse ante Syriacam legationem, cf. Brunn p. 26)*. Praeterea collegit et edidit actorum libros minime undecim, epistularum minime tres *Tac. dial. 37*. — Mortuus, quo tempore scribebat Plinius historiam naturalem (a. 77) *Plin. h. n. 32, 62.*

— LICINIVS MVRENA *(Dio 54, 3), plerumque* A. Terentius Varro Murena, *ubi vide.*

148 (C. Licinius?) Murena: *eius ut videtur liberta* Licinia C. l. Erot[is], spaltria [= psaltria] Muren[ae] et ministra in f[amilia?] *VI 10138.*

149 Licinius Nepos declamator *Seneca suas. 2, 16, contr. 7, 5, 10. 6, 24; 9, 2, 28; 10, 4, 22. 5, 24.*

150 LICINIVS NEPOS praetor *(a. 105 cf. Mommsen Herm. 3 p, 44)*, acer et fortis, multam dicit iudici senatorii ordinis cessanti *Plin. ep. 4, 29*, edicit de praemiis advocatorum *ib. 5, 9*, agit in senatu de Tuscilio Nominato qui causam Vicetinorum susceperat et pecunia accepta reliquerat *ib. 5, 4. 13.* Verba facit in senatu de Vareno Rufo repetundarum reo, quae oratio eius multis displicuit; altercatur cum Iuventio Celso praetore *ib. 6, 5.*

151 M. LICINIVS NEPOS frater Arvalis a. 139 *act. Arv.*

152 Q. LICINIVS NEPOS frater Arvalis sub Commodo et Pertinace, magister collegii a. 183, memoratur praeterea inter Arvales a. 186 et anno incerto temporum Commodi et a. 193 *act. Arv. (VI 2099—2102).*

153 A. LICINIVS NERVA SILIANVS cos. ord. a. p. C. 7. *Sic plene nummi infra citati, Vell. 2, 116, item in consulatu fasti Cap., similiter* Αὖλος Λικίννιος Οὐέρνας Σιλανός *Dionis ind. 55*, Λικίνιος Σιλανός *Dio 55, 30*, A. Licinius N.... *tegula Tifernas CIL. I p. 202*, A. Lic(inius) *CIL. I 756*, A. Linicius *(sic) Cassiodor.*, Nerva *reliqui testes consulatus.* A. f., A. n. *fasti Cap., scilicet per adoptionem; vere fuit* P. Silii filius *Vell. 2, 116, nempe P. Silii Nervae consulis a. u. c. 734. Pater adoptivus fortasse fuit A. Licinius Nerva triumvir monetalis sub Caesare dictatore (Mommsen röm. Münzw. p. 651).* — Triumvir monetalis non ante a. 742, sed nec multo postea *(cf. Mommsen röm. Münzw. p. 744 not. 15) nummi ap. Cohen ed. 2 vol. I Augustus n. 437.* Consul ord. a. p. C. 7 cum Q. Caecilio Metello Cretico Silano *fasti.* Immatura morte *[mortis vocabulum, quod excidit, recte ut videtur supplevit Orellius]* prohibitus est diutius amicitia Augusti frui et gloriam bellicam mereri *(id videtur intelligendum esse) Vell. 2, 116.* — *Non huius,*

*sed antiquioris puto, fortasse patris adoptivi*, Licini Nervae ser(vus) *in t. urbano bull. comunale 14 p. 410 n. 1662.*

154 A. LICINIVS NERVA SILIANVS (*dictus etiam* SILIVS NERVA), consul ordinarius a. 65 cum M. (Iulio?) Attico Vestino *fasti. Praeterea ignotus; nepos ut videtur A. Licinii Nervae Siliani consulis a. 7; filius fortasse Silii Nervae cos. a. 28.* (Silius Nerva *solus Tac. a. 15, 48*; Αὖλος Λικίννιος Νέρουα Σιλιανὸς *Phleg. mir. 23*, Nerva Silianus *Sueton. vit. Lucani p. 78 Reifferscheid*, Silvanus *fast. Vind. priores ap. Momms. chron. min. I p. 283 cum Prospero*, A. Licinius Nerva *XI 1331*, Nerva *notizie 1883 p. 21 et chronographus anni 354*, Helva *fasti Hydatiani*).

155 P. LICINIVS PANSA consul suff. mense Sept. et Oct. a. 134 cum L. Attio Macro (*vel potius* Macrone) *diplomata militaria duo (III p. 878. III S. p. 1979).*

156 P. Licinius Papirianus, M. f., tribu Quir., procurator M. Aurelii et divi Veri Augustorum a rationibus; oriundus Sicca Veneria Africae, testamento municipibus suis pecuniam reliquit in alimenta puerorum et puellarum *t. Siccensis VIII 1641.*

157 M. LICINIVS PETILIVS AIA... clarissimae memoriae vir *t. Aquileiensis V 871.*

— A. PLATORIVS NEPOS APONIVS ITALICVS MANILIANVS C. LICINIVS POLLIO.

158 LICINIVS PRISCVS legatus Lyciae Pamphyliae a. 178 *dipl. mil. (Eph. ep. 4 p. 504 = III S. p. 1993).*

159 Licinius Proculus, amicus Othonis, post caedem Galbae praetorianis praepositus *Tac. h. 1, 46 cf. c. 82*, Dux contra Vitellianos *ib. c. 87; 2, 33. 39. 40. 44; Plut. Oth. 7. 8. 10. 13; Zon. 11, 15.* Apud Vitellium se excusat *Tac. 2, 60.*

160 M. L[IC]IN[I]VS [Q]VIN[T]IANVS AEMILIANVS tribu Gal. (*nomen et prius cognomen, item tribus plane incerta*), clarissimus vir *t. Tarraconensis II 4123.*

161 LICINIVS REGVLVS senator: ei accidit, ut a. 736 senatu moveretur, filius ipsius in senatu relinqueretur *Dio 54, 14.*

162 LICINIVS RVFINVS: Λικίννιον Ῥουφῖνον, συγκλητικόν, υἱὸν Λικιννίου Ῥουφίνου, *titulo honorant iuvenes Herculanei Thyatireni, CIGr. 3502.*

163 Licinius Rufinus (Licinn- *plerumque scribitur; cognomen solum habet index Dig.*): eius libri regularum adhibiti in Digestis *Digesta Iustiniani passim (reliquias composuit Lenel palingenesia iuris civ. I p. 559); index Dig. Flor.* Paulum consuluit *Dig. 40, 13, 4. Non recte olim ei tribuebatur a nonnullis collatio legum Mosaicarum et Romanarum quae extat; cf. Mommsen collect. libr. iuris anteiustin. 3 p. 113.*

164 M. CN. LICINIVS RVFINVS: M. Γναῖον (*sic perscr. t. 3499*) Λικίνιον Ῥουφῖνον, τὸν λαμπρότατον ὑπατικόν, φίλον τοῦ Σεβαστοῦ, *titulis honorant Thyatiris et collegia et privati, CIGr. 3499. 3500.*

Digitized by Google

165 L. LICINIVS SABINVS magister sodalium Augustalium Claudialium a. 214 *VI 1987 = XIV 2391.* Idem fortasse praedia habebat in agro Albano *fistula aquaria XIV 2312.*

166 LICINIVS SERENIANVS (Licinnius Serenianus *III 6932. 6945; cognomine solo utitur Firmilianus*) legatus Cappadociae sub Maximino *milliarii Cappadociae III 6932. 6946. 12195 cf. p. 2063 (nomen videtur fuisse etiam III 6933. 6952); Firmilianus episcopus Caesareae in epistula (Cyprian. ep. 75, 10). — Idem fortasse* Lic. Serenianus v. c. *II 1024.* Uxor Varinia Flaccina, filia Varinia Severa *ib.*

167 L. LICINIVS SEPTIMINVS L. f., tribu Palatina, consul (suff. a. inc.) *tit. eius sepulcralis VI 1443.*

168 P. Licinius Silvanus: monumentum libertorum eius *VI 10258. Homo nobilis vel certe dives.*

169 Q. Licinius Silvanus Granianus. *Tituli Tarraconenses II 4225 (1). 4226 (2) ille positus a provincia Hispania citeriore.* — M. f. *t. 1.* Tribu Galeria *t. 1.* Procurator Augusti *t. 1. 2.* In provincia Tarraconensi flamen Romae et Augusti, praefectus orae maritimae Laeetanae *(hoc vocabulum habet solus tit. 2; cf. Huebner Herm. 1 p. 340) tit. 1. 2.*

170 Q. LICINIVS SILVANVS GRANIANVS QVADRONIVS PROCVLVS. *Sic plene t. Baetulonensis II 4609; in consulatu* [Q. Lici]nius Silvanus Gra[nianus] *fasti fer. Lat. (cf. infra),* Q. Licinius Granianus *X 5670.* Q. f. *t. Baetulonensis (filius sine dubio eius qui praecedit).* Triumvir ad monetam, tribunus militum legionis sextae Victricis p. f. *ib.* Consul suffectus a. 106 cum L. Minicio Natale *fasti fer. Lat. (VI 2016 = I² p. 59); X 5670. Non diversus, ut vidit Waddington, quamquam in nomine erratum,* Serenius Granianus *(sic Iustinus, item Euseb. h. eccl. et Rufinus in versione Eusebii,* Σερένιος *Sync.,* Serenuius *vel* Serennus *Euseb. chr. Arm.,* Ἑρρένιος *vel* Ἑρρένιος Γρανιανός *Zonaras,* Serenus Granius *Hieronymi et Orosii codices plerique)* proconsul Asiae sub Hadriano *(circa annum 123, ut putat Waddington),* anno ante C. Minicium Fundanum (consulem a. 107) *epistula Hadriani ad Fundanum relata a Iustino apol. 1, 68, repetita apud Eusebium hist. eccl. 4, 9, memorata ab eodem in chronico (vers. Armen., Hieron. a. Abr. 2142; Syncell. p. 658) et ab Orosio 7, 13 et a Zonara 11, 24.*

171 C. (LICINIVS) STOLO quindecimvir sacris faciundis a. 737 *acta ludorum saecularium v. 150. 167 (Eph. ep. 8 p. 233 cf. p. 241). Diversus puto* C. Licinius Stolo amicus M. Varronis *Varro de re r. 1, 2, 9 seq. (qui liber scriptus est anno 717, sed sermo fingitur habitus esse multo antea). Potius idem* C. Calvus Stolo *VI 9699 (cf. supra n. 121).*

172 P. LICINIVS STOLO triumvir monetalis circa annum 739 *(cf. Mommsen Münzw. p. 744) nummi ap. Cohen I² Augustus 438—442.*

173 P. LICINIVS STOLO curator locorum publicorum iudicandorum, initio ut videtur principatus Tiberii *cippi VI 1267 a. b = Bull. comun. 1886 p. 277 n. 1273. — Huius fortasse libertus* P. Licinius Stolonis

l. Cinnamus *t. rep. prope columbarium Statiliorum, Bull. com. 1880 p. 62.*

174 L. LICINIVS SVRA. *Tituli: urbanus VI 1444 acephalus coniectura tantum ad eum relatus (1); Barcinonensis II 4508 item acephalus (2); Tarraconensis II 4282 (3); praeterea memoratur in titulis accensi sui Barcinonensibus II 4536—4548 II S. 6148. 6149 (4).*

L. Licinius Sura *t. 3. 4*, Licinius Sura *Dio 68, 15*, Sura *alibi; in consulatibus* L. Licinius Sura *VI 2185*, Licinius Sura *t. urbanus Bull. communale 1886 p. 97*, Sura *plerumque*, Suranus *vit. Hadr. 3, 8 errore.* — Luci f. *t. 3.* Oriundus ex Hispania Tarraconensi *Martialis 1, 49, 40 cf. t. 2–4.* Tribu Sergia *t. 3.* Quattuorvir viarum curandarum, quaestor provinciae Achaiae, candidatus Caesaris in tribunatu plebis et in praetura, legatus legionis I Minerviae, legatus pro pr. prov. Belgicae *t. 1.* E gravi morbo convalescit (circa a. 92) *Martialis 7, 47.* Consul suff. a. inc. *(vix recte mentionem huius consulatus fieri in t. suburbano XIV 4014 suspicatus est Marinius Arv. p. 716 not. 57).* Studio eius Traianus imperator factus *Vict. ep. 13, 5.* Legatus pro pr. Traiani bello Dacico, egit de pace cum Decebalo; donatus donis militaribus duplicibus, scilicet ex utroque bello *t. 1; Dio 68, 9, Zonar. 11, 21; cf. Borghesi opp. 5 p. 33.* Ornatus ornamentis triumphalibus *t. 1. 2.* Cos. II ord. a. 102, cum L. Iulio Urso Serviano *fasti.* Consul tertium ord. a. 107, cum Q. Sosio Senecione *fasti. (Libertus eius* L. Licinius Secundus, accensus ei primo secundo tertio consulatu *t. 4).* Pontifex; sodalis Augustalis *t. 2.* Orator priscorum aemulus *Martialis 7, 47, 1 cf. 1, 49, 40.* Traiano orationes scribit *Iulian. Caes. p. 327 B Spanh.; cf. vit. Hadr. c. 3.* Per eum Hadrianus ad amicitiam Traiani pervenit *vit. Hadr. c. 2 cf. c. 3.* Martiali favet *Martialis 6, 64, 13.* Romae habitat in Aventino prope aedem Dianae *Martialis l. c.* Thermae Surae in Aventino *notitia urbis Romae reg. XIII* (thermas syres, thermas syras, therme surianae *codices*), bal(neum) Surae *forma urbis Romae (tab. IX 41 ed. Jordan) cf. Jordan form. urbis Romae p. 42 n. 2.* Funere publico elatus *Dio 68, 15*; statua ei ex auctoritate Traiani pecunia publica posita *Dio l. c.; t. 1 cf. t. 2.* Arcus ex testamento eius factus Tarracone *t. 3.* — *Vix alius* Licinius Sura *(sic codex Ashburnhamianus in indice ad ep. 4, 30,* Licinius *idem et Florentinus in inscriptione ep. 4, 30,* Sura *vel* Surra *reliqui codices et hic et ep. 7, 27)* rerum naturalium gnarus, ad quem Plinius dedit epistulas *4, 30. 7, 27.*

175 C. Licinius Tolemachus (Λικινν- *pro* Λικιν- *scribitur, ut saepe*) ὁ κράτιστος λογιστὴς τῆς λαμπροτάτης Ἀθηναίων πόλεως *(inter a. 212 et 221 ut videtur) Bull. de corr. hell. 14, 1890 p. 649.*

176 C. LICINIVS TRIO PAVLINVS sodalis Augustalis cooptatus a. 202 *VI 1984.* In locum eius alius cooptatus a. 210 *ib.*

177 (LICINIVS) VALERIANVS *(gentilicium non traditur;* Valerianus *vit. Gallien., Eutr.; Zonaras nomen non ponit),* imp. Caesaris P. Licinii Egnatii Gallieni frater *vit. Gallien. 12, 1. 14, 9, Eutrop. 9, 11.* Consul iterum ordinarius *(antea igitur consul suffectus, vel consularibus ornamentis ornatus)* a. 265 cum Lucillo *vit. Gallien. 12, 1 (locum corruptum restituit Klein) cf. fasti (iterationis notam in consulatu exhibent praeter alios tituli V 3329. VI 2809 et laterculus praefectorum urbis ap. chron. anni 354, omittunt fasti nonnulli, cum alii pro* II *exhibeant* V, *cuius interpolationis causa apparet fastos relegenti; praecedit enim paullo ante Valeriani imperatoris consulatus quartus).* Occiso Gallieno (a. 268) circa Mediolanum et ipse statim interemptus *vit. Gallien. 14, 9, Eutrop. 9, 11,* Romae occisus a senatu *Zon. 12, 26 (propinquos Gallieni Romae a senatu ad mortem actos esse narrat etiam Victor Caes. 33).* — 'Valerianus iunior, alia quam Gallienus matre genitus, a patre absente Caesar est appellatus, a fratre, ut Caelestinus dicit Augustus' *vit. Valerian. 8 (ubi praeterea nonnulla de moribus eius et de sepulcro);* cum 'multi Augustum, multi Caesarem, multi neutrum fuisse dicunt' *vit. Gallien. 14, 9. Valerianum collegam Lucilli in consulatu a. 265 privatum fuisse demonstravit Eckhel 7 p. 427seq. Nummos inscriptos* Valerianus p. f. Aug. *a nummorum collectoribus propter vultum imperatoris iuvenilem Valeriano patri abiudicari et huic tribui solitos nihilominus patris esse iudicat Feuardent ap. Cohen ed. 2 vol. 5 p. 538. Fortasse in his nummis significatur Valeriani nepos natu maior, supra n. 124.*

178 IMP. CAESAR P. LICINIVS VALERIANVS AVGVSTVS. *Tria nomina exhibent tituli nummique* (Γ. Π. *vel* Που. *vel* Πουβ. Λικ. Οὐαλεριανὸς Σεβ. *vel* Αὐγ. *nummi Nicaeni ap. Mionnet suppl. V p. 156 n. 911 seq., qui etiam Gallieno duplex* C. P. *praenomen tribuunt*); Licinius Valerianus *Victor Caes., Victor ep., Eutrop.,* cognomento Colobius *Victor ep., praeterea* Valerianus.

'Parentibus ortus splendissimis, stolidus tamen et multum iners' *Victor ep. 32.* Natus circa a. 193 *(scilicet annorum sexaginta, cum est imperator factus) vit. Valerian. 5, 1 (fortasse recte, sed cf. infra de Malala).* A. 238 iam consularis (ἐκ τοῦ ὑπατικοῦ τάγματος ὤν — *consul igitur suffectus a. inc. ante 238*), cum in Africa Gordiani imperatores facti essent, ex Africa Romam mittitur legatus *Zosimus 1, 14;* a. 238 princeps senatus litteras Gordianorum de rebus in Africa gestis accipit *vit. Gordian. 9, 7.* A. 251 cum in procinctu cum Decio ageret, a senatu censor electus *vit. Valerian. 5, 4.* Cum Aemilianus a Gallo defecisset (a. 253), missus a Gallo ut exercitus Galliae et Germaniae in Italiam adduceret *Zos. 1, 28.* In Raetia et Norico agenti ab exercitu imperium ei defertur *Eutrop. 9, 7,* 'a militibus qui contracti undique apud Raetias morabantur' *Vict. Caes. 32; cf. Zon. 12, 22; Zos. 1, 28. Aliquanto ante d. 22 Oct. 253 Valerianum agnitum*

*esse ostendit t. Africanus VIII 2482.* Consul iterum ord. a. 254 cum Gallieno filio, consul III a. 255 cum Gallieno II, quartum a. 257 cum Gallieno III *fasti.* Bello cum Persis commisso in potestatem hostium pervenit *Lactant. de mort. pers. 5,* imperii anno sexto *Vict. Caes. 32; vit. Gallien. 21, 5,* cum septem annos regnasset *Victor epit. 33. Extant nummi Valeriani cusi Alexandriae anno eius septimo permulti, anno octavo, idest post d. 29 Aug. 260, pauci sed certi (Feuardent coll. Demetrio p. 233 n. 3000. 3001). Kal. Ianuariis anni 261 Valerianum a suis iam derelictum fuisse apparet ex eo quod eo tempore Gallienus cum privato homine consul processit.* In servitute consenuit *de mort. pers. 5; Eutrop. 9, 7; Victor epit. 32; Ruf. Festus 23.* Post mortem ei direpta cutis *de mort. pers. l. c.* Foede laniatus interiit *Vict. Caes. 32; Cedrenus I p. 454 Bonn.* Occisus in Syria *catal. imperatorum ap. chronographum anni 354.* Occisus Mediolani *Malalas XII p. 98, confundens eum cum Gallieno.* Periit aetate robustiore *Victor Caes.,* annorum LXI *Malalas (vix recte, cf. supra).* — Uxores habuit complures *vit. Valerian. 8, 1; una ex his* Mariniana? *cf. sub hac; filii:* Gallienus *(supra n. 135)* et Valerianus *(n. 177).*

179 LICINIA L. f., Caesii Longi (uxor) *VI 1442.*

180 Licinia Axia, filia T. Licinii Hieroclis praesidis Mauretaniae Caesariensis a. 227 *(cf. sub patre).*

181 LICINIA CORNELIA VOLVSIA TORQVATA M. f. (M. f. *post Corneliae nomen collocatur in t.*), L. Volusi consulis, auguris (uxor) *t. urbanus Bull. dell' Inst. 1885 p. 25. Maritum L. Volusium Stevensonius bull. dell' Inst. l. c. habet pro consule a. p. C. 3. Eandem igitur* Cornelia L. Volusi *VI 7387 cf. p. 1043,* Cornelia Scipionum gentis *de qua Plin. h. n. 7, 62. Diversa* Cornelia L. f., (uxor) Volusi Saturnini p[ontificis?] *bull. com. 1887 p. 182 n. 1915.*

182 Licinia Hieroclia filia T. Licinii Hieroclis praesidis Mauretaniae Caesariensis a. 227 *(cf. sub patre).*

183 [LICINIA] GALLIENA *(nomen gentilicium non traditur)* consobrina Gallieni; per eam Celsus, qui in Africa imperator factus erat, septimo die imperii interemptus *trig. tyr. 29, 3 (narratio suspecta).* — Gallienae Augustae *adscriptum in nummis aureis (ap. Eckhel 7 p. 411, Cohen ed. 1 vol. IV p. 416 n. 545, p. 426 n. 616 = ed. 2 vol. V p. 439 n. 1015, p. 45 n. 1157) sed ad imaginem Gallieni; quibus nummis quid significetur, obscurum (cf. Eckhel l. c.).* — Licin. Galliena Aug. *nummi excogitati a Goltzio (Eckhel l. c.).*

184 [LICINI]A MA... L. f., soror fortasse Liciniae Caesi Longi *(supra n. 179) VI 1442.*

185 LICINIA MAGNA Crassi Frugi pontificis *(id est M. Licinii Crassi Frugi consulis a. p. C. 27 cf. supra n. 130)* filia, L. Pisonis pontificis *(fortasse L. Calpurnii Pisonis consulis a. 57 cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 148)* uxor *VI 1445 (t. sepulcralis eius).*

Digitized by Google

186 Licinia Marcella: dispensator eius *VI 9334. Fortasse femina nobilis.*
187 Licinia Paulina filia T. Licinii Hieroclis praesidis Mauretaniae Caesariensis a. 227 *(cf. sub patre).*
— AELIA LICINIA PETILIA.
188 Licinia Polla: *eius libertus* C. Licinius Iucundus *VI 21270. Fortasse femina nobilis.*
189 (LICINIA) PRAETEXTATA, Crassi fil., v(irgo) V(estalis) maxima *titulus urbanus bull. comun. 1883 p. 215 n. 612. Filia puto M. Licinii Crassi Frugi consulis p. C. 64 et Sulpiciae Praetextatae. (Liciniam dictam esse non certum sed probabile est; omnino diversa videtur Calpurnia Praetextata et ipsa virgo Vestalis maxima, nota ex tabella aenea VI 2146, quod monumentum videtur esse aetatis aliquanto recentioris).*
190 LICINIA PROCVLA clarissima femina *titulus protomae, Romae ut videtur rep. (CIL. VI add.).*
191 LICINIA VIC[T]ORINA [Q.] f., clarissima femina (*sed pro* C F *in lapide lectum est* C I), Gavii Saturnini clarissimae memoriae viri uxor (Hispellae *vocabulum inter* C I *et nomen mariti interpositum, quo pertineat obscurum*) *t. Hispellas XI 5270.*
192 LVCIA LICINIA VRBANA clarissimae memoriae femina, quae vixit annis XVI diebus XXVIII, soror Marciae Tarriae Plotinae clarissimae memoriae feminae *t. urbanus bull. comunale 1880 p. 24 n. 185.*

193 Licinus *(sic trisyllabe Iuvenal. 14, 306 et versiculus in scholiis ad Pers. 2, 36,* Licinius *codices auctorum prosae orationes aut omnes aut paene omnes)*, Gallus captivus, servus Caesaris dictatoris *Dio 54, 21* (ex Germania puer captus *scholia Vallae ad Iuven. sat. 1, 109, ubi additur narratiuncula quomodo ex conservis suis quaestum sibi pepererit)*, ab eodem manumissus *Dio l. c. (item schol.)*, ab Augusto multo in honore habitus *Suet. Aug. 67*, ab eoque tributorum exactioni in Gallia praepositus *Dio l. c.* (ἐπίτροπον *eum appellans, cf. Hirschfeld Verw. p. 282 not. 1*). Avaritia eius et illicitae exactiones *Dio l. c.* 'Luguduni multis annis regnavit' *Seneca apoc. 6.* Conquestiones Gallorum de eo apud Augustum a. 739 *Dio l. c.* Patrono opera inchoanti magnas pecunias confert *Macrob. sat. 2, 4, 24* ('cum flagraret invidia, basilicam sub nomine C. Iulii aedificavit' *schol. Iuv.*). Decessit sub Tiberio *schol. Iuv. l. c.* Sepulcrum eius ad lapidem secundum viae Salariae magnifice extructum *schol. Pith. ad Pers. sat. 2, 36 cf. versiculus Varroni tributus in scholiis citatis (Baehrens Poet. Lat. min. IV p. 64)*; 'Licini marmora' *Martial. 8, 3, 6. Fortasse liberti eius:* C. Iulius Licini l. Tyrrhenus *VI 20311*, .. Iulius Licini l. Inachus *XII 4892 (Narbone).* Exemplum praedivitis liberti *Iuvenal. sat. 1, 169 cf. Pers. sat. 2, 35; Seneca ep. 118, 9. 120, 19; Iuven. 14, 306; Sidonius Apoll. ep. 5, 7. Claudii libertum male faciunt scholia ad Iuv. sat. 14, 306; tonsorem schol. Pith. ad Pers. 2, 36.*

194 Licinus tonsor *Horat. ep. ad Pis. 301;* 'quem postea dicunt factum senatorem a Caesare, quia dicebatur nimium odisse Pompeium' *Acro, vix recte. (Cum eo qui praecedit confunditur schol. Pers. 2, 36.)*

— C. CLODIVS LICINVS.

— LARCIVS LICINVS.

— Q. PASSIENVS LICINVS.

195 C. LIEVRIVS TRANQVILLIVS TOCIVS SO[AE]MVS (Soimus *lapis*), consularis vir et patricius *t. Suessanus X 4753. Fortasse Diocletiano recentior.*

— L. BVRBVLEIVS OPTATVS LIGARIANVS.

— M. Iulius Ligur.

— Valerius Ligur.

— Cassius Ligurinus.

— P. Varius Ligus.

— SEX. MARIVS LIGVSTINVS.

196 Q. Lisinius Sabinus *(praenomen est in sola III 5167),* procurator Aug. (Norici) *III 5167. 5168. 5175. 5176 dedicatae a beneficiariis eius Celeiae.*

197 Liternius Fronto praefectus exercitus Aegyptiaci *(cf. Mommsen ad III S. 6809 = Eph. ep. 5 p. 577),* a. 70 a Tito adhibitus consilio quod habuit de templo Hierosolymitano *Iosephus bell. 6, 4, 3.*

198 L. LIV.... [Liv(ius) *potius quam* Liv(ineius) *cf. Imhoof loco infra citato*] RVFINVS. *Nummi Chalcidis Euboeae, cum capite quod videtur Augusti, inscripti alter* Λ. Λιουι... ἀνθύπατος *(Mionnet S. IV 362, 74. 75 = Imhoof monnaies grecques p. 222 ad n. 56), alter* Λ. Ρουφῖνος ἀνθύπατος *(Imhoof l. c. n. 56), ad eundem ut videtur referendi. Fuit igitur ille proconsul Achaiae sub Augusto. Idem fortasse* L. Rufinus aedilis curulis *XIV 2866,* L. Rufinus *VI 191.*

— CARMINIA LIVIANA DIOTIMA.

— L. Catillius Livianus.

— Ti. Claudius Livianus.

199 C. LIVIN(EIVS) GALLVS quaestor pro pr. provinciae Africae, Africano Fabio Maximo *(supra F 37)* proconsule *nummus ap. L. Müller num. de l'Afrique II p. 61 n. 37. Cf. Borghesi opp. 1 p. 252.*

200/1 LIVINEIVS REGVLVS *(nepos ut videtur L. Livineii Reguli quattuorviri monetalis sub triumviris, anno fortasse 716, de quo cf. Mommsen hist. numm. p. 741 not. 6),* adest a. 20 in senatu Cn. Pisoni reo *Tac. a. 3, 11.*

202 LIVINEIVS REGVLVS (filius fortasse eius qui praecedit), senatu motus (ante a. 47), Pompeiis spectaculum gladiatorum edit a. 59; ibi atroce seditione orta Livineius cognitione senatus exilio multatur *Tac. a. 14, 17.*

203 T. Livius, Patavinus *Hieronymus (v. infra) cf. Martial. 1, 61, 3, Stat. silv. 4, 7, 55, Plut. Caes. 47, Quintil. 1, 5, 55. 8, 1, 3.* Natus

a. u. c. 695 *Hieron. ad a. Abr. 1958.* Scripsit historiam ab urbe condita, cuius librum primum edidit inter annos 727 et 729 *(cf. Liv. 1, 19, 3; Hertz praef. p. X),* librum centesimum vicesimum primum post mortem demum Augusti *(cod. Nazar. periocharum)*; substitit in scribendo post librum CXXXXII, morte puto interruptus; diem enim obiit a. p. C. 17 *Hieron. ad a. Abr. 2033.* Reliquit etiam dialogos, item libros 'ex professo philosophiam continentes' *Seneca ep. 100, 9,* item epistulam ad filium *Quintil. 10, 1, 39.* — Familiaris Augusto *Tac. a. 4, 34.* Claudium ad historiam scribendam impellit *Sueton. Claud. 41.* Vivus adhuc ingenti fama floret *ipse in initio unius ex voluminibus historiarum (Plin. hist. nat. praef. 16) cf. Plin. ep. 2, 3, 8.* Filius eius memoratur *Plin. n. h. ind. l. 5. 6; Quint. inst. 10, 1, 39;* gener *Seneca contr. 10 praef. 2. Idem fortasse* T. Livius C. f., qui sibi et suis Patavii posuit titulum *V 2975 (ad libertos Liviorum Patavinorum spectant tituli V 2865. 2883. 2976). Plane incertum, quis fuerit* Livius (Λίβιος) titulo honoratus a senatu Atheniensi *CIAtt. III 594.*

204 T. Livius filius *(eius qui praecedit),* auctor Plinio *Plin. h. n. ind. l. 5. 6.*

205 M. LIVIVS DRVSVS LIBO consul ord. a. 739 cum L. Calpurnio Pisone Frugi *fasti (quattuor nomina exhibet Dio ind. 54, nisi quod* Λιούνιος *pro* Λιούιος *traditur,* M. Drusus *fasti Colotiani et Biondiani, CIL. I ed. 2 p. 64, 65, item Cassiodor.,* Μάρκος Λίβων *Dio 54, 21; alibi* Libo). — L. f. *Dio ind. et fasti Colotiani (iudice Borghesio filius fuit L. Scribonii Libonis alicuius, sed adoptatus a M. Livio Druso Claudiano, patre Liviae Augusti uxoris; negat hoc Mommsenus eph. ep. I p. 146 not. 1 coniciens, M. Livium Drusum, nescio quo Livio genitum, Libonis cognomen traxisse ab avo materno). Praeterea non memoratur. Non recte a Borghesio habitus est pater L. Scribonii Libonis cos. a. p. Chr. 16, et M. Scribonii Libonis Drusi, praetoris eodem anno.*

206 LIVIVS GEMINVS *(traditur* Γεμίνιος) senator iuravit vidisse se Drusillam euntem in caelum; ob quam rem donatus a Gaio sestertium decies *Dio 59, 11.* Curator viae Appiae a. 54 *Seneca apoc. 1, qui nomen non ponit.*

207 P. Livius Larensis *(sic t. urbanus,* Livius Laurensis *vita Comm.,* Λαρήνσιος *Athenaeus)* pontifex minor *t. urbanus VI 2126,* καθεσταμένος ἐπὶ τῶν ἱερῶν καὶ θυσιῶν ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου βασιλέως Μάρκου *Athenaeus I p. 2c.* Procurator provinciae Moesiae *Athenaeus IX p. 398e.* Procurator patrimonii sub Commodo *vit. Comm. 20, 1;* Commodi occisi corpus iussu Pertinacis Fabio Ciloni ad sepeliendum tradit *ib.* Uxor: Cornelia Quinta *VI 2126.* — Vir tam Latinis quam Graecis litteris eruditus: apud eum Athenaeus dipnosophistas suos convivantes inducit *Athenaeus I p. 2c et alibi cf. Kaibel in edit. Athenaei vol. III p. 562 et quae ego exposui Herm. vol. 25 p. 156.*

208 L. LIVIVS OCELLA L. f., quaestor, titulo honoratus a Segobrigensibus et Sussetaneis *(cf. Liv. 23, 34, 6 cet.)* populis Hispaniae citerioris

*VI 1446. Vix idem qui sequitur, sed pater potius Liviae Ocellinae (infra n. 214) cf. Borghesi opp. 5 p. 145; Mommsen Herm. vol. 3 p. 65 not. 2.*

209 L. LIVIVS OCELLA, Galba postea imperator dictus post adoptionem Liviae Ocellinae novercae *Suet. Galb. 4.*

210 LIVIA DRVSILLA, postea Iulia Augusta, Caesaris Augusti *(plerumque* Livia; *Drusillae cognomen habent Nepos v. Attici c. 19, Plin. h. n. 15, 135, Suet. Aug. 62. 69, Tib. 4, Dio 48, 15, titulus Thasius revue archéol. 37, 1879 p. 282, item t. libertae VI 13179.* Iulia *miro errore t. Mytilenaeus CIG. 2167 d vol. II p. 1025 v. 24 cf. Cichorius Rom u. Mytilene p. 37, scriptus ante a. 743, fortasse non multo post a. 727).*

Filia M. Livii Drusi Claudiani *Vell. 2, 71. 75. 94, Dio 48, 44; t. Samius ath. Mitth. 9, p. 257; cf. IX 3660* et Alfidiae *II 1667; IX 3661; t. Samius bull. de corr. hell. 2 p. 231,* nata anno u. c. 696, mortua scilicet annos nata LXXXVI *Dio 58, 2* anno u. c. 782 = 29 p. C. *Tac. a. 5, 1, (apud Plin. h. 14, 60 in numero LXXXII videtur error esse); diem natalem fuisse d. 30 Ian. colligi potest ex actis Arvalium anni 38 cf. Henzen comm. p. 51 (Pergami natalem Liviae celebrari solitum esse d. 21 Sept., id est biduo ante natalem Augusti, colligi posse putat Fraenkel Inschriften von Pergamon p. 266 ex titulo Pergameno ib. n. 374; num recte, dubitat Mommsenus).* — Nupta Ti. Claudio Neroni, cui filium parit Tiberium d. 16 Nov. a. u. c. 712 *Suet. Tib. 5.* A. 714 maritum profugum comitatur in Siciliam Achaiamque *Vell. 2, 75; Suet. Tib. 6; Dio 48, 15. 54, 7.* Rursus gravida abducta marito per Caesarem a. 716 *Dio 48, 43; Suet. Aug. 62. 69, Tib. 4; Victor epit. 1,* prius consultis pontificibus *Dio 48, 44; Tac. a. 1, 10,* despondente ipso marito priore *Velleius 2, 79. 94; Dio l. c.,* et post tres menses parit Drusum *Suet. Cl. 1; Dio 48, 44; Velleius 2, 95.* A. 719 ei tributum ut libera a tutore et ut sacrosancta esset *Dio 49, 38.* A. 745 iure trium liberorum donata *Dio 55, 2.* Augustum saepius comitatur in provincias *Tac. a. 3, 34.* Heres ab Augusto ex parte tertia instituta iussaque nomen eius ferre *Suet. Aug. 101; Tac. a. 1, 8; Dio 56, 32,* 'Augusti transgressi ad deos filia' *Vell. 2, 75 (nihilominus etiam postea dicta* Drusi filia *II 2038. VI 882a. IX 4514. X 459. 799 cf. Mommsen Herm. 3 p. 67), dicta ex eo tempore* Iulia Augusta (Augusta Iulia *VI 882a. IX 4514. X 459. 799);* Livia Augusta *t. protomae aereae a Gallo quodam dedicatae, ap. Froehner musées de France (1873) tab. II cf. p. 6 (praeterea t. novicius VI 5, 963*; Eph. ep. 8, 475 nullius auctoritatis). Liberti eius dicti* M. Iulii Augustae liberti *cf. CIL. VI p. 878, unus tantum repertus* C. Iulius Augustae l. *VI 20237.* Sacerdos divi Augusti *Vell. 2, 75; Dio 56, 46; Ovid. ex P. 4, 9, 107.* Lictor ei decretus *Dio 56, 46 cf. Tac. a. 1, 14.* A. 22 signum divo Augusto

dedicavit *Tac. a. 3, 64; fast. Praen. ad d. 23 Apr.* Eodem anno cum aegrotaret, vota pro eius valetudine suscepta *Tac. a. 3, 64. 71, VI 562.* Moritur a. 29, annos nata LXXXVI *Dio 58, 2.* Consecrata a Claudio *Seneca apoc. 9; Suet. Cl. 13; Dio 60, 5.*

211 LIVIA IVLIA (*plene sine dubio* Claudia Livia Iulia, *unde libertus eius dictus* Ti. Claudius *VI 5226, sed Claudiae nomen non reperitur de ea adhibitum;* Livia *passim;* Iulia *VI 5198 ubi hanc significari recte puto coniecit Mommsen; cf. Zonaras 11, 2:* ἣν Ἰουλίαν, ἕτεροι δὲ Λιβίαν γράφουσι, *pro quibus sane Xiphilinus exhibet* ἣν τινες Λιουίλλαν ὀνομάζουσιν) *vel* LIVILLA (sic *Suet. Tib. 62, Cl. 1. 3, Dio 58, 11; non haec* Livilla *VI 8711*), Neronis Claudii Drusi et Antoniae filia, nata post Germanicum, ante Claudium (i. e. inter annos 740 et 743) *Suet. Cl. 1* (Antoniae filia *Dio 58, 11,* Germanici soror *Tac. a. 2, 84. 4, 3*). Quid iudicaverit de Claudio fratre *Suet. Claud. 3.* 'Formae initio aetatis indecorae, mox pulchritudine praecellebat' *Tac. a. 4, 3.* Uxor data C. Caesari Augusti filio *Tac. a. 4, 40 cf. Zonaras 10, 36;* quo defuncto a. p. Chr. 4 nupsit Druso Caesari Ti. f., cui peperit Iuliam *Tac. a. 4, 60* et a. 19 Tiberium et Germanicum gemellos *Tac. a. 2, 84.* Livia Drusi *vel* Livia Drusi Caesaris *tituli servorum et libertorum VI 4349. 5226. 8899. 19747. 20237; Notizie 1890 p. 8.* Corrupta a Seiano *Tac. a. 4, 3, Dio 57, 22 (Zon. 11, 2).* Adulteria commisisse dicebatur etiam cum Eudemo medico *Plin. h. n. 29, 20 (paullo aliter Tac. a. 4, 3),* cum Mamerco Scauro *Tac. a. 6, 29.* A Seiano impulsa ad necem marito struendam *Tac. a. 4, 3. 10, Dio 57, 22, Suet. Tib. 62.* Nuptias eius postulat Seianus a Tiberio sed frustra *Tac. a. 4, 39.* Post mortem Seiani (a. 31), insidiis quas struxerat Druso patefactis, interficitur *Dio 58, 11; cf. Anonymi Octavia 941.* A. 32 memoria eius damnata *Tac. a. 6, 2.*

212 Livia Livilla, C. f. *fragmentum Tiburtinum XIV 3796. Nomen nescio num indicet nobilem feminam.*

213 LIVIA MEDVLLINA. *Titulus fortasse sepulcralis X 6561.* Medullina Camilli f. *tit.,* Livia Medullina cui et cognomen Camillae erat, e genere antiquo dictatoris Camilli *Suet. Claud. 26. Filia fortasse M. Furii Camilli cos. a. p. C. 8 (supra F 400) cf. Borghesi opp. 5 p. 244; Mommsen Herm. 3 p. 134 not. 6.* Ti. Claudii Neronis Germanici (nati a. u. c. 744) sponsa *tit.; Suet. l. c.* Defuncta ex valetudine ipso die qui erat nuptiis destinatus *Suet. l. c.* — Medullina, mulier impudica *Iuvenalis sat. 6, 322 vix de hac cogitans, licet adnotetur in scholiis sub auctoritate Probi, significari hic uxorem Claudii; cf.* Medullina.

214 LIVIA OCELLINA (*filia fortasse L. Livii Ocellae n. 208*), uxor altera Ser. Sulpicii Galbae consulis a. 749, dives admodum et pulchra; adoptavit privignum suum Servium, eum qui postea imperavit *Suet. Galb. 3. 4.*

Digitized by Google

215 LIVIA ORESTILLA *(sic Suet.*, Cornelia Orestilla *Dio*, Cornelia Orestina *Zon.)*, C. Pisoni a C. Caesare abducta intraque paucos dies repudiata, biennio post (post duos menses *Dio)* relegata *Suet. Cal. 25; Dio 59, 8 (Zonaras 11, 4).*

216 ... TILIVS LO...VS *(var. l.* Lol.., Loi..., Lo...) P. f., tribu Clu.; tribunus militum legionis IIII Scythicae beneficio divi Claudii, praefectus cohortis tertiae sagittariorum, adlectus inter praetorios a Vespasiano, legatus pro pr. provinciae Asiae; patronus coloniae Apamensis *t. Apameae Bithyniae III 335.*

217 LOLLIANA PLAVTIA SESTIA SERVILLA Q. Lolliani Plautii Aviti *(infra n. 224)* et Claudiae Sestiae Cocceiae Severianae filia *t. urbanus Bull. comunale 1883 p. 216 n. 614. Eadem fortasse* Plautia Servilla clarissima femina *tubus plumbeus ap. Lanciani syll. 48.*

218 LOLLIANVS: cellarium domnorum Lolliani et Candidi clarissimorum virorum *t. pictus in amphora urbana XV 4855. Videtur esse saec. IV.*

219 Lollianus, rhetor irrisus a Luciano *anth. Pal. 11, 274.*

220 [Lo]llianus [procu]rator [Aug]ustorum *t. Lugdunensis ap. Boissieu p. 234 n. 3.*

— LOLLIANVS: eius rebellione in Gallia Postumus interfectus *trig. tyr. 5. 31, 2. V.* C. VLP(IVS?) COR(NELIVS?) LAELIANVS.

— Bryonianus Lollianus.

— L. EGNATIVS VICTOR LOLLIANVS.

— FL(AVIVS) LOLLIANVS.

— P. Hordeonius Lollianus.

— MVMMIVS LOLLIANVS.

221 L. LOLLIANVS AVITVS consul suff. a. 114 mense Sept. cum L. Messio Rustico *dipl. mil. (III p. 869 = III S. p. 1975).*

222 L. LOLLIANVS AVITVS consul ord. a. 144. — Lollianus Avitus *VI 1008, Fronto p. 175 N., Apuleius, Dig., vit. Pert. 1. In consulatu* L. Lollianus Avitus *X 1597. 5142, XIV 490, alibi* Avitus *(male* Aviola *consulum laterculi nonnulli, ap. Momms. chron. min. I p. 224. 286. 425).*

*Filius sine dubio eius qui praecedit. Hediae gentis fuisse, quippe patrem duorum Hediorum Ruforum Lolliani Aviti et Lolliani Gentiani (cf. infra), coniecit Borghesius opp. 4 p. 512.* Consul ord. a. 144 cum T. Statilio Maximo *fasti.* Curator operum publicorum cum eodem a. 146 *VI 1008.* Proconsul Africae *Apuleius apol. 94 cf. 24. 95. 96 (circa annum 156, ut indicat Tissot fastes p. 177).* Praeses Bithyniae sub divis fratribus *Dig. 50, 2, 3, 2,* anno 165 *tit. Amastrianus CIGr. 4152d, melius ap. G. Hirschfeld Sitzungsber. der Akad. 1888 p. 875. Hic ut videtur* Ἄνεκτος *(scr.* Αὔειτος) *praeses Bithyniae et Ponti, commemoratus a Luciano Alex. 57 (G. Hirschfeld l. c.).* Fronto ei commendat Licinium Montanum *Fronto ad am. 1, 3 p. 175 Naber.* Patronus Helvii Successi patris Pertinacis qui postea imperavit: per eum

Pertinax centurionatum impetravit *vit. Pert. 1. Pater ut videtur L. Hedii Rufi Lolliani Aviti (supra H 26) et Q. Hedii Rufi Lolliani Gentiani (H 27); in vivis etiam a. 170 et 171, quo tempore filii eius salii Palatini facti sunt. Uxorem crediderim fuisse filiam Terentii Gentiani consulis sub Traiano vel Hadriano (cf. III 1463), propterea quod ex filiis alter cognomine Gentiani utebatur, ex nepotibus unus Terentius Gentianus appellabatur. Cf. stemma subiectum.*




— L. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS AVITVS.

223 LOLLIANVS GENTIANVS filius fratris Terentii Gentiani *(consulis a. 211?)* et Terentiae Flavolae virginis Vestalis maximae *VI 2144.*

— Q. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS GENTIANVS.

224 Q. LOLLIANVS PLAVTIVS AVITVS (*pro* Lollian- *lapis* Lolllian-), Q. f. *(filius puto Q. Hedii Rufi Lolliani Aviti, cum quo communem habet etiam tribum, nepos L. Lolliani Aviti consulis a. 144; cognomen Aviti sumpsit ab hoc, vel a patruo L. Hedio Rufo Lolliano Avito),* tribu Pollia; triumvir monetalis aere argento auro flando feriundo, tribunus laticlavius legionis XIIII Geminae, quaestor candidatus, legatus Augustorum duorum (Augg. *adiectum videtur errore quadratarii*) provinciae Asiae, iuridicus Asturicae et Callaeciae, legatus legionis VII Geminae piae felicis, praetor candidatus tutelaris, consul *t. urbanus Bull. com. 1883 p. 216 (inde Dessau inscr. sel. Lat. 1155). Fortasse non diversus* Avitus consul ord. a. 209 cum Pompeiano *fasti.* Augur *t. urbanus.* Frater Terentiae Flavolae virginis Vestalis maximae *ib. (etiam Terentii Gentiani, eiusdem ut videtur qui consul fuit a. 211, fratrem, Lolliani Gentiani aut patrem aut, quod magis crediderim, patruum fuisse, colligitur ex t. urbano VI 2144; cf. stemma supra propositum).* Uxor Claudia Sestia Cocceia Severiana, filia Lolliana Plautia Sestia Servilla *(supra n. 217) ib.*

225 Lollianus Titianus, iussus a Didio Iuliano gladiatores Capuae armare contra Severum *vit. Did. Iuliani 8. Sine dubio ex stirpe eorum qui praecedunt.*

226 M. LOLLIVS (Manilius *Solinus 53, 29 errore*) M. f. *t. ab eo in consulatu positus VI 1305*. A. 729 Galatiam in provinciae statum redigit *Eusebius chron. sub a. Abr. 1993 (vers. Armen., Hieronymus, Sync. p. 592, 18) cf. Dio 53, 26*; primus Galatiam pro praetore administravit *Eutrop. 7, 10. Rufus brev. 11.* Consul a. 733, primum solus *Dio 54, 6*, mox cum Q. Aemilio Lepido *fasti*. Quindecimvir sacris faciundis *acta lud. saec. anni 737 (eph. ep. 8 p. 241)*. Res gerit in Thracia *Dio 54, 20*. A. 738 legatus in Germania cladem accipit, legionis quintae aquilam amittit *Vell. 2, 97, Obsequens c. 71, Dio 54, 20 cf. Tac. a. 1, 10, Suet. Aug. 23* (Germanos in arma versos superat *Euseb. chron. vers. Armen. s. a. 1998, Hieron. a. Abr. 2000, Sync. 594, 2)*. C. Caesaris in Oriente comes et rector, datus ab Augusto *Vell. 2, 102, Suet. Tib. 12*. Hunc instigat in Tiberium Rhodi degentem *Suet. l. c., Tac. a. 3, 48*. Avaritia et malae artes eius *Vell. 2, 97*; dona accipit a regibus Orientis *Plin. h. n. 9, 117 (inde Solinus 53, 29)*; perfida consilia eius per Parthum indicata Caesari *Vell. 2, 102*. Iratus C. Caesar amicitiam ei renuntiat *Plin. l. c. cf. Suet. Tib. 13*; cui ignominiae paucos dies supervixit, creditus venenum bibisse *Vell. l. c. Plin. l. c. — Idem videtur* M. Lollius statua honoratus a senatu Atheniensium *CIAtt. 3, 584*. — Ad eum datum Horatii carmen *4, 9*. — Memoratur *eleg. I in Maecen. v. 10 (Poetae L. min. ed. Baehrens I p. 120)*. — Dictum eius in Galbam (consulem a. 749) *Macrob. sat. 2, 6, 3. Fortasse ab hoc appellata* horrea Lolliana *forma urbis Romae (tab. XI fig. 51 ed. Jordan); VI 4226. 4239.*

227 M. LOLLIVS consularis *(consul suff. a. inc.)*, pater Lolliae Paulinae *(filius M. Lollii qui praecedit) Tac. a. 12, 1.*

228 Lollius ... nus ὁ κράτισ[τος ἐ]πίτροπος τ[οῦ Σεβασ]τοῦ *t. Acmoniae in Phrygia rep., Lebas-Waddington 1677.*

229 Lollius Bassus: eius epigramma de morte Germanici Caesaris *anth. Pal. 7, 391*; alia epigrammata eius *ib. 7, 243. 372. 9, 236. (Praeterea Basso adscripta epigrammata, ib. 5, 125. 9, 279. 289. 10, 102, Basso Smyrnaeo, nescio an eidem 11, 72). — Plane incertum num eiusdem* Lolli Bassi ancilla *VI 21077.*

230 M. Lollius Honoratus, frater Q. Lollii Urbici praefecti urbis *VIII 6705.*

231 LOLLIVS MAXIMVS *(sic ep. 1, 2, 1. ubi non recte Maximi vocabulum a plerisque de aetate Lollii acceptum est*; Lollius *ep. 1, 18, 1)*: ad eum dedit Horatius *ep. 1, 2. 1, 18 (hanc a. circ. 734)*. Militaverat in Hispania sub Augusto *ep. 1, 18, 55*. 'Hic Lollius ad consulatum pervenit merito virtutis et beneficio Caesaris' *Acro ad ep. 1, 18 v. 1.* Frater eius memoratur *ep. 1, 18, 63. — Cf. etiam* Lollius Scaeva.

232 (LOLLIVS) PALIK(ANVS) proconsul ut videtur Cretae et Cyrenarum sub Augusto post a. 731 *nummi Cyrenaici inscripti* imp. Aug. tr. pot. (*vel* po. *vel* p.), *et ex altera parte* Palik. *vel* Pali. pr. *(Mionnet VI 571, 160, suppl. IX 190, 77, Müller num. de l'anc. Afr. I p. 167, 434.*

*p. 168, 435–437). Filius videtur Palicani triumviri monetalis sub dictatore Caesare (cf. Mommsen Röm. Münzw. p. 651), nepos M. Lollii Palicani Picentis (Sallust ap. Quint. inst. or. 4, 2, 2 cf. Gell. 1, 15, 13) tribuni plebis a. 683 (Cic. Verr. 2, 41, 100) qui consulatum petivit in annum 688 (Val. Max. 3, 8, 3). Cf. Borghesi opp. 2 p. 398. Incertum num huc pertineat* Μᾶρκος *(gentilicium periit)* Παλλακεῖνος tribu Poblilia, senator a. 715 *senatus consultum rep. prope Stratoniceam Bull. de corr. hell. 1887 p. 227 cf. p. 136.*

233 M. LOLLIVS PAVLLINVS VALERIVS ASIATICVS SATVRNINVS. *Tituli: Tiburtinus XIV 4240 in fine mutilus (1); memoratur in Tiburtino XIV 3713 (2), Beneventano IX 1617 (3), Albensi IX 3925 (4), Cretensi uxoris CIG. 2587 (5), Samio filii, Monatsber. der Berl. Akadem. 1862 p. 76 et melius ap. Waddington fastes des prov. asiat. n. 127 (6).*

*Nomina plena exhibet dipl. mil. a. 93 in indicando consulatu* (Paullin- *scriptura interior,* Paulin- *scriptura exterior).* [M. Lo]llius [Paul]linus Valer[ius Asi]aticus Saturninus *t. 1,* Valerius Asiaticus *t. 3. 6 idque fuit etiam t. 2. 4. 5; in consulatu anni 125 indicando plerumque* Asiaticus, Οὐαλέριος ['Ασι]ατικός *t. Cretensis Mnemosyn. 2, 1853 p. 38 (melius quam CIG. 2562),* Val. Asiat. *XV 504. 1114.*

D. f., D. nepos *t. 1 (filius eius* Δέχμου ἔκ[γονος] *t. 6). Filius puto D. Valerii Asiatici consulis designati anno 69 (Tac. h. 4, 4 cf. C. VI 1528), nepos Valerii Asiatici consulis iterum anno 46, in nomen adsumptus a M. Lollio aliquo Paullino, adfine sine dubio Lolliae Paullinae.* Tribu Voltinia *t. 1 cf. t. 6 (Valerii Asiatici oriundi erant Vienna, Tac. a. 11, 1, cuius oppidi cives in ea tribu censebantur).* Triumvir aere argento auro flando feriundo *t. 1. 6.* Salius Collinus; pontifex *t. 1. 6 (hoc loco sacerdotia collocat t. 1).* Quaestor *t. 6,* quaestor imperatoris *(Domitiani puto) t. 1.* Praetor *t. 1. 6 (omisit tribunatum utpote patricius).* Consul *t. 6,* suffectus mense Iun. 93 cum C. Antio A. Iulio Quadrato *dipl. mil. (III p. 859).* Proconsul Asiae *t. 6 (vix anno 121 vel 122, ut putabat Waddington, qui consulatum eius priorem attribuit anno circiter 105, sed aliquanto antea, sub Traiano).* Praefectus urbi *t. 2. 3 (ubi vere* praef. urb. *incisum esse nuper constitit) 4. 5. 6,* iam ante annum 125 *(quo iterum consul factus est) t. 6. Eundem esse Valerium Asiaticum praefectum urbis et M. Lollium Paullinum Valerium Asiaticum apparet collatis titulis 1 et 6. (Non plane certum num hic ......* Asiaticus cl. v. [praef. ur]b.(?) *t. Albensis IX 3927).* Consul iterum *t. 5,* ordinarius anno 125 cum L. Epidio Titio Aquilino *fasti.* Praefectus urbi etiamtum a. 134 (vel certe paullo antea) *t. 3.* Uxor: ... Asia[ti]ca *t. 5.* Filius: (Valerius) Taurus Asiaticus *t. 6.*

234 Lollius Professus, inter nobiles viros a Septimio Severo occisos *vit. Sept. Sev. 13, 2.*

235 Lollius Scaeva, eques Romanus: ad eum data Horatii epistula 1, 17 *schol. Pseudo-Acronis ad Hor. l. c. ap. Hauthal II p. 461 (dubitari potest num recte; in ipsa epistula* Scaeva *tantum dicitur; fortasse confusus cum Lollio, ad quem data epistula quae subsequitur).*

236 L. Lollius Senecio, frater Q. Lollii Urbici praefecti urbis *VIII 6705.*

237 M. Lollius Senecio, pater Q. Lollii Urbici praefecti urbis *VIII 6705.*

238 Lollius Serenus, adfinis Clodii Albini *vit. Clod. Albin. 6, 1.*

239 Lollius Urbicus, auctor citatus de rebus gestis anno 217/8, aequalis horum temporum *vit. Diadum. 9, 2.*

240 Q. LOLLIVS VRBICVS. *Tituli: agri Cirtensis VIII 6706 ipsi positus (1), Tidditanus VIII 6705 ab eo positus parentibus (2), urbanus VI 28 (3); praeterea memoratur in Britannicis VII 1041 (4) et 1125 (5) et in urbano VI 10707 (6). Cf. Borghesi opp. 5 p. 419.*

Q. Lollius Urbicus *t. 1-5,* Lollius Urbicus *t. 6 et auctores plerique,* Urbicus *Iustinus* (Urbicius *Eusebius*). — M. f. *t. 1,* M. Lollii Senecionis et Graniae Honoratae filius *t. 2. Oriundus videtur ex pago Cirtensium Tiddi, quoniam ibi posuit parentibus titulum 2.* Tribu Quirina *t. 1.* Quattuorvir viarum curandarum, tribunus laticlavius legionis XXII Primigeniae, quaestor urbis, legatus proconsulis Asiae, tribunus plebis candidatus Caesaris, praetor candidatus, legatus legionis X Geminae, legatus imp. Hadriani in expeditione Iudaica, exinde donatus donis militaribus; consul (suff. a. inc.); legatus Aug. provinciae Germaniae inferioris *t. 1 (haec omnia vivo ut videtur Hadriano, t. 1).* Legatus pro pr. imp. Antonini Pii provinciae Britanniae *vit. Pii 5, 4; t. 4. 5,* rem bene gerit contra Britannos *vit. Pii l. c.;* sub eius cura vallum ductum a Clota ad Bodotriam *vit. Pii l. c. cf. t. 5 et Huebner CIL. VII p. 192. Propter victoriam Britannicam aliquam, hanc sine dubio, Antonino Pio tertium consuli (a. 140—142) imperatoris iterum nomen inditum esse nummi non obscure indicant (Eckhel 7 p. 14; Cohen II p. 284, 35. 349, 498-500. 365, 623 ed. 1 = II p. 281, 113-115. 282, 119 ed. 2), imperator iterum autem appellabatur Antoninus Pius iam anno 142 (X 515; non anno demum 143, ut opinatus est Borghesius opp. 5, 419. 9, 296); unde sequitur anno 142 vel etiam paullo antea Lollium Urbicum legatum Britanniae fuisse.* — Proconsul Africae *Apuleius apol. 2.* Praefectus urbi *t. 2. 3. 6; Fronto ad amic. 2, 7 p. 194 N.; cf. Iustinus martyr apolog. II c. 1. 2 (inde Eusebius hist. eccl. 4, 17).* — Fetialis *t. 1.*

241 Lollia: *eius libertus* Q. Lollius Lolliae l. Hilarus horrear. *VI 9467; eiusdem fortasse alius libertus* Q. Lollius Lolliae l. Hiero *VI 21462. Propter praenomen libertorum* Q. f, *diversa igitur ab ea quae sequitur.*

242 LOLLIA PAVLINA M. Lollii et Volusiae filia *Tac. a. 12, 1. 22,* M. Lollii neptis *Plin. h. n. 9, 117,* nupta Memmio Regulo, huic abducta a Gaio et mox dimissa *Tac. a. 12, 22, Suet. Gai. 25, Dio 59, 12. 23 (Zon. 11, 56).* Divitiae et luxuria eius *Plin. h. n. 9, 117*

*(Solin. 53, 29).* Interfecta Messalina Claudii matrimonium ambit *Tac. a. 12, 1 cf. Suet. Cl. 26.* Ob hanc rem invisa Agrippinae publicatis bonis pellitur Italia, mox occiditur a. 49 *Tac. a. 12, 22. Dio 60, 32 (Zon. 11, 10).* Mortua Agrippina cineres eius reportati sepulcrumque extructum *Tac. a. 14, 12.* Nullos liberos genuerat *Tac. a. 12, 2.*

243 Lollia Saturnina: eius liberti libertaeque *VI 21473*[a].

244 Lollia Urbana: eius liberta *VI 21497.*

245 LONGINA Prisci septemviri epulonum uxor *IX 3426.*

— DOMITIA LONGINA.

— M. Pomp(onius) Bassulus Longinianus.

— M. SALONIVS LONGINIVS MARCELLVS.

246 LONGINVS iuris consultus, diversus a C. Cassio Longino consule a. p. Chr. 30, sed aequalis eius; ex equestri ordine, sed postea ad praeturam usque pervenit *Pomponius Dig. 1, 2, 2, 52.*

247 LONGINVS bello secundo Dacico legioni praepositus (στρατοπέδου Ῥωμαίου ἐξηγούμενος), a Decebalo fraude captus se ipsum veneno interemit *Dio 68, 12. Hunc esse virum consularem sub Traiano in Dacia captum, quem nomine non posito memorat Fronto de bello Parth. (p. 217 Naber), coniecit Maius, sed dubito num recte.*

248 Longinus, tribunus in exercitu Cestii, a Iudaeis occisus *Iosephus bell. 2, 19, 7.*

249 Longinus, eques in exercitu Titi, fortiter pugnat *Iosephus bell. 5, 7, 3.*

250 Longinus (*plene* Cassius Longinus *Photius lex. s. v.* σέρφοι, Λογγῖνος ὁ Κάσσιος Suidas *prooem. et s. v.* Λογγῖνος) rhetor et philosophus. *De vita et scriptis eius cf. Ruhnken disputatio de Longino 1776 (Ruhnken opp. [ed. Friedemann 1828] p. 412 seq.).* Natus Frontonide, sorore Frontonis Emiseni rhetoris qui vixit temporibus Severi, et ab eo heres institutus *Suidas s. v.* Φρόντων. Inde a pueritia, parentes secutus, multas provincias adiit *ipse ap. Porphyrium de vit. Plotini 20.* Magister Porphyrii *Eunapius vit. soph. p. 7 ed. Boisson.;* quem ut e Sicilia ad se veniret in Phoenicen hortatus est *Porphyrius vit. Plotin. 19.* — Eo magistro ad Graecas litteras dicitur usa esse Zenobia *vit. Aurel. c. 30;* Zenobiam in multis rebus adiuvit *Photius bibl. cod. 265 (p. 492 Bekk.).* Occisus ab Aureliano *vit. Aurel. l. c.; Zosimus 1, 56; Suidas s. v.* Λογγῖνος. — *Non recte huic olim tribuebatur libellus* περὶ ὕψους, *Dionysio sive Longino adscriptus in codice Parisiensi; cf. Martens de libello* περὶ ὕψους *(diss. Bonn. 1877) p. 22 seq.*

— Aemilius Longinus.

— Calpurnius Longinus.

— C. CASSIVS LONGINVS.

— L. CASSIVS LONGINVS.

— Q. Cassius Longinus.

— C. EGGIVS AMBIBVLVS POM[PONIVS LON]GINVS CASSIANVS L. MAECIVS POS[TVMVS].
— T. FLAVIVS LONGINVS Q. MARCIVS TVRBO.
— C. IVLIVS LONGINVS.
— L Iulius Longinus.
— CN. PINARIVS AEMILIVS CICATRICVLA POMPEIVS LONGINVS.
— Cn. Pompeius Homullus Aelius Gracilis Cassianus Longinus.
— Pompeius Longinns.
— CN. POMPEIVS LONGINVS.
— C. PORCIVS PRISCVS LONGINVS.
— STATIVS LONGINVS.
— M. STATIVS LONGINVS.
— M. STATIVS LONGINVS IVN(IOR).
— M. VALERIVS LONGINVS.
251 Longulanus, auctor Plinio *hist. nat. ind. l. 35. Praeterea ignotus.*
252 Longus miles in exercitu Titi, a Iudaeis circnmventus se ipsum occidit *Iosephus bell. 6, 3, 2.* Frater eius nomine Cornelius *ib.*
— L. [ANNIVS] LONGVS.
— Baebius Longus.
— C. Bienus Longus.
— Caesius Longus.
— Cassius Longus.
— C. CORTIDIVS LONGVS.
— LVCILIVS LONGVS.
— L. MVSSIDIVS LONGVS.
— (C.?) POMPEIVS LONGVS GALLVS.
— Q. SA[L]ONIVS [LO]NGVS.
— Sulpicius Longus.
— TINEIVS LONGVS.
— Velius Longus.
253 T. LORENIVS CELSVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338, 1, 2.*
254 L. LORENIVS CRISPINVS. *Titulus prope urbem rep. VI 1447 dedicatus anno 244.* L. f. *tit.* Tribu Palatina *ib.* Frater Arvalis a. 231 *act. Arv.* Clarissimns vir, consul *tit. Eius filia ut videtur* Lncia Lorenia Cornelia L. f. Crispini *(sic traditur)* Crispina *VI 1448. — Idem ut videtur* Crispinus qui a. 238 cum (Tullio) Menophilo Aquileiam contra Maximinum defendit *Herod. 8, 2 seq.; vit. Maximin. 21. 22; cf. Borghesi opp. 2 p. 232.*
255 LVCIA LORENIA CORNELIA CRISPINA L. Crispini *(eius scilicet qui praecedit)* filia *(sic videtur;* L. f. Crispini *traditur fuisse in t., post Corneliae nomen),* clarissima puella *t. urbanus semel descriptus VI 1448.*
256 .. LVC . . . . PRO . . . Q. f., aedilis plebis, praetor, consul *tit. semel (a Guichenone) descriptus Albae Pompeiae V 7599.*

— T. SEXTIVS .... M. VIBIVS ...... SECVNDVS LVC..... VESTINVS.
— Octavia Lucana.
— Sallustia Lucan[a].
257 L. Lucanius Latiaris *tegula urbana C. XV 1245. Videtur fuisse homo nobilis; fortasse ab eo non diversus Latiaris praetor sub Tiberio, a Tacito ann. 4, 68. 71 dictus* Latinius, *sed ab eodem ann. 6, 4* Lucanius; *cf. supra n. 76.*
258 Q. LVCANIVS LATINVS praetor aerarii a. 19 *VI 1496. — Incertum num hic* Κόιντος Λουκάνιος .... *t. Cyrenensis CIG. 5136.*
259 C. Lucan(ius) Severus Mar(ius) Maximus, maritus Claudiae Gemellinae *t. urbanus VI 15448. Memorabilis propter nomen, quod nescio num nobilem hominem indicet.*
260 Q. LVCANIVS VALERIANVS vir clarissimus *V 4356. 4357.* Uxor Sextia Iuliana, *ib. Ambo ut videtur Brixiani.*
— Acilius Lucanus.
— M. ANNAEVS LVCANVS.
— CLAVDIVS LVCANVS.
— CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CVRVIVS LVCANVS.
— IVL(IVS) LVCANVS.
— L. MARIVS VEGETINVS LVCANVS TIBERENVS.
261 Lucas (Λουκούας *traditur*), dux Iudaeorum sub finem imperii Traiani in Cyrenaica rebellantium *Euseb. h. eccl. 4, 2. Cf. supra* Andreas *(A 428).*
262 M. Lucceius ......, pro salute imp. Antonini Felicis *(Commodi ut videtur)* sacra fecit *Inscr. Gr. Sicil. Ital. 976. Fortasse homo nobilis.*
263 LVCCEIVS ALBINVS *(filius puto eius qui sequitur)* una cum Plinio in senatu causam provinciae Baeticae agit a. 101 *Plin. ep. 3, 8, 7,* item una cum Plinio Iulium Bassum defendit *ib. 4, 9, 13.*
264 Lucceius Albinus *(sic Tac.,* Albinus *Ioseph.),* procurator Iudaeae a. 62—65 *Ioseph. ant. 20, 9, 1. 2. 3. 5, c. 11, 1; bell. Iud. 2, 14, 1. 6, 5, 3 (Euseb. hist. eccl. 2, 25 et chron., vers. arm. ad a. 2076. 2079; Hieron. ad a. 2077. 2080; Syncellus p. 637). Cf. Rohden de Palaestina et Arabia provinciis p. 36.* — Procurator Mauretaniae Caesariensis, sub Galba etiam Tingitanae, sub Vitellio res novas movens una cum uxore occiditur *Tac. h. 2, 58. 59.*
265 C. LVCCEIVS CAMARS (*pro* Luccei- *traditur* Luccel-) quaestor, tribunus plebis, praetor; amicus C. Pontii Paulini consulis *t. Sulmonensis (semel descriptus) IX 3079.*
266 M. Lucceius Felix, procurator *t. Dacicus III 1437.*
267 L. Lucceius Hadrianus, vir perfectissimus, rationalis, patronus Cirtensium *VIII 7043.* Uxor Fabia V...i..a Iovina *ib.*
268 Lucceius Nomina ... *servus eius in fistula plumbea urbana, Notizie 1891 p. 57. Fortasse homo nobilis (ignobilis* A. Lucceius Nominatus *in albo Ostiensi XIV 246, 5, 8).*

269 Lucceius Ofellianus, a. 166 epistrategus Aegypti ut videtur inferioris *CIGr. 4701.*

270 LVCCEIVS TORQVATVS legatus pro praetore provinciae Asiae, simul curator civitatis Ephesinae *CIGr. 2977 (= Lebas-Wadd. 147 a).*

271 LVCCEIVS TORQVATVS consularis, occisus a Commodo *vit. Comm. 7, 6.*

272 Lucceia (luceia *traditur*) mima, centum annis nata in scaena pronuntiavit *Plin. h. n. 7, 158.*

273 C. LVCCIVS TELESINVS (Telesinus *Philostratus; in consulatu* C. Luccius Telesinus *VI 8639 = X 6637. XI 395,* Luccius Telesinus *Tac. a. 16, 14,* Γάϊος Τελεσῖνος *Dio 63, 1,* L. Telesinus *Frontinus de aq. 102; alibi* Telesinus, *in fastis quibusdam* Celsinus *errore.*) Consul ordinarius a. 66 cum C. Suetonio Paullino *fasti. (Memorat consulatum etiam Philostratus vit. Apoll. 4, 40. 7, 11, 4).* Philosophiae studiosus, amicus Apollonii Tyanensis *Philostratus vit. Apoll. IV 40. 43, 1. V 7, 1. VIII 7, 47. 12, 3. 4.* Sub Domitiano philosophiae causa exulat *ib. 7, 11, 3. 4. — Telesini nomine pro lubito utuntur Martialis 3, 40. 6, 50. 12, 25 et Iuvenalis 7, 25, hic poetam, ille plerumque (3, 40. 12, 25) divitem avarum significans.*

— SEX. PV[L]FENNIVS SALVTARIS M. LVCCIVS VALERIVS SEVERVS PLOTIVS CILO.

274 LVCCIA TELESINA C. f., eius qui praecedit filia puto aut soror, *VI 21563 titulus sepulcralis. — Telesinae nomen ap. Martial. 2, 49. 7, 87, 8.*

275 Lucensis, vir doctus, apud cuius libertum Secundum Martialis epigrammatum liber venum prostabat *Martial. 1, 2, 7.*

276 Lucianus (Λουκιανός *ipse de se in scriptis nonnullis, graecissans*). *Cf. Croiset essai sur la vie et les œuvres de Lucien (Paris. 1882).* Samosatensis *ipse quomodo hist. scr. sit 24; Eunapius vit. soph. p. 5 Boiss.; Suidas s. v.* (ex Syria *ipse piscat. 19, Scyth. 9, cf. bis accus. 27*). Γέγονε ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ καὶ ἐπέκεινα *Suidas (minus recte; nam cum floruerit Lucianus temporibus M. Aurelii, non pauca scripserit etiam sub Commodo, natalis eius videtur attribuendus esse temporibus Hadriani).* Pueritiam egressus relicto avunculi opificio ad liberalia studia convertitur *ipse somn. sive de Luc. vit. 1 seq.* In Ionia rhetoricae studet *bis accus. 27.* Causis dicendis operam dat *ipse piscat. 25,* Antiochiae in Syria *Suidas.* Foro relicto totum scribendo se dedit; excoluit autem novum potissimum genus, mixtum e dialogo philosophico et comoedia *ipse bis accus. 28 cf. Zeux. 1.* Scripta sua recitat *ipse de electro 6, de dipsad. 9,* non solum in Graecia, sed etiam in Italia et Gallia *bis accus. 27 cf. apol. 15,* item in Macedonia *Herodot. 7, Scyth. 9.* Historias de bello Parthico L. Veri (161—165) editas irridet scripto libello quomodo historia scribenda sit, post finitum idem bellum *cf. l. c. 2, 5,* sed ante triumphum L. Veri *ib. 31.* Peregrini morti voluntariae adfuit Olympiae *de morte Peregr. 2 seq. (de tempore cf. Nissen mus.*

*Rhen. 43 p. 254).* Cum iter faceret per Cappadociam Amastrim orae Ponticae (ex patria puto), patrem secum ferens et suos, Abonutichos devertit ut Alexandrum prophetam ibi conveniret *Alex. s. pseudoproph. 55–57.* De hoc Alexandro scripsit libellum ad Celsum quendam, post M. Aurelii mortem *ib. 48.* In Iulium Pollucem *(cf. supra I n. 349)* invehitur libello cui titulus ῥητόρων διδάσκαλος *l. c. passim cf. praesertim 16 seq. 24.* Iam senior munere quodam in officio praefecti Aegypti praeditus, salarium e fisco accipere coepit; spem concipit provinciae administrationem vel rerum imperatoris procurationem mandatum sibi iri *apol. 12. — Memorat Lucianum primus quantum scio Lactantius inst. 1, 9. — Epigrammata Luciano adscripta eius esse post alios negavit Ioh. Setti rivista di filologia 20, 1892 p. 293 seq.*

277 LVCIANVS PROCLVS senator sub Domitiano, cum propter senectutem ruri plerumque ageret, tamen imperatori contra Antonii defectionem proficiscenti comes fit *Dio 67, 11.*

— P. AELIVS BRVTT[IVS] LVCIANVS.

— L. SERVILIVS DOMITIVS VALERIVS FRONTO LVCIANVS.

— EGNATIVS LVCILIANVS.

— C. FABIVS FABIANVS VETILIVS LVCILIANVS.

— C. FABIVS LVCILIANVS.

— FL(AVIVS) LVCILL[IA]NVS.

— L. FLAVIVS LVCILIANVS.

— L. IVLIVS LVCILIANVS.

278 Lucilius, post pugnam Philippensem militibus, qui M. Brutum persequebantur, se pro Bruto obtulit; exinde in amicitiam M. Antonii receptus huic fidelis permansit usque ad extrema, fugae ex pugna Actiaca comes *Plutarch. Brut. 50, Anton. 69.*

279 Lucilius centurio, interfectus a seditiosis exercitus Pannonici *Tac. a. 1, 23.*

280 Lucilius *(sic sine dubio Latine; Graece* Λουκίλλιος *ipse anth. Pal. 11, 196 et praeterea lemmata epigrammatum eius in codice anthologiae Pal.)* epigrammatum scriptor *anth. Pal. passim.* A Nerone aere donatus *ipse anth. Pal. 9, 572. Cf. infra n. 286* Lucilius Iunior.

281 C. LVCILIVS C. f., triumvirum cap(italium) *t. Aquileiensis V 872. Fortasse Augusto antiquior.*

282 LVCILIVS AFRICANVS clarissimus vir: ei a. 138 permisit senatus nundinas bis in mense habere regione Beguensi provinciae Africae *VIII 270 = VIII S. 11451.*

283 Sex. Lucilius Bassus *(praenomen dederunt diplomata militaria, cf. infra). Plane incertum, num ex stirpe Lucilii Bassi quem memorat Cicero ad Att. 12, 5, 2.* — Praefectus alae *Tac. h. 2, 100.* A Vitellio Ravennati simul et Misenensi classibus praepositus *ib.* Iratus quod non statim praefectus praetorio factus sit, classem Ravennatem Flavianis prodidit *Tac. h. 2, 100. 101. 3, 12 cf. c. 36. 40.* In vincula

conicitur, sed mox solvitur *Tac. 3, 12.* Interfecto Vitellio mittitur ad componendam Campaniam *Tac. h. 4, 3.* Praefectus utriusque classis etiamtum ineunte a. 71 *diplomata militaria data d. 5 Apr. 71 (III p. 860, III S. p. 1959 = X 867).* — Legatus missus in Iudaeam *Iosephus bell. 7, 6, 1 (adlectus scilicet inter praetorios a Vespasiano; nisi mavis statuere duos eo tempore fuisse Lucilios Bassos),* exercitum a Sex. Vettuleno Ceriale accipit, Herodium et Machaeruntem castella capit, item saltum dictum Iarden *Iosephus bell. 7, 6, 1–5.* Terram Iudaeam vendere iubetur a Vespasiano *ib. 6.* Mox obit *ib. 7, 8, 1.*

284 C. LVCILIVS BENIGNVS NINNIANVS C. f., [t]r[ib. mil.] a popu[lo], *(deinde complura perierunt in t.),* [quaestor? pr]ovinc. [H]is[p]. *(supplementum non certum),* aedilis C[erialis] *(sed lectum est in t.* CI . . T) *t. Corfiniensis IX 3155 difficilis lectu.* Filia: Lucilia Benigna *ib. cf. IX 3156. 3157.*

285 Lucilius Capito, procurator Asiae, accusante provincia a senatu damnatus a. 23 *Tac. a. 4, 15; Dio 57, 23.*

286 Lucilius Iunior (Lucilius *Seneca passim,* Iunior *id. nat. quaest. IV praef. 9),* amicus Senecae, ad quem ille scripsit libellum de providentia, item naturalium quaestionum libros, denique epistularum libros superstites. Seneca natu minor *nat. quaest. 3, 1, 1; ep. 26, 7,* natus in oppido aliquo Campaniae, Pompeiis ut videtur vel Neapoli *ep. 49, 1. 53, 1. 70, 1,* loco humili *nat. quaest. 4 praef. 15; ep. 19, 5,* sed ingenuus *ep. 44, 6.* 'Quamquam paupertas alia suaderet, ad carmina gratuita se deflexit et ad salutare studium philosophiae se contulit' *Seneca nat. quaest. 4 praef. 14 (carmina illa gratuita nonnulli putant ea ipsa epigrammata quae sub Lucilii nomine tradita sunt in florilegiis Graecis).* Amicus (Cn. Cornelii Lentuli) Gaetulici consulis a. p. Chr. 26 *Seneca nat. quaest. 4 praef. 15 (notabile, etiam Gaetulicum epigrammata Graeca composuisse).* Sua industria factus eques Romanus *ep. 44, 2 (non recte huc traxerunt nonnulli aes, quo a Nerone donatum se esse scribit Lucillius anth. Pal. 9, 572; eques Romanus factus esse videtur aliquanto ante Neronis imperium).* 'In medium' eum protulerunt 'ingenii vigor, scriptorum elegantia, clarae et nobiles amicitiae' *ep. 19, 3.* Constantiam eius, cum Gaetulicus a Gaio, alii amici eius a Claudio occisi essent, laudat *Seneca nat. quaest. 4 praef. 15.* 'Tulit' eum 'longe a conspectu vitae salubris rapida felicitas, provincia et procuratio' *ep. 19, 5.* 'Procuratiunculae pretio' transit per Poeninum Graiumve montem, per deserta Candaviae, adit Syrtes' *ep. 31, 9 (videtur igitur praefuisse Alpibus Graiis, cf. Hirschfeld CIL. XII p. XIII, res imperatoris administravisse in Epiro vel Macedonia et in Africa).* Procurator in Sicilia *Seneca nat. quaest. 4 praef. 1, ep. 31, 9. 45, 2. 79, 1.* — De studiis eius *Seneca nat. quaest. 4 praef. 14.* Liber eius argumenti ut videtur philosophici

missus ad Senecam *ep. 46.* Carmina pangit *nat. quaest. 4 praef. 14. c. 2, 2:* versibus tractat tam philosophiam *ep. 8, 10. 24, 19–21* quam res et fabulas Siciliae *nat. quaest. 3, 1, 1. c. 26, 6;* scripturus est de Aetna *ep. 79, 5–7. — Huic a multis tribuitur carmen de Aetna Vergilio in codicibus adscriptum, de qua re cf. Baehrens Poet. Lat. min. II p. 29 seq. — Hic sine dubio intellegitur, sed male* Lucillus *dicitur ab Honorio quodam scholastico in versibus ad Iordanem episcopum (Riese anthol. Lat. 2 p. 124 n. 166 cf. Mommsen in ed. Iordanis p. XLVI). Hunc esse* Λουκίλλιον *epigrammatum auctorem supra n. 280, nuper statuerunt Rossbach Jahrb. f. Phil. 1891 p. 101 et Sakolowski de Anth. Pal. quaest. [diss. Lips. 1893] p. 22, fortasse recte.*

287 LVCILIVS LONGVS *(solum cognomen habent fasti Amit.)*, amicus Tiberii, comes illius in secessu Rhodio *Tac. a. 4, 15.* Consul suff. a. p. C. 7 *fast. Amit. (si quidem hic Longus intellegitur; cf. Borghesi 5 p. 308).* Mortuo a. 23 censorium funus decretum a senatu *Tac. l. c. Idem videtur* [Lu]cilius Longus *senatus consultum Aricinum eph. ep. 7, 1236 (fortasse origine Aricinus erat ibique honoribus functus).*

288 (L. Lucilius) Lupus: *eius libertus* L. Lucilius Lupi l. Hiero medicus *VI 7408 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1813.*

289 L. Lucilius Pansa Priscilianus: ab eo Ser. Cornelii Scipionis Orfiti consulis filiae, Orfiti consulis sorori positus *t. Ausculanus IX 663. Diversus ab eo qui sequitur, si recte Mommsenus Orfitos consules eos esse statuit qui fasces gesserunt a. 149 et 178.*

290 L. LVCILIVS PRISCILIANVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338, 20.*

— SEX. PEDIVS HIRRVTVS LVCILIVS POLLIO.

291 LVCILIVS RVFVS clarissimus vir *signaculum in Sardinia rep. X 8059, 237. De M. Lucilio Rufo denariorum liberae rei publicae monuit Mommsen.*

292 Lucilius *Mpuips *(sic, vel* Mpiups *vel* Mpups, *modo autem* Mpps, *modo* Mpis *cognomen hieroglyphice expressum in t., teste Ermano, quod vere fuerit cognomen Romanum Lucilii, incertum;* Rufus *legere sibi visus in obelisco Champollion-Figeac, teste Ermano l. c. p. 211 not. 2),* Beneventanus ut videtur, obeliscum erexit Beneventi anno octavo Domitiani (a. 88/89) *t. hieroglyphicus ex versione Ermani. Röm. Mitth. 1893 p. 212 seq.*

293 LVCILIA APRVLLA clarissimae memoriae femina *t. Salerni descriptus X 523.*

293ª LVCILIA BENIGNA C. Lucili Benigni Ninniani *(supra n. 284)* filia *IX 3155 cf. 3156. 3157.*

— ANNIA LVCILLA = LVCILLA AVGVSTA.

— DOMITIA LVCILLA.

— IVLIA LVCILLA.

— MANILIA LVCILLA.

— MARCIA POSTVMA MESSENIA LVCILLA AEMILIA.
— Valeria Lucilla.
294 LVCILLVS propinquus Gallieni *vit. Gall. 12, 1.* Consul ord. a. 265 cum (Licinio) Valeriano *(supra n. 177)* iterum *fasti cf. vit. Gallien. l. c. Propinquos Gallieni a. 268 Romae occisos narrat Victor Caes. 33, 31 ubi hic quoque intellegendus esse videtur.*
— L. CAESONIVS LVCILLVS MACER RVFINIANVS.
— C. FAB(IVS) RVFINVS LVCILLVS.
— Valens Lucinianus *v.* Iulius Valens.
295 Lucius, miles Romanus, perit apud Hierosolyma *Iosephus bell. 6, 3, 2.*
296 *C. LVCIVS (Λούκιος Γάιος; *nomen corruptum*), Illyricum ut videtur obtinens, Rhoemetalci opem ferens Sarmatas ultra Danuvium reppulit *Dio 54, 20.*
— C. Vaternius Calpurnius Lucretianus.
297 Lucretius: ad eum dedit Caelius Aurelianus responsionum medicinalium libros *Caelius Aurel. cel. passion. 1, 2 cf. eiusdem fragmentum, ap. V. Rose Anecd. gr. et graecolat. 2, 183.*
— [S]VLPICIVS LVCRETIVS BARBA.
— M. Licinius C. Lucretius Censorinus.
298 LVCRETIVS *GALLIVS clarissimus vir *t. semel descriptus XI 3892.*
299 L. (Lucretius) Lepidus: *tali nomine patronum videtur habuisse* Lucretia L. Lepidi [l.] Salv[i]a *VI 21667. Fortasse homo nobilis.*
300 L. LVCRETIVS OCTAVIVS L... salius Palatinus cooptatus exeunte ut videtur saec. p. Chr. altero *VI 1981.*
301 C. LVCRETIVS RVFVS temporibus Tiberii proconsul ut videtur vel legatus provinciae Cypri *(certe munere aliquo in Cypro functus) t. Cyprius Salaminius III S. 12104.*
302 Q. LVCRETIVS VESPILLO. *Fragmenta elogii tumulo uxoris ab eo insculpti, collecta et ad eum relata — nam nomine carent — a Mommseno Abhandl. der Akad. der Wiss. zu Berlin 1863 p. 459 seq., CIL. VI 1527.* — Q. Lucretius *Val. Max. 6, 7, 2; Dio 54, 10,* Λουκρήτιος *Appian. b. c. 2, 54. 4, 44,* Lucretius Vespillo *Caes. b. c. 3, 7. In consulatu* Λ. Λουκρήτιος Οὐισπιάλων *Dio ind. l. 54 (in praenomine errans).* Q. Lucretius *XV 4590, Frontin. de aq. 10, vita Vergilii Donatiana (p. 63 Reiff.), Cassiod.,* Κόιντος Λουκρήτιος *Mon. Ancyr. Gr. 6, 11* (Κόιντος Λ[ουκρ]ή[τιος] *Gr. 3, 11,* ... retius *Lat. 2, 32),* Q. Lu...... *fasti Colotiani et Biondiani (CIL. I² p. 64. 65),* Lucretius *chronogr. a. 354,* Lucretius Cinna *fasti Hydat., Hieronymus chron. ad a. Abr. 1999 (de morte Vergilii),* Cinna *fasti Vindobonenses priores (chron. min. I p. 276), cosmographia Iulii Caesaris (Riese geogr. Lat. min. p. 22). Num recte his locis Lucretio cognomen Cinnae tribuatur, dubium (cf. Mommsen CL. I ed. 2 p. 89); error si est, fortasse inde est natus quod Lucretius consul erat cum Sentio Saturnino, anno autem 758 Cinna consul erat statim post alium Sentium Saturninum (Riese l. c.).*

Q. f. (K. of.) *Dio ind. l. 54; filius fortasse Q. Lucretii Vespillonis, quem se ipso natu paullo maiorem memorat Cic. Brut. 48, 178. Ex posteris sine dubio Lucretii Vespillonis aedilis anno u. c. 621 (de vir. ill. 64).* — A. u. c. 706 Pompeianos secutus (*huc spectat ex elogio uxoris I v. 4:* cum ego in Macedo[niam abissem]), Orici parti classis Pompeianae praeerat *Caes. b. c. 3, 7, Appian. b. c. 2, 54.* A. 711 proscriptus a triumviris *(cf. Dio 54, 10)* Romae apud Turiam uxorem latuit *Val. Max. 6, 7, 2; Appian. b. c. 4, 44 (huc spectat ex elogio uxoris II 1 seq.).* Edicto absentis Caesaris periculo exemptus *elogium II 12. 16.* A. 735 cum alterius consulis comitia adsiduis turbis impedirentur, una cum aliis legatis missus ad Caesarem Augustum ab hoc collega consuli qui iam creatus erat datur *Dio 54, 10.* Consul ordinarius cum Cn. Sentio Saturnino *fasti cf. supra,* deinde cum M. Vinicio *fasti Colotiani et Biondiani (cf. supra), mon. Anc., t. in amphora pictus XV 4590 (consulatum proscripti memorat etiam Appianus b. c. 4, 44).* Superstes uxori post matrimonium annorum XXXXI *elogium uxoris I v. 27 seq.*

— Pontius Lucrianus.

— Lucuas *v.* Lucas.

— MANLIA PONTIA LVCVLLA AFRICANA.

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA (?) PROCILLA ... LVCVLLA.

— Lurius Lucullus.

— SALLVSTIVS LVCVLLVS.

303 Lucusta *(sic recte traditur apud Suetonium et Dionem, item in scholiis Iuvenalis, male* Loc- *apud Tacitum; Iuvenalis libri variant)* ex Galliis oriunda *schol. ad Iuv. sat. 1, 71,* damnata veneficii, ab Agrippina delecta quae Claudio virus pararet *Tac. a. 12, 66, Dio 60, 34 (Zon. 11, 11).* Eiusdem opera usus Nero in Britannico *Tac. a. 13, 15, Suet. Nero 33.* Ob eam rem praemiis affecta a Nerone *Suet. l. c.,* qui ipse sub finem vitae venenum ab ea petiit *ib. c. 47.* Interfecta iussu Galbae *Dio 64, 3. Memorat eam Iuvenalis sat. 1, 71, memoraverat poeta aetatis Flavianae Turnus (scholia ad Iuv. l. c.; Baehrens fragmenta poetarum Rom. p. 371).*

— Licinius Lucusta.

304 Ludor: ita dictus Sergiolus gladiator, quippe 'qui sit diu demoratus in ludo' *schol. ad. Iuvenal. 6, 105. Dubiae fidei narratio.*

— M. CLODIVS LVNENSIS.

305 Lupercus, amicus Plinii, cuius iudicio scripta sua subicere solebat *Plin. ep. 2, 5. 9, 26.*

306 Lupercus, Berytius, grammaticus, γεγονὼς μικρῷ πρὸ τοῦ Κλαυδίου τοῦ δευτέρου Καίσαρος χρόνων *Suidas s. v.;* scripta eius *Suidas l. c. et proœm. Cf. Müller fr. h. Gr. III p. 662. Memoravi propter nomen Romanum.*

Digitized by Google

— M. ETRILIVS LVPERCVS.
— C. GALLIVS LVPERCVS.
— MVNIVS LVPERCVS.
— L. TVTILIVS LVPERCVS PONTIANVS.
— Q. VALERIVS LVPERCVS IVLIVS FRONTINVS.
307 LVPVS consul ord. a. 232 cum Maximo *fasti*.
308 Lupus, Severi dux, victus a Clodio Albino *Dio 75, 6*.
309 Lupus, poeta, scripsit de reditu Menelai et Helenae *Ovid ex P. 4, 16, 26*.
310 Lupus, amicus Martialis *Martial. 10, 48, 5 (praeterea idem nomen apud Martialem passim, sed vix de hoc)*.
311 Lupus: eius balnea tenebrosa memorat *Martial. 1, 59, 3. 2, 14, 12*.
312 Lupus: ad eum dedit Callinicus librum περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς *Suidas s. v.* Καλλίνικος *(Müller fr. hist. Gr. III p. 663)*.
313 Lupus Salutaris *corniola rep. in Sicilia, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2412, 30*.
— M. ANTONIVS ANTIVS LVPVS.
— CORNELIVS LVPVS.
— CVTIVS LVPVS.
— C. FVLVIVS LVPVS SERVILIANVS.
— GELLIVS RVTILIVS LVPVS *v. sub* Rutil-.
— Iulius Lupus.
— P. IVLIVS LVPVS.
— Ti. Iulius Lupus.
— C. IVLIVS LVPVS T. VIBIVS VARVS LAEVILLVS.
— IVNIVS LVPVS.
— Lusius Lupus.
— NVMISIVS LVPVS.
— Nymphidius Lupus.
— M. ROSCIVS LVPVS MVRENA.
— RVTILIVS LVPVS.
— M. RVTILIVS LVPVS.
— M. Rutilius Lupus.
— P. Rutilius Lupus.
— Sardius Lupus.
— VIRIVS LVPVS.
314 Luranius grammaticus ut videtur *Quintil. inst. 9, 4, 38*.
— A. PETRONIVS LVRCO.
— M. PETRONIVS LVRCO.
315 M. LVRIVS Sardinia pulsus a Mena Sex. Pompeii praefecto *Dio 48, 30*. Pugna Actiaca dextro cornu navium Iulianarum praeest *Vell. 2, 85*.
316 P. LVRIVS AGRIPPA triumvir monetalis sub Augusto, non ante annum 742, sed non multo postea *(cf. Mommsen hist. numm. p. 744 not. 15)*, fortasse una cum M. Maecilio Tullio et M. Salvio Othone *(quippe quorum nummi plane similes sint) nummi aenei ap. Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 154*.

20*

317 Lurius Lucullus, libellum dedit imp. Commodo de iniuriis colonorum saltus Burunitani in Africa, cui libello imperator ex sententia petitoris rescripsit *VIII 10570. VIII S. 14451. A Mommseno (Herm. 15 p. 398) habetur pro procuratore imperatoris.*

318 LVRIVS VARVS consul (suff. a. inc.), olim repetundarum damnatus, restituitur a. 57 *Tac. a. 13, 32.*

319 LVRIA IANVARIA clarissima femina, uxor Caelii Felicissimi viri egregii *t. extans in coemeterio christianorum suburbano quod Ostrianum dicitur, ap. Armellinium cronichetta 1879 p. 76 cf. de Rossi bull. crist. 1880 p. 101. Videtur christiana fuisse, teste loco quo titulus extat, et ipsius tituli simplicitate.*

320 L. LVSCIVS OCREA *(cognomen, cuius prima tantum littera superest in t. Balburiensi, supplevit Borghesi ap. Henzen p. 187, opp. 8 p. 186)* legatus Lyciae et Pamphyliae sub Vespasiano *t. Balburiensis ap. Henzen ann. inst. arch. 1852 p. 185 (inde Lebas-Waddington 1225). Huius fortasse servus* Eros cubicularius Lusci Ocreaes *VI 9300. — Cf.* C. Luscius Ocrea senator *ap. Ciceronem pro Roscio comoedo 14, 43.*

— Sex. Pedius Lusianus Hirrutus.

— L. CARMINIVS LVSITANICVS.

— M. Vergilius Gallus Lusius.

321 A. Lusius Gallus, A. f., tribu Ter. (Venafranus origine), frater Lusiae Paullinae *(infra n. 331)*; tribunus militum legionis XXII Cyrenaicae (= Deiotarianae?), praefectus equitum *X 4862.*

322 Lusius Geta, praefectus praetorio a. 48 *Tac. a. 11, 31. 43.* Praefectura ei demitur a. 52 *Tac. a. 12, 42.* (Miles, speculator, beneficiarius Getae *t. Pisaurensis Orell. 3206, fortasse huius Getae, ut coniecit Bormann eph. ep. 4 p. 400*).

323 Q. LVSIVS LABERIVS ...... proconsul (Siciliae) *tit. Catinensis X 7018.*

324 Lusius Lupus: in hortis (ἐν τοῖς κήποις *cod. Vatic.*; ἐν Καπύαις *coniecit Coraes; om. vulg.*) degebat *M. Antonin.* εἰς ἑαυτόν *12, 27. Homo ut videtur nobilis, defunctus cum M. Aurelius scribebat.*

— SEX. TADIVS LVSIVS NEPOS PAVLLINVS.

325 LVSIVS QVIETVS *(sic vit. Hadr. 5,* Κυῆτος Λούσιος *Dio 68, 32,* Λούκιος Κόιντος *vel* Κυῆτος *ap. Euseb. hist. eccl. libri,* Lysias Quietus *Hieron. chron.,* Λυσίας Κόντος *Syncell.,* Lysias Citius *Euseb. chron., vers. Arm.;* Lusius *vit. Hadr. 7, Dio 68, 8. 22. 30. 69, 2, Ammianus, Themistius).*

Natione Maurus *Dio 68, 32*, ex Libyae extrema parte nondum Romanis subiecta *Themistius or. XVI p. 250 Dindorf.* Cum militaret praefectus alae Maurorum *(id videtur significari verbis* καὶ αὐτὸς τῶν Μαύρων ἄρχων καὶ ἐν ἱππεῦσιν ἴλης ἐξήτασto) propter nescio quod factum cum ignominia dimissus *(sub Domitiano puto) Dio 68, 32.* Instante bello Dacico militiam recepit et in utraque expeditione praeclara facta edidit *Dio l. c. cf. c. 8.* 'Pluribus inclaruit fortibus factis' *Ammianus*

*29, 5, 4.* Μάρδος(?) κατεστράτηγησε *Themistius l. c.* Propter egregia merita in senatum adlectus inter praetorios *Dio 68, 22.* Consul (suff. a. inc.) *Dio l. c., Themistius l. c. (fortasse ante bellum Parthicum).* Bello Parthico Singara aliaque oppida sine certamine cepit *Dio 68, 22.* Deficiente Mesopotamia Nisibin recepit, Edessam delevit *ib. c. 30.* Missus contra Iudaeos in Mesopotamia turbantes *Eusebius hist. eccl. 4, 2 et chron. (Hieron. s. a. Abr. 2131 = p. C. 117, vers. Arm., Sync. 657, 9).* Inde Iudaeae praepositus *Dio 68, 32; Eusebius l. c. Bellum Quieti Iudaicum videtur memorari etiam duobus locis scriptorum quorundam Iudaicorum, cf. Graetz Gesch. d. Juden IV² p. 131. 439 seq. et Schuerer Gesch. des jüd. Volks I² p. 561 not. 56.* A Traiano successor imperii institutus (?) *Themistius l. c.* Hadrianus statim successorem ei dedit ('Lusium Quietum sublatis gentilibus *(traditur* gentibus; *corr. Mommsen)* Mauris quos regebat, quia suspectus imperio fuerat, exarmavit') *vit. Hadr. 5,* mox occidi iussit *Dio 69, 2,* antequam ipse Romam veniret (a. 118); cuius caedis culpam senatui voluit imputari *vit. Hadr. 7. Huius nomen periisse putavit Cavedonius in tit. Palaestinensi CIGr. 4616 (cum add.): ...* Νέρουα Τραϊανῷ ... Γερμανικῷ Δακικῷ ἐπὶ [π]ρεσβ. [τοῦ Σε]β. ἀντι[στρ.] ...., *nempe consulto erasum ipso interfecto. — Plane incertum num ab hoc appellatae (ut voluit Bormann)* figlinae Lusianae *XV 280.*

326 Q. Lusius Sabinianus, procurator Aug. *t. Britannicus VII 1082.*

327 Q. *EVTETIVS *(nomen corruptum)* LVSIVS SATVRNINVS consul *(suffectus a. inc., sed temporibus Gaii vel Claudii, ut apparet ex mentione P. Memmii Reguli legati)* cum M. Seio Verano *t. Salonitanus III 2028 = III S. 8753 semel tantum et male descriptus. — Idem sine dubio* Lusius Saturninus, consularis, interfectus a Claudio *Seneca apoc. 13,* impulsu P. Suillii *Tac. a. 13, 43.*

328 M. LVSIVS SEVERVS clarissimus vir *t. Naronensis III 1786. Frequentes sunt Lusii libertini in inscriptionibus Naronensibus.*

329 C. LVSIVS SPARSVS consul suff. cum Q. Canusio Praenestino sub Pio circa annum 157 mense Dec. *dipl. mil. (III p. 882 cf. Henzen syll. n. 6858 a).*

330 LVSIA GALERIA RVFINA Gai f., clarissima femina, Fortunae titulum posuit *XI 3731 (= VI 173 a).* Eadem Galeria Rufina *XI 3742. Necessitudine coniunctam cum Annia Galeria Faustina, Antonini Pii uxore, putat Bormann.*

331 LVSIA PAVLLINA Sex. Vettuleni Cerialis *(a. 69/70 legionis quintae Macedonicae legati vel praefecti, cf. infra)* uxor, M. Vergilii Galli Lusii filia *X 4862.*

— Sergius Lustralis.

332 LVSTRICIVS BRVTTIANVS praeses provinciae, ab improbo comite accusatus apud Traianum, qui accusatorem in insulam relegavit *Plin. ep. 6, 22. Sine causa a nonnullis perhibetur fuisse proconsul Africae.*

Digitized by Google

— M. IVNIVS SILANVS LVTATIVS CATVLVS.

333 C. LVTATIVS CERCO Cn. f., q(uaestor) *t. Praenestinus XIV 2929. Exposteris sine dubio Q. Lutatii C. f. C. n. Cerconis consulis a. 513, Cn. Lutatii Cerconis legati missi in Graeciam a. 581, Q. Lutatii Cerconis quaestoris a. c. 630 cf. vol. XIV l. c.*

— L. CESTIVS GALLVS CERRINIVS IVSTVS LV[T]ATIVS NATALIS.

— L CESTIVS GALLVS VARENIANVS LVTATIVS NATALIS AEMILIANVS.

334 SEX. LVTATIVS OPPIANICVS PETRONIANVS Q. f., tribu Pup., praetor .... *t. Praenestinus XIV 2930.*

— P. OCTA(VIVS) LVTATIVS QVINTILIANVS.

— C. Lutorius Priscus *v.* Clutorius Priscus.

335 Luttienus *(nomen incertum;* Luthien- *editur)* Theon, libertinus, homo amarissimae dicacitatis, qua re patronum suum in se exasperavit *schol. Cruquianus ad Horat. ep. 1, 18, 82* (dens Theoninus *Horat. l. c.). Non certae fidei narratio.*

336 *Lutus *(nomen corruptum)* σωματοφύλαξ Augusti *Appianus Illyr. 20.*

337 C. LVXILIVS SABINVS EGNATIVS PROCVLVS C. f., tribu Pomptina, clarissimus vir; tribunus laticlavius legionis IIII Flaviae, quaestor pro pr. provinciae Cretae Cyrenarum, aedilis Cerialis, praetor, legatus provinciae Achaiae, curator viarum et praefectus alimentorum Clodiae et coherent(ium), iuridicus regionis Transpadanae, legatus legionis decimae Geminae Gordianae *(a. 238—244),* curator rerum publicarum Pisaurensium et Fanest(rium); patronus coloniarum Pisaurensis et Fanestris *t. Pisaurensis Orelli 3143.*

— P. Sem(pronius) Ael(ius) Lycinus.

338 Lycomedes, regio Cappadocum genere ortus, sacerdos Comanorum constitutus a Caesare dictatore *bell. Alexandr. 66; Appian. Mithr. 121;* post pugnam Actiacam destitutus a Caesare filio *Dio 51, 2 cf. Strabo 12, 3, 35 p. 558.*

339 ....ianus Lycomedes procurator Augustorum *t. Hispalensis II 1170.*

340 Lycormas, Traiani libertus: is Plinio Bithyniae praesidi scripserat, ut legatos regis Bosporani usque in adventum suum retineret; quod tamen Plinius facere noluit *Plin. ep. 63. 67.*

341 Lydius, natione Isaurus, latro, temporibus Probi Cremnam oppidum occupavit et diu tenuit *Zosimus 1, 69. 70.*

— Larcius Lydus.

342 Lygdus spado: per eum venenum datum Druso Caesari Ti. filio *Tac. a. 4, 8. 10. 11. — Idem nomen servile ap. Martial. 6, 39, 13. 6, 45, 3. 11, 73, 1. 11, 41, 7. 12, 71.*

— Claudius Lysias.

— Isidorus Lysias.

— L. TETTIVS NONIVS CAECILIVS LYSIAS.

— Galeria Lysistrate.

# M

1 ..... MA....VS (*potest fuisse* Macrinus) a Ti. Claudio Caesare Augusto Germanico censore (a. 47/8) adlectus in senatum et inter tribunicios relatus ab eodem, adscitus in numerum saliorum (*haec in t. evanuerunt, descripta saec. XVII a Caldogno*) *t. Vicetinus V 3317.* Mater Salonia *ib.*

2 Macedo, temporibus Vespasiani a creditoribus pressus parenti insidias struxit (patrem interfecit; cuius rei poenas dedit *Theophilus antecessor Instit. 4, 7, 7*); unde ex auctoritate Vespasiani senatus consultum factum, quo prohibitum est, ne filio familias mutua pecunia daretur *Ulpianus Dig. 14, 6, 1 cf. Suet. Vesp. 11.* Agitur de senatus consulto Macedoniano praeterea *Inst. 4, 7, 7; Paulus sent. 2, 10; cod. Gregor. 3, 8; cod. Iust. 4, 28; memoratur Dig. 12, 6, 26, 9.*

3 Macedo philosophus, amicus Gellii *Gell. n. A. 13, 8, 4.*

4 Macedo (Macedonius *vit. Max.*), sagittariorum Osrhoenorum dux, Quartinum (Titum *vit. Max.*) quem hi imperatorem salutaverant, occidit, deinde ipse a Maximino interficitur *Herodianus 7, 1, 9–11 (inde vit. Maximin. 11).*

— T. Caesernius Macedo.

— T. CAESERNIVS STATIVS QVINCTIVS MACEDO QVINCTIANVS.

— Ti. Claudius Secundinus L. Statins Macedo.

— LARCIVS MACEDO.

— A. LARCIVS MACEDO.

— OFILIVS MACEDO.

— Q. Valerius Macedo.

— ....LIVS VALERIVS MACEDO.

— Macedonius *v.* Macedo *(supra n. 4).*

5 MACER proconsul Baeticae ante Instantium Rufum *Mart. 12, 98.*

6 MACER legatus Dalmatiae: ad eum cum in provinciam proficiscitur datum carmen *Martial. 10, 78.* Abstinentia eius laudatur *ib. v. 2 seq.* — *Idem videtur* Macer cuius probitatem celebrat *Martial. 5, 28, 5.* — *Diversum ab eo qui praecedit iudicat Stobbe apud Friedländer Sittengeschichte 3⁵ p. 447.*

7 MACER: eum occupatum legendis 'mensorum libellis' interpellare iocosis carminibus veretur Martialis, quaerens quid Appia (via) factura sit, si Macer ista legat *Mart. 10, 17. Fortasse curator viae Appiae, nec diversus ab eo qui praecedit.*

8 ...CIVS ..... MACER [quaestor, tribunus p]leb. candidatus, [iuridi]cus per ...., [pra]etor *fragmentum Aquinas semel descriptum X 5397.*

9 Macer, amicus (et fortasse conterraneus) Plinii, ad quem *Plin. ep. 6, 24. Fortasse Calpurnius Macer, ad quem Plin. ep. 5, 18.*

10 Macer, avus maternus (paternus? *cf. sub Fulvio Pio et Fulvia Pia*) Septimii Severi *vit. Severi 1.*
— Aemilius Macer.
— M. AEMILIVS MACER DINARCHVS.
— M. AEMILIVS MACER FAVSTINIANVS.
— M. AEMILIVS MACER SATVRNINVS.
— Aninius Macer.
— BAEBIVS MACER.
— Baebius Macer.
— L. CAESONIVS LVCILLVS MACER RVFINIANVS.
— C. CAESONIVS MACER RVFINIANVS.
— P. CALPVRNIVS MACER CAVLIVS RVFVS.
— L. CLODIVS MACER.
— DESTICIVS [IV]BA ... [MA]CER ... [R]VFVS ... TILIVS .... AVIVS.
— T. Flavius Macer.
— Q. GARGILIVS MACER ACIDINVS.
— Herennius Macer.
— L. IVNIVS AVRELIVS NERATIVS GALLVS FVLVIVS MACER.
— P. Macrinius Macer.
— .. MARTIVS MACER.
— POMPEIVS MACER.
— M. (?) Pompeius Macer.
— Pompeius Macer Iunior.
— L. (Septimius) Macer.
— P. SEPVLLIVS MACER.
— C. Servilius Macer.

11 Macius Valerianus: *ab eo veteranus aliquis legionis tertiae Augustae perhibetur* m(iles) factus *t. Lambaesitanus VI 2618 c anni 211 vel 212. Fortasse legatus pro pr. Numidiae viginti quinque circiter annis ante tempus quo ille titulus scriptus est, id est circa annum 185 (cf. Pallu de Lessert fastes de la Numidie p. 219); sed nec lectio tituli (cf. VIII S. 18096) nec explicatio ex omni dubio exempta est.*

12 Machao servus, kalendis Ianuariis a. 38 in pulvinari Iovis Capitolini se ipsum interfecit *Dio 59, 9. Eiusdem nominis servus, an idem?, qui Fusco cursori factionis prasinae, conservo suo, monumentum erexit a. 36, Notizie degli scavi 1894 p. 280.*

13 MACONIA SEVERIANA M. Sempronii Proculi Faustiniani viri clarissimi et Praeciliae Severianae clarissimae feminae filia *VI 3834 (saeculo p. Chr. quarto titulum adiudicat Lanciani bull. com. 1883 p. 229).*

14 ... Macrianus procurator Augusti (ὁ κράτιστο[ς ἐπί]τροπος τοῦ Σεβαστοῦ) *t. Phrygius CIGr. 3939. Diversus videtur a M. Fulvio Macriano (supra F 374) duce Valeriani, patre Macriani et Quieti Augustorum, quippe paullo antiquior.*
— Baebius Macrianus.

— IMP. CAESAR T. FVLVIVS IVNIVS MACRIANVS AVG.
— M. FVLVIVS MACRIANVS.
— CLODIA MACRINA.
— Memmia Macrina.
— Pompeia Macrina.
— Q. SALLVSTIVS MACR[I]NIANVS.
— Q. Sallustius Mac[ri]nianus.

15 MACRINIVS ..... praeses provinciae (*Daciae ut videtur* [Apul]ensis *vel* [Malu]ensis, *in aere ex vocabulo provinciae nil superest nisi finis* ... en.) temporibus Antonini Pii, inter a. 145 et 161 *dipl. mil. (III p. 886).*

16 M. MACRINIVS AVITVS CATONIVS VINDEX, M. f. *(praenomen patris in t. post Aviti cognomen) — filius fortasse M. Macrinii Vindicis infra n. 19 (Borghesi opp. 3 p. 376), certe cum eo parentela coniunctus —*, tribu Claudia, praefectus cohortis sextae Gallorum, tribunus militum legionis sextae victricis, praefectus alae tertiae Thracum, praefectus alae contariorum, donatus donis militaribus in bello Germanico a M. Aurelio; procurator provinciae Daciae Malnensis; curator civitatis Ariminensis; consnl suff. a. inc.; augur; legatus Augusti pro pr. Moesiae superioris, legatus Augusti pro pr. Moesiae inferioris; moritur annos natus XLII menses quinque *tit. sepulcralis VI 1449*. Uxor Iunia Flaccinilla, filia Macrinia Rufina *ib.*

17 C. MACRINIVS DECIANVS vir clarissimus, legatus Augustorum duorum *(sc. Valeriani et Gallieni)* pro praetore prov(inciarum) Numidiae et Norici *t. Lambaesitanus VIII 2615*. Res gestae eius in Numidia Mauretaniaque anno 260 *(cf. VIII 9047) ib.*

— P. Macrinius Macer *v.* L. Macrius Macer.

18 C. MACRINIVS SOSSIANVS (Macrinius Sossianus *plerumque; praenomen addidi ex VIII S. 11768, ubi tamen non plane certum est hunc significari, cum supersit tantum* C. Ma ....) curator rei publicae Calamensium a. 283 *VIII 5332*; sub Diocletiano legatus provinciae Africae proconsule Aurelio Aristobulo *VIII 608. 4645. 5290, VIII S. 11768(?) cf. VIII 624, VIII S. 11724*, per annos minimum quattuor *VIII 5290* (annis ut videtur 290—294 *cf. ad VIII S. 11774*). *Diversus, fortasse filius eius* Macrinius Sossianus promagister pontificum a. 364 *t. urbanus Notizie 1883 p. 454 (annum 364 in latere inscriptum ad alium titulum pertinere vix credi potest).*

19 M. Macrin[i]us Vindex (Macrinus Vindex *lectum est in t. IX 2438 tribus locis*, Βίνδιξ ὁ Μᾶκρος *Dio sive Xiphil., ubi nunc editur* Μακρῖνος, Βίνδιξ *Petrus Patr.; Macrinium, non Macrinum dictum esse testes sunt M. Macrinius Avitus Catonius Vindex n. 16*, et *M. Claudius Macrinius Vindex Hermogenianus*). Praefectus praetorio una cum M. Bassaeo Rufo *IX 2438 epistula ab iis scripta circa annum 168*, praefectus praetorio *Dio 71, 3.* Langobardos aliosque barbaros, qui Istrum

traiecerant, cnm equitibus suis in fugam vertit *Petrus Patricius fr. 6 (exc. de leg.), ap. Mueller fr. hist. IV p. 186 (de tempore quo id factum sit, cf. Mommsen hist. Rom. 5 p. 209 not. 2).* Occisus bello Marcomanico *(anno 172 ut videtur, vel paullo antea),* tribus statuis a M. Aurelio honoratus *Dio 71, 3.*

— M. CL(AVDIVS) MACRINIVS VINDEX HERMOGENIANVS.

20 MACRINIA RVFINA M. Macrinii Aviti Catonii Vindicis filia *VI 1449.*

21 MACRINVS proconsul Asiae (ἡγεμών), cum Aelius Aristides annum ageret quinquagesimum quartum *scholion adiectum in codice Laurentiano ad orationem XIX Aristidis* (ἐγράφη ὅσον ἐν ὥρᾳ ἐν Σμύρνῃ μηνὶ δωδεκάτῳ ἐπὶ ἡγεμόνος Μακρίνου ἐτῶν ὄντι νγ' και μηνῶν ϛ' *Aristides I p. 425 ed. Dindorf). Proconsul fuit, si recte Waddington Aristidem natum esse anno 117 statuit, a. 170 vel 171; ex computationibus quas Keilius de scholiis illis instituit (cf. Herm. 25 p. 316) proconsul videtur fuisse anno 178, ita ut fuerit non diversus a Pompeio Macrino consule anno 164 (cf. infra P 474. 475).*

22 MACRINVS: eius filiam uxorem duxit Severus Alexander, ipsumque Caesarem nuncupavit; 'verum cum vellet insidiis occidere Alexandrum Macrinus, detecta factione et ipse interemptus et filia abiecta' *vita Alexandri 49, 3. 4 ex Dexippo.* Socer Alexandri, homo nobilis, cum metu Mamaeae in castra confugisset, iussu Mamaeae occisus, filia in Africam relegata *Herodian. 6, 1, 9. 10 (nomine non posito);* uxorem Alexandri instigante Mamaea in Africam relegatam esse narrat etiam *Zonaras 12, 15. A nonnullis creditur pater Gnaeae Seiae Herenniae Sallustiae Barbiae Orbianae, coniugis Alexandri (sed haec Augusta dicta fuit, cum Macrini filiae Augustae vocabulum denegatum esse narret Zonaras l. c.), nec diversus* Sallustius tyrannus sub Elagabalo *(vel potius Alexandro) Polem. Silv. laterc. (chron. min. I p. 521 ed. Momms.), cf. infra sub Sallustio, item sub Seia Herennia Sallustia Barbia Orbiana.*

23 Macrinus, amicus Plinii: ad eum de rebus urbanis scribit vel orationes suas mittit *Plin. ep. 2, 7; 7, 6. 10; 8, 17; 9, 4. — Videtur esse Cornelius Macrinus, ad quem similis epistula 3, 4 (ubi gentilicium servavit solus codex Ashburnhamianus). Cf. praeterea sub Minicio Macrino.*

24 Macrinus, leg(atus?) *t. rep. in provincia Belgica loco dicto Mouzon (Ardennes) ap. de Villefosse bull. épigr. de la Gaule 1883 p. 125. Valde incertum num fuerit, ut putat Villefosse, legatus provinciae Belgicae; cf. supra sub Divixtilla (D 94).*

24a Macrinus, Prusensium in Bithynia publicus εὐεργέτης *Dio or. XLVII (II p. 230 Reiske = II p. 134 Dindorf).*

25 Macrinus: ei dedicat Ampelius librum memorialem *Ampelius praef.*

25a MACRINVS VISCVS vir praetorius Plinii aetate, cui stato tempore sanguis per ora profluebat *Plin. h. n. 11, 223.*

— Aemilius Macrinus.

— C(a)erellius Macrinus.
— T. CAESERNIVS STATIVS QVINTIVS STAT[IA]NVS MEMMIVS MACRINVS.
— Honoratus Macrinus.
— Minicius Macrinus.
— M. NONIVS MACRINVS.
— P. NONIVS MACRINVS.
— M. OPELLIVS MACRINVS = IMP. CAESAR M. OPELLIVS SEVERVS MACRINVS AVG.
— Plotius Macrinus.
— M. POMPEIVS MACRINVS.
— [M. P]OMPEIVS MACRI[NVS] NEOS THEOPHANES.
— M. Pompeius Macrinus Theophanes.
— C. SEDATIVS VELLEIVS PRISCVS MACRINVS.
— VARIVS MACRINVS.
— Veturius Macrinus.
— L. ATTIVS MACRO.
— Naevius Sertorius Macro.
— Septimius Macro.

26 L. Macrius Mac[e]r *(non* P. Macrinius Macer, *ut ex apographo minus bono creditum erat)* procurator Augustorum *(in Dacia, fortasse procurator aurariarum) t. Dacicus III S. 12563 (melius quam III 1310).*

27 Macrobius Candidianus, procurator: ad eius areas deductum corpus Cypriani (a. 258) *passio Cypriani c. 5 (p. CXIII Hartel).*

28 MAEC.... NEP(OS?) legatus Thraciae sub Hadriano ut videtur *nummi Perinthiorum, ap. Imhoof-Blumer monnaies grecques p. 43, 29. 30, cum capite Hadriani et inscriptione* αὐτο. Τραιανὸς Ἁδριανὸς Καῖσαρ Σεβ. Γερ. *(ubi offendit Hadrianus dictus Germanicus), in aversa inscriptum habentes* Περινθίων ἐπὶ Μαιx. (Μαι. *n. 30)* Νεπ. πρ. Σεβ. καὶ ἀντ.; *similis nummus Bizyensium, mus. Brit. cat. Thrac. p. 88, 3, in cuius antica lectum est* ...ο. Τραιανὸς Ἁδρια... Σεβ., *in aversa* ἐπὶ Μαι. Νετι (*scr.* Μαι. Νεπ.) πρεσβ. καὶ ἀν.. Βιζυηνῶν.

29 MAECENAS vir praetorius (στρατηγικὸς τὸ ἀξίωμα *Herod.; inde male* 'ex ducibus' *vit. Gord.*), a. 238 una cum Gallicano milites qui in senatum venerant trucidavit *Herod. 7, 11, 4 (inde vit. Maximin. 20, 6; vit. Gordian. 22, 8).*

30 C. Maecenas. *Tituli ipsi positi non extant, extant tituli libertorum, in his memorabiles urbanus VI 21771, spectans ad commune eorum sepulcrum (1) et Neapolitanus X 2687 (2).* — C. Maecenas *Vellei. 2, 88, 2, Tac. a. 14, 53, Dio 49, 16; t. 1* (C. *praenomen firmant praeterea tituli libertorum, in quibus nullum aliud nisi hoc praenomen occurrit.* Λεύκιος *Nicolaus Damasc., cf. infra). Maecenatis nomen ei gentilicium fuisse documento sunt liberti dicti Maecenates, in his* C. Maecenas Maecenatis ipsius l. Lysias *t. 2;* Maecenas Melissus *Plin. h. n. 28, 62 (cf. infra sub C. Maecenate Melisso,* Cilniorum (cilneorum *traditur*)

smaragdus *Augustus iocose in epistula ad eum, ap. Macrob. sat. 2, 4, 12, unde colligi potest eum cum Cilnio genere Arretino (Liv. 10, 3, 2; 5, 13) aliquo modo coniunctum fuisse, fortasse per matrem, ut coniecit Bormann observ. de antiq. Rom. (ind. lect. Marburg. 1883 aest.) p. IV;* Cilnius (*sic Lipsius, traditur* cillinius) Maecenas *Tac. a. 6, 11 solus, minus accurate ut videtur. (Ficticii* Cilnius Arretinus *ap. Sil. Ital. 7, 29,* Maecenas Etruscus *ib. 10, 40).* Arretinus *Macrob. sat. 2, 4, 12, quod confirmatur* tribu Pomptina *t. 1;* nobili genere Etruriae oriundus *Horat. sat. 1, 6, 1 seq., carm. 3, 29, 1 cf. 1, 1, 1; Propert. 4, 9, 1; elegia I in Maecenatem v. 13 (ap. Baehrens Poet. Lat. min. I p. 126),* avis, qui legiones duxerant, oriundus *Horat. sat. 1, 6, 3;* equestri sed splendido genere natus *Vellei. 2, 88.* L. f. *t. 1. Nepos fortasse C. Maecenatis equitis Romani quem anno u. c. 663 M. Druso tribuno plebis restitisse narrat Cic. pro Cluent. 56, 153 (Bormann l. c. p. V).* Natus idibus Aprilibus *Horat. carm. 4, 11, 13 seq. (de anno non constat).* Institutus ab Areo philosopho *Aelian. var. hist. 12, 25.* A. 710 Octaviano veteranos in Campania ambienti comes *Nic. Damasc. vit. Caes. c. 31 (p. 455 Muell.), nam hic sine dubio intellegitur, quamquam traditur* Λεύκιος Μιχήνας. A. 712 proelio Philippensi adfuit *eleg. I in Maec. v. 43 (ap. Baehrens poet. Lat. min. I p. 128).* A. 714 internuntius inter Caesarem et Sex. Pompeium de nuptiis Caesaris et Scriboniae *Appian. b. c. 5, 53.* Eodem anno cum Antonius Brundisium obsideret, electus inter eos, qui Antonium et Caesarem reconciliarent *App. b. c. 5, 64 cf. Livius lib. CXXVII (fr. 50 Hertz) apud scholiastas in Horat. sat. 1, 5, 27. 29.* A. 716 missus a Caesare ad Antonium, ut eius auxilium contra Sex. Pompeium impetraret *App. b. c. 5, 92. 93.* Eius ope Octavia a. 717 fratrem Antonio reconciliat *Plut. Ant. 35. Eodem anno videtur factum iter eius Brundisinum, descriptum ab Horatio sat. 1, 5, quod fecit una cum C. Fonteio Capitone, Antonii amico (Horatio l. c. 33) et L. Cocceio Nerva, una cum hoc* 'missus magnis de rebus legatus' *Hor. l. c. v. 28 cf. Masson Horatii vita p. 82, C. Kirchner quaestion. Horatian. p. 54, C. Franke fast. Horatian. p. 96.* A. 718 Caesarem comitatur in bellum Siciliense *eleg. in Maec. I v. 41 cf. App. b. c. 5, 99. 112,* sed mox remissus ad statum urbis et Italiae regendum *App. l. c., Dio 49, 16.* Etiam postea saepius cura urbis et Italiae ei permissa a Caesare *Dio 49, 16. 51, 3. 55, 7, Tac. a. 6, 4, Horat. carm. 3, 29, 25 cum Porphyrione, eleg. in Maec. I v. 14. 27 (Baehrens poet. Lat. min. I p. 126. 128).* (Rana, qua signabat Maecenas, in magno terrore erat propter collationes pecuniarum quas portendebat *Plin. h. n. 37, 10).* A. 723 coniurationem Lepidi iuvenis oppressit *Vellei. 2, 88 cf. App. b. c. 4, 50.* Caesarem comitatur ad bellum Actiacum *Horat. epod. 1, 1 cf. eleg. in Maec. I v. 45.* Augustus cum eo deliberat de re publica ordinanda *Dio 52, 1. 14–41 (Zonar. 10, 32), quamquam singula quae ibi a Maecenate dicta esse leguntur*

*Dionis esse dudum intellectum est*, et de nuptiis filiae *Dio 54, 6.* — Publicos honores nullos capessivit *Tac. a. 3, 30,* angusti clavi [fine] contentus *Vellei. 2, 88;* mansit eques Romanus *Dio 55, 7 cf. 51, 3, Horat. carm. 1, 20, 5. 3, 16, 20, Propert. 4, 9, 1. 23 seq., Martial. 8, 56, 9. 10, 73, 4. 12, 4, 2.*

Uxor Terentia *Seneca dial. 1, 3, 11, Suet. Aug. 66, Dio 54, 3. 19, Dig. 24, 1, 64* (Terentia concubina Maecenatis *Acro ad Hor. epod. 3, 21, male*). Ab ea 'cotidiana repudia' patiebatur *Seneca dial. 1, 3, 10;* 'uxorem miliens duxit, cum unam habuerit' *id. ep. 114, 6 (divortium Terentiae et Maecenatis, et reditus uxoris ad eum, memoratur etiam Dig. 24, 1, 64).* Ei secretum de comperta Murenae fratris eius *(Dio 54, 3)* coniuratione (a. 731) prodidit, quod aegre tulit Augustus *Suet. Aug. 66.* (Inter amicos Augusti praecipuus Maecenas ob taciturnitatem *Victor epit. 1, 18, male intellegens Suetonium*). Rumores de consuetudine Augusti et Terentiae *Dio 54, 19.* Uxor causa, quod Augustus et Maecenas aliquamdiu abalienati essent *Dio 54, 19. 55, 7.* — Aetate provecta in amicitia principis speciem magis quam vim tenebat *Tac. a. 3, 30.* Augustus C. Maecenati urbe in ipsa velut peregrinum otium concessit *Tac. a. 14, 53.* Decessit anno u. c. 746 *Dio 55, 7,* non multo post Horatium *vita Horatii (Suet. p. 48 ed. Reifferscheid), sed verba in codicibus turbata,* herede instituto Augusto *Dio l. c. (Servi et ancillae Maecenatis postea Augusti vel Liviae, dicti* Maecenatiani, Maecenatianae *VI 4016. 4032. 4095. 19926. 22970).* Sepultus extremis Exquiliis *vit. Horatii (Suet. p. 48 Reifferscheid).* Augustus Maecenatem defunctum vehementer desideravit *Seneca de benef. 6, 32.* De amicitia Augusti et Maecenatis *cf. praeterea Plutarch. apophthegm. p. 207 C., M. Antonin.* εἰς ἑαυτὸν *8, 31, Dio 56, 38.*

Valetudo eius *Plin. h. n. 7, 172* (triennio supremo nullo horae momento dormivit *Plin. l. c.; cf. Seneca dial. 1, 3, 10*). — Luxuria eius et mores dissoluti *elegia prior in Maecenatem v. 21 seq. (Baehrens poet. Lat. min. I p. 127); Vell. 2, 88; Seneca ep. 114, 4 seq. 120, 19. dial. 1, 3, 10; cf. Plutarch.* ἐρωτικός *p. 760 A; Dio 54, 30; Martial. 10, 73, 4; Iuvenal. 12, 39.* (Pullos asinarum epulari instituit *Plin. h. n. 8, 170*). Bathyllus pantomimus deliciae eius *Tac. a. 1, 54* (libertus eius *schol. ad Pers. sat. 5, 123; cf. Seneca controv. 10 pr. 8; Dio 54, 17*). — 'Habuit ingenium grande et virile, nisi illud secunda discinxissent' *Seneca ep. 92, 35 cf. 19, 9.* — Genus dicendi eius molle et artificiosum *Seneca ep. 114, 5 seq., Quintil. 9, 4, 28* (calamistri Maecenatis *Tac. dial. 26*), ab Augusto exagitatum et irrisum *Suet. Aug. 86, Macrob. sat. 2, 4, 12.* Scripta eius citantur *Seneca ep. 19, 9* ('liber qui Prometheus inscribitur') *114, 5* ('de cultu suo') *92, 35. 101, 10. de benef. 4, 36, 2; Plin. h. n. 7, 148* ('Agrippa ac Maecenas') *9, 25 cf. 1, 9. 32. 37 et alibi, cf. Teuffel hist. litt.* [5] *220, 8.*

Digitized by Google

Fautor poetarum: L. Varii *incerti laus Pisonis v. 239 (ap. Baehrens poet. Lat. min. I p. 235), Martial. 8, 56, 21; 12, 4, 1,* Aemilii Macri *laus Pisonis v. 240,* Vergilii *ib. v. 230 seq.,* Horatii *Horat. sat. 1, 6, 47 seq. et alibi passim; vit. Horatii (Sueton. ed. Reifferscheid p. 45); laus Pisonis v. 242,* Domitii Marsi *Martial. 8, 56, 21 cf. 7, 29, 8,* Propertii *Propert. 2, 1, 73. 4, 9, 52 seq., cf. praeterea Martial. 1, 107, 4. 8, 56, 5 seq. 11, 3, 10. 12, 4.* Cum iter Brundisium faceret, secum duxit Horatium, Varium, Vergilium, Plotium Tuccam *Horat. sat. 1, 5.* Vergilio mediocriter adhuc sibi noto adversus veterani cuiusdam violentiam opem tulit *Donati vita Vergilii (Sueton. ed. Reifferscheid p. 59).* Eius hortatu Vergilius georgicon libros scripsit *Vergil. georg. 3, 41 cf. 1, 2. 4, 2.* Ei Sabinius Tiro librum κηπουρικῶν dicavit *Plin. h. n. 19, 177.* — Primus piscinam aquae calidae (κολυμβήθραν θερμοῦ ὕδατος) in urbe instituit *Dio 55, 7.* — Horti a Maecenate in Esquiliis facti *Porphyrio ad Horat. sat. 1, 8, 7, Donati vit. Vergilii (Suet. ed. Reiffersch. p. 57) — in iis sita* turris Maecenatiana *Suet. Ner. 38 (inde Oros. 7, 7, 6) cf. Porphyrio ad Hor. carm. 3, 29, 6,* — postea imperatorum *Philo leg. ad Gaium c. 44 (II p. 597 ed. Mangey), Suet. Tib. 15, Tac. a. 15, 39 cf. Fronto ad M. Caes. 1, 8 p. 23 Naber.* — Bona Maecenatiana *vel* fundi Maecenatiani (οὐσία Μαικηνατιανή) in Aegypto, postea imperatorum *papyrus scripta anno 57, Urk. aus d. königl. Museen I n. 181.* — Vina Maecenatiana *Plin. h. n. 14, 67.*

31 C. Maecenas Melissus (C. Melissus *Suet.,* Cn. Melissus *Acro ad Hor. art. poet. 288,* Maecenas Melissus *Plin. h. n. 28, 62, praeterea* Melissus). Spoleti natus ingenuus, sed ob discordiam parentum expositus, cura educatoris sui optime institutus Maecenati dono datus et ab hoc manumissus est; Augusto insinuatus ab hoc curam ordinandarum bybliothecarum in Octaviae porticu suscepit *Suetonius de gramm. c. 21 (p. 115 Reiff.) cf. Hieronymus ad a. Abr. 2013.* Scripsit libellos Ineptiarum sive Iocorum *Suet. l. c. (in horum aliquo puto* Vergilium in sermone tardissimum ac paene indocto similem fuisse Melissus tradidit *Donati vita Vergil. p. 58 Reiff.).* Fecit et novum genus togatarum inscripsitque trabeatas *Suet. l. c. cf. Acro ad Horat. art. poet. 288.* Fabulas has memorat *Ovidius ex P. 4, 16, 30.* Inter auctores adhibitos recensetur a *Plinio h. n. ind. l. 7. 9. 10. 11. 35. Cf. sub Aelio Melisso (supra A 160) et praeterea Teuffel Litt. 244, 2.* — Valetudinis causa per triennium silentium sibi imperavit *Plin. h. n. 28, 62.* — *Idem fortasse* Levius *(sic traditur,* Lenaeus *vulgo)* Melissus, citatus *Suet. de gramm. c. 3 (p. 102 Reifferscheid).*

32 Maecianus, adfinis Proculi tyranni: epistula ad eum *quadrig. tyr. 12, 7.*

— Baebius Maecianus.

— *CEREIVS MAECIANVS.

— D. CORNELIVS MAECIANVS.

— L. Volusius Maecianus.

33 Maecilius: ei rescripsit imp. Antoninus Pius *Callistratus Dig. 48, 18, 15, 1. Videtur fuisse praeses provinciae vel alius magistratus.*

34 MAECILIVS FVSCVS legatus pro praetore provinciae Britanniae sub Gordiano *VII 446.*

35 M. MAECILIVS RVFVS proconsul Achaiae ut videtur *titulus Olympius ap. Dittenberger archaeol. Zeitung 37 (1879) p. 134 n. 263. (Quamquam habemus Metilium Rufum proconsulem Achaiae et ipsum, tamen non videtur statuendus error quadratarii; cf. Dittenberger l. c.).*

36 M. MAECILIVS TVLLVS triumvir monetalis sub Augusto, non ante annum 742, sed non multo postea *(cf. Mommsen hist. numm. p. 744 not. 15),* fortasse una cum P. Lurio Agrippa et M. Salvio Othone *nummi aenei ap. Babelon monnaies de la rép. rom. I p. 159.*

37 Q. Maecius (Μαικίου Κοίντου *anth. Pal. 6, 89, praeterea* Μαικίου): eius epigrammata Graeca *anth. Pal. 5, 114. 117. 130. 133. 6, 33. 89. 233 app. Planud. 198. — Idem ut videtur* Maccius (Μακκίου) cuius epigrammata *ib. 9, 249. 403. 411 (nota Cornelium puerum celebrari tam a Maecio 5, 117 quam a Maccio 9, 411).*

38 Maecius Blandus *fistula plumbea urbana, Notizie 1885 p. 183. Videndum num homo nobilis.*

39 Maecius Brundisinus (*pro* Maecio *traditur* Maeceo), praefectus annonae Orientis sub Valeriano *vit. Aureliani 13, 1 (narratio ficticia; cf. Mommsen Herm. 25 p. 233).*

40 M. MAECIVS CELER *(sic act. Arv.;* Metius Celer *Statius).* Missus a Domitiano ad legionem in Syria tendentem (legatus potius quam tribunus); quo tempore Statius misit ei carmen propempticon *silv. III 2 cf. praef.* Consul suff. mense Apr. 101 una cum Q. Servaeo Innocente *act Arv. (Incertum qua parentela coniunctus cum L. Roscio Aeliano Maecio Celere, qui anno superiore consul fuerat). Cf. Friedländer Sitteng.* $3^5$, *447.*

— L. ROSCIVS AELIANVS MAECIVS CELER.

41 MAECIVS FALTONIVS NICOMACHVS (Falton- *non recte mutatur in* Falcon-) vir consularis, inter primores senatus a. 275 *Vopiscus vit. Tac. 5, 3.*

42 Maecius Gordianus, Gordiani III adfinis et praefectus (praetorii?) *vit. Gordian. 30.*

43 MAECIVS LAETVS praefectus praetorio cum Aemilio Papiniano a. 205 *VI 228. Idem fortasse* Laetus propter obsidionem quam Nisibi a Parthis perpessus erat gloriam adeptus *Dio 75, 9; sine dubio autem idem* Laetus praefectus Aegypti a 202 *Eusebius h. e. 6, 2;* Laetus Caracallae inter suasores mortis Getae primus *vit. Carac. 3, 4.* Eum Caracalla contumeliis affecit, et interfecisset eum, nisi in gravem morbum incidisset *Dio 77, 5;* Caracalla eum ad mortem coegit *(paullo post mortem Getae ut videtur)* misso a se veneno *vit. Carac. l. c., minus accurate puto (noli cogitare de duobus Laetis, quorum*

*alter veneno interfectus sit a Caracalla, alter a Caracalla morti destinatus in gravem morbum inciderit). — Non diversus erit* Maecius Laetus (*sic IX 4972,* [Mae]cius ... *VI 1987, plerumque* Laetus) consul II *(iterationis nota extat III 1063. 5185. VI 2130. 3002. IX 4972. XIV 122 et saepius in cod. Iust., omittitur VIII 5505. IX 1609 et in fastorum laterculis, interdum etiam in cod. Iust.)* ord. a. 215 cum Sulla Ceriale *fasti, consul iterum puto dictus ob ornamenta consularia in praefectura praetorii accepta.*

44 M(A)ECIVS MANNVS clarissimus vir: *eius nomen* (Meci Manni c. v.) *in lucerna signo Christi ornata legit de Rossi Roma sott. III p. 614 not. 2.*

45 MAECIVS MARVLLVS consularis, pater Gordiani senioris imp. *vit. Gordian. 2.*

46 L. MAECIVS POSTVMVS *(sic saepius act. Arv., ...* [M]aecius [Postu]mus *fasti fer. Lat.,* L. Marcius Postumus *traditur II 2344),* frater Arvalis, adest in collegio a. 69, 72, 75, 78, 86, 87, 89, 90, 91, a. incerto Domitiani, a. 101, 105, promagister collegii primis mensibus Vitellii a. 69 et a 72 *act. Arv.* Consul suffectus una cum Vicirio Martiale mense Aug. *II 2344, fasti fer. Lat. (CIL. I ed. 2 p. 59),* temporibus Traiani *II 2344, fortasse a. 101, cf. Asbach anal. hist. et epigr. Latin. (Bonn. 1878) et Huelsen CIL. I l. c. (Consulem distinguere a fratre Arvali voluit Henzen act. Arv. p. 191 sine idonea causa).*

— C. EGGIVS AMBIBVLVS POM[PONIVS LON]GINVS CASSIANVS L. MAECIVS POS[TVMVS].

47 M. MAECIVS PROBVS *(praenomen habet solus t. II 4123)* vir clarissimus, praefectus alimentorum *t. Campanus X 3805.* Consul (suff. a. inc.) *II 4124.* Legatus Hispaniae Tarraconensis sub Severo et Caracalla *Dig. 48, 22, 7, 4; t. Tarraconensis II 4124,* defunctus in eo munere *II 4124.* Uxor: Pomponia Arria; filius: M. Pomponius Maecius Probus *ib.*

— M. POMPONIVS MAECIVS PROBVS.

48 MAECIVS RVFVS (Maec- *unus tantum e descriptoribus,* Raec- *alius, nonnulla exempla* Kaec-) curator aedium (sacrarum et locorum publicorum) a. 166 *VI 360.*

49 M. MAECIVS RVFVS *(tria nomina exhibent tam nummi quam t. Tiburtinus;* Μαρ- *pro* Μαικ- *male Mionnet VI 687, 504),* proconsul Bithyniae sub Vespasiano et Tito Augustis, i. e. a. 79 *nummi Bithyniae cum capite modo Vespasiani Augusti, modo Titi Augusti, modo Domitiani Caesaris Aug. filii (Mionnet II 409, 23, VI 687, 504 qui nummus male datur inter incertos, suppl. V 1, 1 seq., 173, 1008. 1009; mus. Brit. cat. Pontus Bithynia alibi cet. p. 104. 105).* Consul suffectus a inc. mense Dec. una cum L. Turpilio Dextro *t. Tiburtinus XIV 3543. — Praefectus Aegypti sub Domitiano (Suet. Dom. 4) non* Maecius Rufus *fuit sed* Mettius, *cf. infra.*

Digitized by Google

50 Sp. Maecius Tarpa (Sp. Maecius *Cic.*, Maecius *Hor. ars poet. 387*, Tarpa *id. sat. 1, 10, 38*, Mecius Tarpa *Porphyrio ad sat. 1, 10, 38*, Sp. Metius Tarpa *schol. Cruquianus ad Hor. art. poet. 387; de praenomine non recte dubitat Jordan Herm. 8 p. 89*), iudex fabularum in theatrum admittendarum, iam a. 699, cum Pompeius theatrum dedicaret *Cic. ad fam. 7, 1, 1.* Eodem munere videtur functus esse etiamtum cum scripsit Horatius *Horat. sat. 1, 10, 38, art. poet. 387.*

51 MAECIA FAVSTINA filia (M. Antonii) Gordiani senioris, nupta Iunio Balbo consulari viro *vit. Gord. 4, 2.*

52 Maelo *(sic Mon. Anc. Lat.*, [M]αίλων *ib. Graec.;* Μέλων *Strabo)* Sugamber, quo duce Sugambri bellum Romanis intulerunt *(a. 738 cf. Mommsen comm. ad Mon. Ancyr.² p. 140) Strabo 7, 1, 4 p. 291.* Ad Augustum confugit *Mon. Anc. 6, 3 (deditione Sugambrorum a. 746, cf. Mommsen l. c.).* Frater eius Baetorix; fratris filius Deudorix ductus in triumpho Germanici a. 17 *Strabo l. c. p. 292.*

53 M. Maenius Agrippa L. Tusidius Campester. *Tituli: Camers Umbriae XI 5632 (1) Britannici VII 379 (2). 380 (3). 381 (4). 382 (5). Nomen plenum exhibet t. 1,* M. Maenius (*vel* Mae.) Agrip. *t. 2. 3,* Mae. Agrippa *t. 4,* Maenius *t. 5.* — C. f., tribu Cornelia *t. 1. Fortasse parentela cum eo coniuncti* M. Ulpius Puteolanus L. Tusidius Campester *VI 3544*, L. Tusidius Campester *IX 5781.* — Praefectus cohortis secundae Flaviae Brittonum equitatae *t. 1.* Electus a divo Hadriano et missus in expeditionem Britannicam *t. 1;* tribunus cohortis primae Hispanorum equitatae *t. 1–5 (in hoc tribunatu posuit in Britannia non longe a vallo Hadriani titulos 2–4).* Praefectus alae Gallorum et Pannoniorum catafractatae *t. 1.* Procurator Aug., praefectus classis Britannicae *ib.* Procurator provinciae Britanniae *ib.* Equo publico *ib.* Pater senatoris *ib.* Hospes divi Hadriani (*i. e.* Hadrianum aliquando hospitio apud so excepit) *ib.*

— L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS AVITIANVS.

54 M. Maenius Cornelianus (*pro* Maen- *apographum Bayéri auctoris accurati* Man-) curator [viarum] Ann[iae] Amer[inae] Clodia[e t]ri[um T]r[a]i[an]a[ru]m (?) a. 212 (*sic coniecit Mommsen collato t. Auximate IX 5833; sed apographum Bayéri* curator anno et amer. clodiano ... teppria primam, *alterum apographum* curator annonae civilis divi Antonini) *II 1532 t. Uliae in provincia Baetica bis descriptus. Memoravi propter coniecturam illam Mommseni sane incertam.*

55 P. Maenius Flavianus *(nomen non certum;* Πο. Μαίνιος Φλαουιανός *alterum ex duobus tituli apographis, sed* Πολλάνιος Φλαουιανός *alterum)* praefectus Aegypti *t. Alexandrinus CIGr. 4683 cf. add. p. 1186. Temporibus Commodi propter rasuram adtribuit Letronnius, nescio num recte.*

— L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS PIVS.

— L. IVL(IVS) APRONIVS MAENIVS PIVS SALAMALLIANVS.

— L. IVLIA APRONIA MAENIA SALAMALLIAS.

56 Maeonius *(sic trig. tyr.; nomen non ponit Zonar.)*, Odenathi consobrinus *trig. tyr.*, fratris filius (ἀδελφόπαις) *Zonaras (sed procedente oratione* ἀνεψιός), qui eum interfecit *Treb. Pollio trig. tyr. 15, 5. 17; Zonaras 12, 24*, et filiorum eius maximum *Zonaras l. c.* Mox ipse occiditur *Zonaras.* — 'Imperator appellatus per errorem brevi a militibus pro suae luxuriae meritis interemptus est' *trig. tyr. 17 cf. 15, 5. Nomen, a solo Treb. Pollione relatum, suspicione non caret; de Vogüé (Syrie centr., inscr. sémit. p. 31 cf. p. 35) detortum id putat ex nomine vere Palmyreno Ma'nnai.*

57 Maeonius Astyanax, consilio quo Macrianus imperator electus est adfuit verbaque in eo facta rettulit (edita historia ut videtur) *trig. tyrann. 12, 3. Cf. Peter hist. Rom. fragm. p. 358.*

— .... [QV]ADRATVS MAESIANVS CELSVS.

58 C. MAESIVS AQVILLIVS FABIVS TITIANVS clarissimus vir, consul, civis et patronus coloniae Himereorum Thermitanorum *t. Thermitanus Siciliae X 7345. Aquillii nomen indicat natum eum fuisse ex Aquillia aliqua; nepos fortasse fuit Q. Aquilii Nigri (X 7287), quem inter nepotes suos habuisse etiam alterum Fabium Titianum (Q. Fabium Caesilium Titianum, supra F 16) docet titulus X 7287. Per patrem potest fuisse nepos vel pronepos C. Maesii Titiani et Fonteiae Frontinae consularium (X 7346). Cf. stemma propositum a Mommseno eph. ep. 4 p. 154 = III S. ad n. 11157. Idem a nonnullis habitus est Titianus consul ordinarius a. 245, dubito num recte. Cf. praeterea sub eo qui sequitur. — Libertus huius domus sine dubio* Maesius Fabius [E]pa[ph]roditus *VI 21807.*

59 MAESIVS FABIVS TITIANVS clarissimus puer, una cum Maesia Fabia Titiana *(sorore ut videtur natu maiore)* Severo et Caracallae (a. 197. 198) titulos dedicavit in Sicilia *X 7343. 7276 (certe alterum, fortasse utrumque, Thermis). Fortasse idem qui praecedit adhuc puer. — Oriundus ab his Maesiis Fabiis Titianis videtur Fabius Titianus consul ordinarius a. 337 et postea bis praefectus urbis.*

60 Q. MAESIVS FRONTINVS CLODIANVS clarissimus puer *t. suspectus, quippe ab uno Boissardo traditus VI 5, 3186*.*

61 Maesius Maximus (Maesi- *codex Ashburnhamensis in indice utriusque epistulae, cf. Stangl Philol. 45 p. 645*, Mesi- *cod. Florentinus et editiones nonnullae antiquae*, Messi- *editio princeps; in plerisque codicibus nude* Maximus): ad eum scripsit Plinius *ep. 3, 20. 4, 25.*

62 C. MAESIVS PICATIANVS. *Titulus ipsi positus Brixiae V 4338 (1); praeterea memoratur in Africanis VIII 4591 (2); 10658 = VIII S. 17588 (3); 17587 (4).* C. f. *t. 1.* Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis primae Italicae, quaestor provinciae Africae, allectus inter tribunicios ab imperatore Antonino Pio, praetor *(id*

Digitized by Google

*quoque sub Pio) t. 1.* Legatus Marci et Veri Augustorum pro praetore (exercitus Africani) *t. 2–4*, a. 164 *t. 4 (successor ut videtur D. Fonteii Frontiniani, cf. Cagnat bull. de corr. afr. 1884 p. 296).* — Patronus Brixianorum *t. 1.*

63 L. Maesius Rufus, L. f., tribu Pol., procurator Aug., tribunus militum legionis XV Apollinaris, tribunus cohortis Italicae voluntariorum quae est in Syria, praefectus fabrum bis *t. Forosemproniensis XI 6117.* Uxor Maria Casta, filia Maesia Domitilla *ib.*

64 C. Maesius Tertius, subpraefectus vigilum a. 113 *VI 221.*

65 (MAESIVS) TITIANVS c(larissimus) f(ilius) (*expectaveris* c. i. = clarissimus iuvenis), C. Maesi Titiani *(n. 66)* et Fonteiae Frontinae filius, patricius *t. Thermitanus Siciliae X 7346.*

66 C. MAESIVS TITIANVS consularis *t. Thermitanus Siciliae X 7346,* maritus Fonteiae Frontinae, pater (Maesii) Titiani *(eius qui praecedit)* patricii *ib.*

67 Maesia Domitilla, L. f., L. Maesi Rufi *(supra n. 63)* filia *(potius quam soror) XI 6117.*

68 MAESIA FABIA TITIANA clarissima femina, Maesii Fabii Titiani *(supra n. 59)* soror natu maior *(potius quam mater)*, Severo et Caracallae titulos dedicavit in Sicilia *X 7276. 7343. Eadem ut videtur* Fabia Titiana, quae cum marito *(damnatae postea memoriae)* et Titiano filio Serapidi et Isidi sacrum fecit Carnunti *Eph. ep. 4, 528 = III S. 11157. Nec fortasse diversa ea quae sequitur.*

69 MAESIA TITIANA (Mes- *pro* Maes- *traditur*) clarissima femina *VI 1461 (t. semel descriptus).*

— Maevius *v.* Mevius.

— Maevia *v.* Mevia.

— (POMPONIVS) MAGIANVS.

— M. RVBRENVS VIRIVS PRISCVS POMPONIANVS MAGIANVS PROCVLVS.

70 L. Magius, gener T. Livii, declamator *Seneca contr. 10 pr. 2.*

71 MAGIVS CAECILIANVS praetor, fictis maiestatis criminibus petitus a. 21 *Tac. a. 3, 37.*

72 MAGIVS CELER VELLEIANVS *(pro* Vellcian- *trad.* Ulliflan-, *correxit Gelenius)*, frater Velleii Paterculi, legatus Ti. Caesaris in Dalmatia, in triumpho Tiberii donis militaribus donatus *Vell. 2, 115, 1.* A. 14 candidatus praeturae commendatus a principe *ib. c. 124, 4.*

— T. SEXTIVS MAGIVS LATERANVS.

73 M. Magius Maximus *(sic t. Aeclanensis,* Μάγνος Μάξιμος *editur ap. Philonem, praeterea* Maximus), M. f. *t. Aeclanensis,* imperante Augusto *(tempus testatur Philo)* praefectus Aegypti *t. Aeclanensis IX 1125 positus a Tarraconensibus, CIG. 4956, 27, Plin. h. n. 36, 69;* praefectus Aegypti iterum *Philo adv. Flaccum c. 10, ed. Mangey II II p. 528* (μέλλων πάλιν Αἰγύπτου καὶ τῆς χώρας ἐπιτροπεύειν).

74 Magia: eius ancilla libraria *VI 9301. Fortasse femina nobilis.*
— IVLIA MAGIA.
75 Magia Marcella *tegula urbana XV 1259. Nobilis femina?*
— Claudia Magna.
— LICINIA MAGNA.
— PACTVMEIA MAGNA.
— IVLIA MAGNILLA.
76 Magnius Rufinianus procurator Neaspoleos Alexandriae a. 247 vel 248 *papyrus ap. Viereck Herm. 27 p. 526 = aeg. Urk. aus d. k. Museen fasc. I n. 8.*
77 P. Magnius Rufus Magonianus *(adfinis sine dubio eius qui praecedit)*, Q. f., tribu Quir.; tribunus militum quater, procurator Aug. vicesimae hereditatium per Hispaniam Baeticam et Lusitaniam, item procurator Aug. per Baeticam ad Fal(ernas) veget(andas) *(sic solvit Mommsen)*, item procurator Aug. provinciae Baeticae ad ducen(a) *(nempe sestertia milia) II 2029.*
78 MAGNIA VRBICA AVGVSTA *nummi ap. Cohen ed. 2 vol. VI p. 405 seq.*, imp. Caes. M. Aureli Carini uxor *t. Lunensis Etruriae Notizie 1890 p. 378, Accitanus Hispaniae II 3394, Thamugadensis VIII 2384; nummus ap. Cohen p. 408. Nomen erasum in t. Thamugadensi.*
79 MAGNVS: vir consularis nobili familia ortus, in Maximinum conspirasse creditus et statim interfectus *Herod. 7, 1, 5–8 (inde vit. Maximin. c. 10; cf. vit. trig. tyr. 32). Fortasse non diversus (ut coniecit Mommsen ad IX 338)* Petronius Magnus clarissimus vir, cuius nomen inter patronos Canusinorum recensetur anno 223, sed postea erasum est *IX 338.*
80 Magnus, archiater Galeno adulescente *Galenus* περὶ τῆς θηριακῆς *c. 12 cf. c. 13 (XIV p. 261 seq. Kuehn).* Memoratur *Galen. VIII p. 638. 640 seq. IX 8 ed. Kuehn.*
81 Magnus, ab Athenaeo inductus verba faciens in convivio Larensis *(cf. supra L n. 207) Athenaeus III p. 74ᵉ cet. cf. Kaibel in editione Athenaei vol. III p. 562.*
— ANTONIVS FELIX MAGNVS.
— CN. CORNELIVS CINNA MAGNVS.
— Q. FABIVS BARBARVS VALERIVS MAGNVS IVLIANVS.
— M. FABIVS MAGNVS VALERIANVS.
— T. Flavius Magnus.
— Fonteius Magnus.
— Iulius Magnus.
— M. IVLIVS SVRA MAGNVS ATTALIANVS.
— M. LARCIVS MAGNVS POMPEIVS SILO.
— [P]actumeius Magnus.
— T. PACTVMEIVS MAGNVS.
— C. PETRONIVS MAGNVS.

— CN. POMPEIVS MAGNVS.

— C. POMPONIVS MAGNVS.

82 Mago: id nomen uni ex servis indidit Mettius Pompusianus *Suet. Domit. 10.*

— P. Magnius Rufus Magonianus.

83 *MAIANIVS GALLVS triumvir aere argento auro flando feriundo *nummus aeneus barbari operis, ap. Babelon monnaies de la rep. romaine II p. 168. Nullus fuit (cf. Eckhel 5, 241); nomen vitio fabrili corruptum ex nomine C. Asinii Galli triumviri monetalis.*

— SEX. IVLIVS MAIOR.

— Iulius Maior Antoninus.

— M. IVLIVS MAIOR MAXIMIANVS.

— M. Iunius Iuncus Maior (*vel* maior).

— C. SABVCIVS MAIOR CAECILIANVS.

— C. SABVCIVS MAIOR PLOTINVS FAVSTINVS.

84 Malchus, rex Arabum Nabataeorum, a. 708 auxilia postulatur a Caesare dictatore Alexandriae degente *bell. Alex. 1.* A. 714 inruentibus Parthis, Herodem profugum non recipit *Ioseph. bell. 1, 14, 1. 2, ant. 14, 14, 1. 2.* Propter societatem cum Parthis initam a Ventidio pecunia multatur *Dio 48, 41.* Ab Antonio regni parte privatur *Dio 49, 32 cf. Ioseph. bell. 1, 18, 35, Plut. Anton. 36* (Cleopatrae gratia interemptus *Ioseph. bell. 1, 22, 3 errore).* A. 723 Antonio auxilia mittit *Plut. Ant. 61.* Bellum gerit cum Herode *Ioseph. bell. 1, 19, ant. 15, 5.* Hyrcano refugium pollicitus esse dicebatur paullo post pugnam Actiacam *Ioseph. ant. 15, 6, 2. 3. — De inscriptionibus Aramaeicis in quibus mentio fit Malchi regis, cf. sub eo qui sequitur.*

85 Malchus (Μαλίχας *peripl.*), rex Arabum Nabataeorum: eius auxilia anno 67 in exercitu Iudaico Vespasiani *Ioseph. bell. 3, 4, 2.* Memoratur (sedes regni eius Petra) *Anonymus peripl. maris Erythraei § 19, ap. Mueller Geogr. Graec. min. I p. 272. — Huius videntur esse nummi nomine Malchi regis Aramaeice inscripti, cf. de Vogüé revue num. n. s. 13, 1868 p. 166. Item huius potius, quam eius qui praecedit, anni memorantur in inscriptionibus Aramaeice scriptis extantibus in regno Nabataeo (Vogüé Syrie centrale, inscr. sémit. p. 103. 107; Euting nabataeische Inschriften aus Arabien p. 61–68). Idem videtur statuendum de inscriptione Aramaeica musei Neapolitani, Puteolis ut videtur reperta (Renan journal asiatique ser. 7 vol. 2, 1873 p. 382). Annum regni attigit certe vicesimum tertium, teste nummo, de cuius lectione vide Gutschmid ap. Euting l. c. p. 86. Successor eius memoratur in inscriptione quam positam putant anno 72 (cf. infra s. v. Rabel), ita ut regnavisse putandus sit certe ab a. 49 (cf. Gutschmid l. c.).*

— [Aelius?] Malli[anus].

86 Mallius Chilo: epistula Aureliani ad eum *vit. Aureliani 23, 4. 5.*

— M. IVN(IVS)(?) VESTINVS MALLO .... ROMANVS.

87 Mallonia, cum Tiberii libidini morigerari nollet, accusata se ipsam interfecit *Suet. Tib. 45.*

88 Mallovendus, Marsorum dux, a. 16 Romanis locum defossae aquilae Varianae indicat *Tac. a. 2, 25.*

89 Malorix (Mall- *pro* Mal- *codex uno loco*) dux Frisiorum: eo et Verrito auctoribus Frisii agros vacuos et militum usui sepositos invadunt; perpulsus a Duvio Avito legato, ut Romam pergeret ad eos agros impetrandos, a Nerone civitate donatur *Tac. a. 13, 54.*

— SER. CORNELIVS LENTVLVS MALVGINENSIS.

90 Malthace, una ex uxoribus Herodis Iudaeorum regis, Samaritana, mater Archelai ethnarchae et Herodis tetrarchae, item Olympiadis *Ioseph. bell. 1, 28, 4 cf. ant. 17, 1, 3.* Mortuo Herode (a. u. c. 750) Archelaum filium Romam comitatur *bell. 2, 2, 3 cf. ant. 17, 9, 3.* Paulo post Romae moritur *bell. 2, 3, 1, ant. 17, 10, 1.*

— IVLIA AVITA MAMAEA AVGVSTA.

90ª Maltinus, homo delicatus ('tunicis demissis ambulat') *Horat. sat. 1, 2, 24.*

— Manlius Maltinus.

91 Mamertinus, Atheniensis, Herodis Attici in republica gerenda adversarius *Philostratus vit. soph. 2, 1, 11.*

— Sex. Petronius Mamertinus.

— M. PETRONIVS SVRA MAMERTINVS.

— VETINA MAMERTINVS.

92 MAMILIANVS (Mamellianus *ap. Plin. 9, 16 codex in hac epistula unicus Medicaeus,* Mamiliaus *idem ep. Plin. 9, 25,* Milianus *cod. Dresdensis,* Mamilianus *iam pleraeque editiones antiquae*) vir eruditus, cui in provincia degenti carmina sua misit Plinius *Plin. ep. 9, 16. 25.* Castrensibus negotiis occupatus *ib. 9, 25, 1 (videtur igitur exercitum rexisse vel certe legionem, fortasse in Britannia, cf. sub eo qui sequitur).* Utitur occasione venandi *ib. 9, 16, 1. Fortasse, ut coniecit Asbach analect. histor. et epigr. Lat. p. 32, idem* [M]amilli[anus] consul suffectus sub Traiano *fasti fer. Lat. VI 2013 = XIV 2243; consul fuit a. 103, si recte Asbach l. c. particulam hanc fastorum feriarum Latinarum spectare statuit ad annos 101–104; cf. CIL. I ed. 2 p. 59. — Nec diversus fortasse is qui sequitur.*

93 T.(?) ... PONIVS MAMILIANVS RVFVS ANTISTIANVS FVNISVLANV[S] VETTONIANVS *(praenomen fuisse* T. *vel* P., *gentilicium videri fuisse* [Pom]ponius, *certe finisse in* -poni-, *ectypo gypsaceo adhibito statuit Klebs cf. supra vol. I p. 84).* T. f., tribu Galeria, legatus Aug. (in Britannia) *t. Devae rep. VII 164. Fortasse idem qui praecedit, ut ad eum in Britannia degentem datae sint Plinii epistulae 9, 16. 25; sed litteras tituli saeculi II exeuntis esse iudicat Klebs (l. c). De Vettoniano legato Lyciae cf. infra s. v. Vettonianus.*

94 Q. MAMIL(IVS) CAPITOLINVS iuridicus per Flaminiam et Umbriam, legatus Augusti per Asturiam et Callaeciam, dux legionis septimae Geminae p. f., praefectus aerarii Saturni *titulus Asturicensis II 2634.*

Digitized by Google

95 Mamilius Nepos, declamator *Seneca contr. 7, 6, 24. — Eiusdem nominis miles cohortis tertiae praetoriae a. 141, liber coloniarum (Gromat. ed. Lachm. p. 244 cf. p. 252).*

96 Mamilius Superstes, praefectus vehiculorum a. 214 *t. urbanus bull. comunale 1884 p. 8 n. 709 = Dessau inscr. sel. 452.*

97 Mamilius Sura, auctor Plinio rei rusticae *Plin. h. n. ind. l. 8. 10. 11. 17–19 et in ipso contextu operis 18, 143. Aetas incerta.*

— FL(AVIA) MAMILIA.

98 L. MAMMIVS POLLIO *(sic t. Fanestris;* Memmius Pollio *codex Taciti)* consul designatus a. 49, ingentibus promissis inductus ab Agrippina ut de matrimonio Domitii filii eius et Octaviae verba in senatu faceret *Tac. a. 12, 9.* Consul cum Q. Allio Maximo mense Mai. (a. 49) *t. Fanestris XI 6236.*

— T. CVRTILIVS MANCIA.

— TI. CLAVDIA EVPATORIS MANDANE ATTICILLA.

— A. PLATORIVS NEPOS APONIVS ITALICVS MANILIANVS C. LICINIVS POLLIO.

99 MANILIVS senator, delator sub Caracalla ideoque curator frumenti factus (τὴν τῶν τροφῶν διάδοσιν εἰλήφει), a. 217 ex auctoritate Macrini in insulam relegatus *Dio 78, 21. 22.*

— MANILIVS *Solinus 53, 29. V. supra* M. Lollius *(L 226).*

100 Manilius, Avidio Cassio ab epistulis Latinis *Dio 72, 7. Eundem esse cum Pudente (infra P 793) memorato a Dione 71, 29 et pleno nomine dictum fuisse Manilium Pudentem coniecit Hirschfeld Verw. p. 206 n. 2.*

101 M. Manilius, qui scripsit astronomicon libros qui extant. *Nomen minime certum cf. Ellis noctes Manilianae (Oxon. 1891) p. 217 seq.; extat id in nullo antiquiore codice, in recentiorum optimo reperitur modo* M. Mallii, *modo* Marci Mallii, *modo* Marci Mallii eqom *(sic), modo* M. Mallii Boeni; *sed in codice quem repperat Poggius videtur fuisse M. Manilii nomen, cf. Ellis l. c. p. 231.* Scripsit imperante Tiberio *1, 800 (de quo loco non recte iudicavit Kraemer de Manilii Astronomicis [Marb. 1871] p. 33). 4, 764,* post a. p. Chr. 22 *5, 513 (cf. Tac. a. 3, 72). Inter familiares Germanici fuisse Manilium coniecit B. Freier de Manilii astronomicon aetate (Gött. 1880) p. 72 seq.*

102 P. MANILIVS ...... frater Arvalis a. 241 *act. Arv.*

103 C. Manilius Calvinus: *eius servi VI 14116. Fortasse homo nobilis.*

104 MANILIVS CARBO praetor tutelaris sub divis fratribus *fragm. Vat. 168.*

105 MANILIVS CORNVTVS praetorius, legatus provinciae Aquitanicae, lichenum morbo affectus (non ante Claudium) *Plinius h. n. 26, 4.*

106 TI. MANILIVS FVSCVS (Manilius Fuscus *act. saec. II 9,* .. anilius Fuscus *III 1172; in consulatu* Ti. Manilius .... *VI 1984 v. 40, plerumque* Fuscus; Fuscianus *fasti Hydat.*). Consul suff. a. inc. Legatus Augusti a. 191 *t. Apulensis III 1172; videtur fuisse legatus Daciarum, non legionis XIII Geminae (sic etiam Mommsen vol. III ind. p. 1128.*

*1142).* Magister quindecimvirum sacris faciundis a. 204 *act. saec.* Consul II ord. a. 225 cum Ser. Calpurnio Domitio Dextro *fasti.*

107 P. Manilius Vopiscus (pro Manil- *traditur* Manl- *ap. Stat. silv. I proœm., sed* Manil- *silv. 1, 3 praescr., idque confirmatur titulis filii; in ipso carmine solo cognomine utitur Statius; praenomen habemus ex titulo Tiburtino filii);* 'vir eruditissimus et qui praecipue vindicat a situ litteras iam paene fugientes' *Statius silv. I proœm. 29.* Eius villam Tiburtinam Statius uno die descripsit *Statius silv. I 3 cf. proœm. l. c.*

108 P. MANILIVS VOPISCVS VICINILLIANVS L. ELVFRIVS SEVERVS IVL[IVS] QVADRATVS BASSVS. *Sic t. Tiburtinus XIV 4242; in consulatu* P. Manilius Vopiscus *XI 3614 (inde pendet t. Ligorianus VI 5, 612*), plerumque Vopiscus;* Βουλκίσκος *chron. Pasch.,* Volcisus *fasti Hydat.,* Piso *fasti Vindob. ap. Momms. chron. min. I p. 285 cum Prospero.* — P. f. *t. Tiburtinus; filius sine dubio eius qui praecedit.* Tribu Galeria *ib.* Triumvir monetalis; tribunus militum legionis quartae Scythicae; quaestor divi Traiani Parthici; praetor *t. Tiburtinus XIV 4242.* Consul *t. Tiburtinus,* ordinarius a. 114 cum Q. Ninnio Hasta *fasti.* Salius collinus; flamen *(nescio cuius dei);* pontifex *t. Tiburtinus.* Tibure curator fani Herculis Victoris *ib.*

109 Manilia: accusat Manilia si rea non est *Iuvenal. 6, 243.*

110 MANILIA LVCILLA clarissima femina, mater L. Caesonii Lucilli Macri Rufiniani, uxor C. Caesonii Macri Rufiniani *t. agri Tiburtini XIV 3901 cf. 3900. 3902.*

111 Manisares (*vel* Manisarus), quo tempore Traianus Mesopotamiam intravit, cum ab Osrhoe bello premeretur (διὰ τὸ τὸν Ὀρρόην ἐπιστρατεύειν αὐτῷ), Traiano per legatos ostendit, se Armenia et Mesopotamia velle cedere *Dio 68, 22 (exc. de leg.). Quis fuerit et quomodo Armenia et Mesopotamia cedere potuerit, non apparet. Partium quarundam Armeniae et Mesopotamiae regem fuisse coniecit Gutschmid Gesch. Irans p. 143. — De nummis quibusdam huic Manisari olim falso tributis cf. Eckhel 3, 208. 559.*

— ACILIA MANLIOLA.

112 Manius, Hispanus, amicus Martialis inde a teneris annis *Martial. 10, 20, 3 seq.*

113 Manlius, adulter Appuleiae Varillae, sororis Augusti neptis, Italia atque Africa exactus a. 17 *Tac. a. 2, 50.*

114 Manlius colonus Hispanus *Martial. 4, 55, 26.*

— L. CAESONIVS QVINTVS RVFINVS MANLIVS BASSVS.

115 P. MANLIVS CARBO (Manl- *servatum est in actis anni 120 non minus quater VI 2080 v. 23. 26. 28. 35; quod moneo propter Manilium Carbonem n. 104*), cooptatus inter fratres Arvales d. 7 Febr. 120, adfuit in collegio d. 27 Mai. 120 *act. Arv. (VI 2080);* flamen (vel proflamen) fratrum Arvalium anno incerto sub Hadriano *ib. (VI 2081 v. 16).*

116 C. Manlius Felix, tribu Quir., tribunus militum legionis VI[I Claudiae] piae fidelis; adlectus in decurias iudicum a Tito; praefectus fabrum imp. Traiani iterum; praefectus classis Pannonicae et Germanicae; procurator Augusti regionis Chersonesi; procurator Augusti vicesimae hereditatium *t. Thracicus III 926.*

117 Manlius Maltinus. *Titulus Interamniae Praetuttiorum descriptus IX 5073:* .. [M]anlius Maltinus pr(aetor) *nescio num Interamnitium. Potest esse ex posteris Manlii Maltini quem legatum a senatu cum M'. Aquilio in Asiam missum et a Mithridate devictum narrat Tac. Iustinus 38, 3.*

118 MANLIVS PATRVINVS *(traditur* patruitus *vel* patrumitus; *fortasse* pro Manl- *scribendum* Matid-, *ut idem sit* C. Salonius Matidius Patruinus defunctus a. 78 *act. Arv.),* senator, anno 70 pulsatus in colonia Senensi *h. 4, 45.*

119 L. Manlius Severus, L. f., tribu Pal., rex sacrorum, fictor pontificum populi Romani, quattuorvir Bovillensium *XIV 2413. Mommseno ad CIL. VI 2125, ubi titulus datur inter urbanos, Manlius creditur fuisse rex sacrorum populi Romani; sed cum titulus repertus sit in agro Bovillensi, probabilius est eum fuisse regem sacrorum Bovillis.*

120 MANLIVS STATIANVS senator primae sententiae a. 276 *vit. Probi 12, 1.*

121 Manlius Sura (*pro* Manl- *pars codicum et vulgata* Mall-) causarum actor, vituperatus a Domitio Afro *Quintil. inst. 6, 3, 54. 11, 3, 126.*

122 Manlius Torquatus *(gentilicium habent in inscriptione carminis 4, 7 codices Horatiani, qui alibi quoque verum servaverunt; ipse Horatius Torquati tantum nomen posuit)* Horatii amicus, ad quem data *Horat. carm. 4, 7. ep. 1, 5.* Nobilis *carm. 4, 7, 23,* facundus *ib. 24.* Moschum rhetorem Pergamenum veneficii accusatum defendit una cum Asinio Pollione *Horat. ep. 1, 5, 9 cum nota Porphyrionis. Olim a multis creditus est nepos L. Manlii Torquati consulis a. u. c. 689, sed sine causa. Torquati a Manliis patriciis oriundi mirum esset praeterea nullam superesse mentionem. (Quod de torque Torquato a Caligula adempta narrat Suet. Cal. 35, Mommsenus rettulit ad Iunium Torquatum cf. supra I 558, nonnulli rettulerunt ad Nonium Asprenatem Torquatum). Fortasse Manlii alicuius Torquati mentio fit in t. libertini Bull. com. 1880 p. 62 n. 297. Vix ex nobilibus Manliis Torquatis* C. Manlius Torquatus, *cuius ancilla in t. Baetico II 1452.*

123 T. MANLIVS VALENS (Manlius Valens *Tac.,* Γάιος Οὐάλης *Dio; in consulatu* T. Manlius Valens *VI 17707, unde corrigitur Dio, cf. Borghesi opp. 6 p. 159,* .. [M]an[lius] Valens *t. agri urbani Roem. Mitth. 1886 p. 128, alibi* Valens; Valerianus *chronogr. a. 354,* Fulvius *chronica nonnulla sed in hac parte confusa).* Natus a. p. Chr. 6 *Dio 67, 14.* Legatus legionis in Britannia circa a. 50 *Tac. a. 12, 40.* Legatus legionis Italicae in Gallia a. 69 *Tac. h. 1, 64.* Consul ordinarius a. 96 una cum C. Antistio Vetere *fasti.* Mox obit *Dio 67, 14.*

123[a] Manlia Fadilla, L. f., regina sacrorum *VI 2123. 2124.*

124 MANLIA PONTIA (*trad.* Ποντεία) LVCVLLA AFRICANA (Ἀφρικανή *traditur*), uxor A. Pontii Veri proconsulis *titulus positus a communi Macedoniae CIGr. 1999[b] (vol. II p. 993, ex Leake III p. 319).*

125 MANLIA SCANTILLA *(sic nummi et vit. Did. Iulian. 8, 10,* Mallia Scantilla *vit. Iulian. 3, 4; Herodianus et Zosimus nomen non ponunt),* uxor M. Didii Severi Iuliani *vit. Did. Iulian. 3, 4. 8, 10.* Maritum incitat ad imperium ambiendum *Herod. 2, 6, 7; Zosim. 1, 7.* Augusta appellata a senatu *vit. Did. 3.* Manlia Scantilla Aug. *nummi ap. Cohen[2] 3 p. 401. 402.* Corpus mariti ei concessum *vit. Did. 8. De imagine marmorea quam voluit esse Scantillae dixit P. H. Visconti bull. archeol. municipale 1874 p. 131 (ad tab. X fig. 3), sed cf. C. L. Visconti ib. 1884 p. 101.*

126 Mannus, Osrhoenus *Isidorus Characenus* σταθμοὶ Παρθικοί *c. 1, ap. Mueller Geogr. Graec. min. I p. 246, ubi traditur in via a Zeugmate Seleuciam fuisse* μαννούορρα αὐυρήρ *vel* -ρήθ ὀχύρωμα καὶ κρήνη, *legendem esse* Μάννου Ὀρραίου, *deinde nomen loci, praeeuntibus aliis docuit Gutschmid Untersuch. über die Geschichte des Königreichs Osroene [Mém. de l'Acad. de St. Pétersbourg XXXV 1887] p. 23. Videtur fuisse regulus Osrhoenorum temporibus Augusti, ex Mannis Edessae regibus quos recenset Dionysius Telmahariensis, tertius vel quartus, cf. Gutschmid l. c. — De iis Mannis, quos post hunc, et ante eum qui sequitur, Edessae regnavisse tradit Dionysius supra scriptus (cf. Gutschmid l. c. p. 6. 49), apud antiquiores auctores nulla mentio.*

127 Mannus, rex (Osrhoenorum) sub divis fratribus *nummi ap. Eckhel 3, 513, Babelon revue belge de num. 1892 p. 374. 375, inscripti* βασιλεὺς Μάννος φιλορώμαῖς *(sic plerumque), in fronte habentes capita M. Aurelii, L. Veri, Faustinae, Lucillae; eiusdem ut videtur sunt nummi Syriace inscripti nomine Manni regis, ap. Babelon l. c. p. 380. Probabiliter hic creditur a Gutschmidio (Unters. über die Gesch. des Königreichs Osroene, Mém de l'Acad. de St. Pétersbourg XXXV 1887 p. 30) Mannus is, quem regnasse Edessae viginti quattuor annos, deinde ad Romanos se contulisse, postea reversum rursus regnasse annos duodecim tradit qui scripsit saec. VIII exeunte Dionysius Telmahariensis (ap. Siegfried et Gelzer Eusebii canonum epitome p. 62. 64; cf. Gutschmid l. c. p. 6), scilicet ut regnaverit ab a. 139 ad a. 163, a Parthis pulsus exul fuerit apud Romanos, restitutus a Romanis rursus regnaverit ab a. 167 ad a. 179. (Sane Dionysius hunc regem, sed non solum hunc, aliquot annis antiquiorem facit). Pater videtur fuisse L. Aelii Septimii Abgari (supra A 7).*

128 Mannus, Abgari regis Osrhoenorum filius *nummi ap. Eckhel 3, 515, Babelon revue belge de num. 1892 p. 521, ab altera parte exhibentes Abgari caput et nomen, ab altera Manni caput et modo nudum nomen, modo* Μάννος παῖς; *Africanus in* κεστῶν *capite* περὶ βέλους *(vet. mathem.*

*ed. Thévenot p. 300).* Sagittandi peritus *Africanus l. c. Filius sine dubio L. Aelii Aurelii Septimii Abgari regis Osrhoenorum temporibus Commodi et Septimii Severi. Cum neque in illis nummis neque in aliis dicatur rex, probabile est eum decessisse ante patrem. Gutschmid tamen (Unters. über die Gesch. des Königreichs Osroene p. 44) coniecit eum non diversum fuisse ab eo Manno, quem ultimum regem Edessae fuisse, regnavisse autem per annos viginti sex, traditur in chronico Dionysii Telmahariensis (ap. Siegfried et Gelzer Eusebii canonum epit. p. 67. 71; cf. Gutschmid l. c. p. 6); eum regem fuisse, sed nomine tantum tenus, ab anno 216 ad a. 242. Praeterea coniecit Gutschmid (p. 44), eundem dictum esse etiam Antoninum, scilicet non diversum ab Antonino (supra A 625) regis Abgari filio, qui Abgaro fratri, defuncto annorum viginti sex, epitaphium posuit Romae Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1315. (Imagines Abgari et filii eius Magni — scr. Manni — Edessae monstratae Silviae Aquitanae, Rufini consulis anno 392 sorori, cf. S. Silviae peregrinatio p. 65 ed. Gamurrini a. 1887). — Ex stirpe horum puto Mannorum* L. Septimius Mannus clarissimus vir, statua honoratus a concilio provinciae Hispaniae citerioris *II 4125.*

129 Mannus, Arabum Edessae vicinorum regulus, Traianum cum Parthis bellum gerentem convenire recusat *Dio 68, 21 (exc. Urs.) (cum Dio paullo ante memoraverit Abgarum Edessae regem, noli cogitare de confusione cum rege aliquo Edessae).* Legatos mittit ad Traianum in Mesopotamia degentem *Dio 68, 22.*

— M(A)ECIVS MANNVS.

— L. SEPTIMIVS MANNVS.

— ...NIVS GALLVS *cet.* MANSVANIVS MARCELLINVS *cet.*

— Titinia Mansueta.

— Iulius Mansuetus.

130 L. MANTENNIVS SABINVS *(filius puto eius qui sequitur)*, sodalis Augustalis Claudialis, magister collegii tertium a. 214 *XIV 2391.*

131 L. Mantennius Sabinus, tribunus cohortis tertiae praetoriae *t. Praenestinus XIV 2955.* Praefectus Aegypti a. 194 *t. Aegyptius ap. Borghesium opp. 8 p. 242*, item a. 200 *CIGr. 4701^b add. (si vere cum Borghesio l. c. supplendum est* ... [Σαβεί]νου). Uxor Flavia Procilla, filius L. Mantennius Severus *XIV 2955; cf. praeterea sub eo qui praecedit.*

132 L. Mantennius Severus, eius qui praecedit filius *XIV 2955.*

— IMP. TI. CL(AVDIVS) MAR. PACATIANVS AVG.

— Iulius Marathus.

133 MARC.... legatus pro pr. Arabiae a. 239 *t. Bostrensis CIG. 4644 add. = Lebas-Waddington 1908.*

— VIRIVS MARCARIANVS.

134 Marcella, municeps Martialis, quae ei domum reverso praedium donavit *Martial. 12, 21. 31.*

135 Marcella, uxor amici cuiusdam Porphyrii philosophi, postea huius ipsius *Porphyrius ad Marcellam c. 1 seq.*
— ASINIA MARCELL(A) *vel* MARCELL(INA).
— (CLAVDIA) MARCELLA.
— FABIA PO.... MARCELLA M..... CALPVRNIA TO... *(v. add.).*
— GALLONIA OCTAVIA MARCELLA.
— Licinia Marcella.
— Magia Marcella.
— MINICIA MARCELLA.
— Octavia Marcella Moderatilla.
— RVFFIA MARCELLA.
— Statoria Marcella.
— Terentia Marcella.
— TVRCIA MARCELLA.
— ANTIA MARCELLINA.
— CASCONIA MARCELLINA.
— Claudia Marcellina.
— PESCENNIA MARCELLINA.

136 MARCELLINVS origine Graecus (Ἑλλάδος ἀγλαὸν ἔρνος *v. 3)*; quaestor *(nempe provinciae Cretae et Cyrenarum)*; corrector Italiae (Ἑσπερίης πάσης χθονὸς ἰθυντήρ) *epigramma Gortyne rep., non optime traditum et interdum obscurum (cf. adnotata Kaibelii), CIG. 2589 = Kaibel ep. Gr. 905.*

137 MARCELLINVS consul ordinarius a. 275 cum Aureliano III *fasti*. — *Idem puto* Marcellinus, qui ab Aureliano Mesopotamiae praefectus, mandata totius Orientis administratione, frustra a Palmyrenis ad defectionem sollicitatus est *Zosimus 1, 60.*

138 Marcellinus, amicus Senecae et Lucilii, magni ingenii vir, sed moribus dissolutis, quos corrigire cupit Seneca *ep. 29, 1. 4–8.*

139 Marcellinus, amicus Martialis *Martial. 3, 6,* stipendia meruit bello Sarmatico *ib. 6, 25. 7, 80,* Caucasum prope adiit *ib. 9, 45.*

140 Marcellinus *Plin. ep. 5, 16. 8, 23. V.* Aefulanus Marcellinus.
— Aefulanus Marcellinus.
— Aur(elius) Marcellinus.
— BAEBIVS MARCELLINVS.
— C. (?) BELLICVS MARCELLINVS.
— L. CASSIVS MARCELLINVS.
— CASSIVS PIVS MARCELLINVS.
— CLAVDIVS MARCELLINVS.
— Q. CLODIVS MARCELLINVS.
— CN. CORNELIVS LENTVLVS MARCELLINVS.
— P. CORNELIVS LENTVLVS MARCELLINVS.
— EGNATIVS MARCELLINVS.

— Fabius Marcellinus.
— . . . . NIVS GALLVS VECILIVS CRISPINVS MANSVANIVS MARCELLINVS NVMISIVS [S]ABINVS.
— RVFIVS MARCELLINVS.
— Tullius Marcellinus.
— Valerius Marcellinus.
— L. Valerius Marcellinus Nepos.
— Vipsanius Marcellinus.

141 MARCELLVS cos. suff. cum Gallo *(supra G 33)* sub Antonino Pio circiter ann. 149/153 mense Dec. *dipl. mil. (III p. 883 cf. III S. p. 1988).*

142 . . . . . . . MARCELLVS [legatus] pro pr. (provinciae Britanniae) temporibus Caracallae *t. Britannicus nescio a quo vel qua fide descriptus VII 963.*

143 MARCELLVS CAESAR temporibus Elagabali *Polem. Silvius (ap. Momms. chron. min. I p. 521). Videtur significari Alexander postea Augustus, cf. Victor epit. 23 et praeterea sub M. Aurelio Severo Alexandro Augusto.*

144 Marcellus, ab Hadriano ad voluntariam mortem coactus *vit. Hadr. 15, 4. Cf.* C. PVBLICIVS MARCELLVS.

145 Marcellus, L. Vitellii praesidis Syriae amicus, missus ab eo ut loco Pontii Pilati Iudaeos curaret (ἐπιμελητὴς τοῖς Ἰουδαίοις γενησόμενος). a. 36 vel ineunte a. 37 *(cf. Rohden de Palaestina provincia p. 34). Iosephus ant. 18, 4, 2. Incertum num inter procuratores Iudaeae habendus (cf. Rhoden l. c. not. 2).*

146 *A. MA[R]CELLVS consul suffectus cum L. Iunio sub Nerone *triptychon Pompeianum (ap. de Petram n. 115 = Mommsen Herm. 12 p. 136). Nomen non recte lectum esse adfirmat Zangemeister (cf. supra sub L. Iunio Gallione).*

146[a] Marcellus, Pergamenus, sophista, scripsit librum Ἀδριανὸν ἢ περὶ βασιλείας *Suidas s. v.*

146[b] Marcellus, cuius carmen funebre in Anniam Regillam *(supra A 557)* lapidi incidi iussit Herodes Atticus maritus *Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1389 I = Kaibel ep. Gr. 1046. Esse Marcellum medicum Sidetem, cuius extat fragmentum de piscibus (Poet. bucol. et didactici [Paris. 1846] p. 165 seq.), cf. anth. Pal. 7, 158, Suidas s. v.* Μάρκελλος Σιδήτης. *Hieronym. adv. Iovinianum 2, 6, coniecit Viscontius (iscriz. triopee p. 74).*

— C. ANNIVS LEPIDVS MARCELLVS.
— ARRVNTIVS MARCELLVS.
— M. ASINIVS MARCELLVS.
— AVFIDIVS COREMIVS MARCELLVS.
— C. AVFIDIVS MARCELLVS.
— M. Aurelius Atho Marcellus.

— Baebius Marcellus.
— C. BVLTIVS GEMINIVS MARCELLVS.
— Q. CAECILIVS MARCELLVS.
— Q. CAECILIVS MARCELLVS DENTILIANVS.
— Calpurnius Marcellus.
— M. Campanius Marcellus.
— M. CLAVDIVS MARCELLVS AESERNINVS.
— T. CLODIVS EPRIVS MARCELLVS.
— L. CORNELIVS MARCELLVS.
— SER. CORNELIVS DOLABELLA METILIANVS POMPEIVS MARCELLVS.
— CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CVRVIVS LVCANVS.
— P. Fulcinius Vergilius Marcellus (*v. add.*).
— M. GRANIVS MARCELLVS.
— Marcius Marcellus.
— C. MA[RIVS?] MARCELLVS.
— C. MARIVS MARCELLVS OCTAVIVS PVBLIVS CLVVIVS RVFVS.
— MINVCIVS HONORATVS MARCELLVS AEMILIANVS.
— L. NERATIVS MARCELLVS.
— P. NOVIVS SATVRNINVS MARTIALIS MARCELLVS.
— C. POBLICIVS *sive* PVBLICIVS MARCELLVS.
— ...... HISPANVS [P]OMPEIVS MARCEL[LVS VMB]ONIVS SILO.
— M. Pomponius Marcellus.
— Q. POMPONIVS MARCELLVS.
— Pontius Marcellus.
— PORCIVS MARCELLVS.
— Quintilius Marcellus.
— Romilius Marcellus.
— M. SALONIVS LONGINIVS MARCELLVS.
— SEX. VARIVS MARCELLVS.
— M. Vettius Marcellus.
— VITORIVS MARCELLVS.
— L. VLPIVS MARCELLVS.
— C. VLPIVS MARCELLVS [P]OLYBIANVS.
— VTTEDIVS MARCELLVS.
— Naevia Marciana.
— (VLPIA) MARCIANA AVGVSTA.

147 [MA]RCIANVS(?) proconsul provinciae [Hispani]ae ulterioris *IX 2335*. *Aetatis circiter Claudianae puto.*

148 ....ILIVS MARCIANVS unus ex pueris senatorum filiis qui fratribus Arvalibus a. 87 ministrabant *act. Arv.*

149 Marcianus, ab Augusto iniuste aliquid petiturus *Quintilianus inst. 6, 3, 95.*

149[a] Marcianus, medicus sub Augusto *Scribonius Largus 177.*

150 Marcianus: ad eum datum carmen Martialis *6, 70.*

151 Marcianus, amicus Frontonis, causam acturus contra Herodem Atticum *Fronto ad M. Caes. 3, 4 (p. 43 N.).*

152 Marcianus: eum, fortasse ut magistrum suum, memorat *M. Antoninus 1, 6 (loco mutilo).*

153 Marcianus (Macrianus *traditur in vit. Claud.*, Marianus *vit. Gallien. 6, 1*), dux Gallieni, Gothos ex Achaia fugavit *vit. Gall. 6, 1. 13, 10; vit. Claud. 6, 1. 18, 1*; *Zosimus 1, 40.* Coniurat in Gallienum *vit. Gall. 14, 1. 7.* Post mortem Gallieni milites promissis et donis placat *ib. 15, 2.*

154 Marcianus: id nomen equestre datum Icelo Galbae liberto *(cf. sub Icelo, supra I 14).*

— AELIVS MARCIANVS.
— Aelius Marcianus.
— Tib. Antistius Marcianus.
— Aur(elius) Marcianus.
— CAERELLIVS MARCIANVS.
— FL(AVIVS) MARCIANVS.
— Flavius Marcianus.
— Q. GEMINIVS MARCIANVS.
— Gessius Marcianus.
— GRANIVS MARCIANVS.
— P. IVLIVS GEMINIVS MARCIANVS.
— L. MARIVS VEGETINVS MARCIANVS MINICIANVS MYRTILIANVS.
— D. PERCENNIVS MARCIANVS.
— SALVIVS MARCIANVS.
— SVELLIVS MARCIANVS.
— CLAVDIA MARCIOLA.

155 MARCIVS ..... clarissimus vir *t. Ostiensis Eph. ep. 7, 1214. Fortasse praefectus praetorio, vel etiam praefectus vigilum, saec. p. Chr. III, cf. quae exposui Eph. l. c.*

156 P. Marcius, mathematicus magusve, more maiorum punitus a. p. C. 16 *Tac. a. 2, 32.*

157 T. MARCIVS *FALGLE ... *(sic cognomen exhibetur in altero apographo, in altero plane omissum; quid fuerit incertum;* Fal. *potest fuisse tribus; pro* Marci- *alterum apographum habet* Marti-), T. f., tribunus militum legionis decimae quartae Geminae, quaestor pro pr. provinciae Achaiae, ab actis senatus, aedilis curulis, praetor candidatus, curator viae Latinae, [legatus] legionis secundae Augustae; sacerdos fetialis *titulus Tiburtinus bis descriptus XIV 3595.*

158 MARCIVS AGRIPPA, olim mulieris alicuius servus unctor, postea fisci advocatus, ob praevaricationem a Severo in insulam relegatus, a Caracalla restitutus; ei a cognitionibus et ab epistulis; ab eodem inter praetorios adlectus *Dio 78, 13.* Anno 217 praeerat classi *(fortasse*

*non Misenensi vel Ravennati, sed ei quae expeditionem Asiaticam Caracalloe comitabatur);* non ignarus caedis Caracallae *vit. Carac. 6, 7.* A Macrino primum Pannoniae, deinde Daciae praefectus *Dio l. c. Una cum Dacia videtur rexisse etiam Moesiam inferiorem, cf. infra* Marc(ius) Claud(ius) Agrippa.

159 MARCIVS AVITVS praetor (urbanus) sub Antonino (Pio) *Marcellus Dig. 4, 1, 7.*

160 Q. MARCIVS BAREA C. f. *(praenomen patris dant tituli Africani),* C. n. *(cf. sub filio Q. Marcio Barea Sura)*, consul suff. sub Tiberio cum T. Rustio Nummio Gallo *VI 244. A. 18 consules fuisse Baream et Nummium Gallum statuit Borghesius cf. Henzen ann. inst. 1855 p. 14, ad Gallum referens versiculum extremum fastorum Antiatium (CIL. I ed. 2 p. 72 = X 6639), ubi est ...* ius Gall. *Sed proconsulatus tempore videtur indicari, Baream consulem fuisse aliquanto post annum 18, fortasse circa a. 32.* Proconsul Africae a. p. C. 42 *tituli Africani VIII S. 11002 (= Eph. 7, 1). 19492 (= 6987).* Quindecimvir sacris faciundis, fetialis *iidem.*

161 Q. MARCIVS BAREA SVRA Q. f. *(filius sine dubio eius qui praecedit),* C. n., C. et Gemini Artori pronepos *t. urbanus, Notizie degli scavi 1880 p. 133 = Dessau inscr. sel. 953 (in altero titulo eiusdem sepulcri, Notizie l. c. p. 135, qui nominatur* Q. f., C. n., C. et Gemini [Artori pronepos], *teste Lanciani ab hoc diversus fuit; scilicet non Marcius sed* [Sulp]icius). Uxor Antonia Furnilla *ib. Pater ex hac sine dubio Marciae Furnillae; quae cum Tito nupserit ante huius quaesturam id est certe ante annum 65, ipse natus esse videtur non post annum 45. — Fortasse filius eius* Sura *memoratus in frustulo tituli eiusdem sepulcri, defunctus infans vel adulescens, cum anni eius notentur. — Plane incertum num huius Bareae Surae frater* Barea Soranus consul suff. a. 52, mori adactus cum Servilia filia a. 66 *Tac. a. 12, 53. 16, 30 cet. (cf. sub Barea).*

162 M. MARCIVS BIETIS GLAVCVS M. f., Lilybitanus, patronus Lilybitanorum, tribu Claudia, equo publico exornatus, pater senatoris; clarissimus vir, adlectus inter tribunicios ab imp. Commodo *tit. Lilybitanus X 7237.*

163 C. MARCIVS CENSORINVS cos. a. u. c. 746. *Tituli Aquinas X 5396 (1). Mylasenus CIGr. 2698^b (2), Pergamenus mutilus, ap. Fränkel n. 422 (3); praeterea memoratur in cippis urbanus VI 1235^{a–m}, Notizie 1891 p. 165 (4). Nummi (aenei omnes): Cohen Marcia 27–29. Tria nomina exhibent t. 1. 2. 4. —* L. f. *t. 1. 4 et nummi,* L. n. *t. 4. Filius sine dubio eius qui sequitur.* Triumvir monetalis non multum post annum 739 *(cf. Mommsen hist. numm. p. 744 not. 15) nummi.* Augur *t. 1, nummi.* Consul a. u. c. 746 cum C. Asinio Gallo *fasti.* Consul ex s. c. una cum collega ripas Tiberis terminandas curat *t. 3.* Proconsul Asiae *ut indicat t. 2 cf. t. 3.* Laudatur a Iudaeis Asiae apud Augustum

*Ioseph. ant. 16, 6, 2.* Obit in Asia eodem fere tempore quo M. Lollius, i. e. anno circiter p. C. 2 *Velleius 2, 102.* Mylasae ludi ((Κηνσορινῆα) in eius honorem constituti *t. 2.* Patronus Aquinatium *t. 1.* Ad eum datum Horatii carmen *4, 8.* Vir demerendis hominibus genitus *Vellei. 2, 102.*

164 L. MARCIVS CENSORINVS cos. a. u. c. 715. *Tria nomina habent fasti Cap. et Barb., item t. Atheniensis CIAtt. 3, 567.* — L. f., C. n. *fasti Cap. triumph.* M. Antonii adsecla *Cic. ad Att. 14, 10, 2, Phil. 11, 5, 11. 11, 14, 36. 13, 2, 2,* praetor urbanus a. 711 *Cic. Phil. 11, 5, 11.* Post pugnam Philippensem ab Antonio Graeciae praefectus *Plut. Ant. 24. Circa haec tempora ut videtur a senatu Atheniensi statua honoratus, CIAtt. 3, 567. Item per hos annos videtur meruisse triumphum 'ex Macedonia', de quo infra.* Consul a. u. c. 715 una cum C. Calvisio Sabino *fasti.* Ipsis kal. Ianuariis triumphavit ex Macedonia *fast. triumph. Cap. (C. I p. 461, ed. 2 p. 50) et Barb. (ib. p. 478, ed. 2 p. 77).* Quindecimvir sacris faciundis *acta ludorum saecularium a. 737 v. 40 (Eph. ep. 8 p. 238 cf. p. 241), nam hic sine dubio intellegitur L. Censorinus. Incertum utrum ab hoc L. Censorino an ab alio praeterea ignoto, fortasse nepote eius, manumissi* L. Marcius Censorini lib., Marcia Censorini lib. *VI 5713.*

165 MARC(IVS) CLAVD(IVS) AGRIPPA legatus Moesiae inferioris sub Macrino *nummi cum capitibus Macrini vel Diadumeniani Marcianopolitanorum pauci (Eckhel mus. Caes. I p. 55 n. 25, unde Mionnet suppl. II 88 n. 201; Pick Wiener num. Zeitschr. 23, 1891 p. 47) inscripti* ὑπ. Ἀγρίππα Μαρκιανοπολειτῶν, *Nicopolitanorum permulti, plerique inscripti* ὑπ. Ἀγρίππα *(Mionnet I 360, 40, suppl. II 147, 535 cet.), nonnulli* ὑπ. Μαρκ. Ἀγρίππα *vel* ὑ. Κλαυ. Ἀγρίππα *vel* ὑ. Κ. Ἀγρίππα Νικοπολιτῶν πρὸς Ἴστρ. *(cf. Pick l. c. p. 48). Marcium Claudium Agrippam dictum fuisse ex his nummis collegit Borghesius opp. 2 p. 223. — Moesiae praefuisse Agrippam sub finem regni Macrini, post Fu. Pontianum (supra F 336) et Statium Longinum, coniecit Pick Wiener num. Zeitschr. 23, 1891 p. 49. Non diversus autem videtur (ut coniecit Borghesius opp. 6, 265. 8, 478) Marcius Agrippa (supra n. 158), a Macrino primum Pannoniae, deinde Daciae praepositus, ut simul fuerit legatus pro pr. Daciae et Moesiae inferioris.*

166 P. Marcius Crispus (Marcius *perscr. 412, praeterea* M.), dominus figlinarum *tegulae XV 409–412. Fortasse oriundus stirpe nobili (cf. Cic. Phil. 11, 12, 30, Dio 47, 27 cet.).*

167 *Marcius Diocles *(nomen non certum, traditur enim* Marco Diocae *casu tertio)* praefectus annonae sub Caracalla *Ulpianus de officio praetoris tutelaris, fr. Vat. 235.*

168 Q. MARCIVS FAVSTINIANVS filius Q. Marcii Victoris et Claudiae Taurillae; quaestor provinciae Cypri, tribunus plebis, legatus provinciae Africae, praetor *XIV 2931.* Pater Marciae Favonillae *ib.*

169 Q. Marcius Hermogenes, praefectus classis Aug(ustae) Alex(andrinae), audit Memnonem d. 7 Mart. a. 134 *tituli in Memnonis statua incisi III 41; CIGr. 4735 = Kaibel ep. Gr. 997. Fortasse idem* Q. Marcius Hermoge[nes] figlinarum dominus *XV 1278.*

170 Marcius Festus, eques Romanus, particeps coniurationis Pisonianae *Tac. a. 15, 50.*

— MARCIVS MACER *v.* Martius Macer.

171 Marcius Marcellus: eius frequenter in scriptis suis mentionem facit Voticnus Montanus, amicus eius, simul sententias attulit *Seneca contr. 9, 6, 18 cf. 9, 5, 14.*

172 P. MARCIVS MAXIMILLIANVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338 v. 29. Fortasse idem* P. Marcius Victor Maximillianus *(infra n. 183).*

173 L. MARCIVS PHILIPPVS. L. Marcius Philippus *fasti triumph. Barb.*, [L.] Marcius *fasti Biondiani*, L. Philippus *Cic.*, Marcius Philippus *Suet.*, Philippus *Caes.*, *Tac. Filius videtur fuisse L. Marcii Philippi consulis a. u. c. 698, mariti Atiae matris Augusti, natus non ex hac, sed ante has nuptias. Cf. Biondi atti dell' accademia romana di archeologia VI p. 328 seq.* Tribunus plebis a. u. c. 705 *Caes. b. c. 1, 6.* Praetor a. 710 *Cic. Phil. 3, 10, 25.* Consul suff. a. 716 una cum P. Cornelio Scipione *fasti Biondiani (CIL. I p. 467 = ed. 2 p. 65).* Triumphat ex Hispania V Kal. Maias a. ut videtur 721 *fast. triumph. Barb. (CIL. I p. 478 = ed. 2 p. 77).* Ex manubiis *(Tac. a. 3, 72)* aedem Herculis Musarum extruit (vel potius restituit) *Suet. Aug. 29. Ovid. fast. 6, 801 cf. Tac. a. 3, 72; ab eo dicta* porticus Philippi *Notitia urbis reg. IX, Plin. h. n. 35, 66. 114. 144, Martial. 5, 49, 12,* [porti]cus Octaviae et Fil[ippi] *forma urbis Romae tab. V fr. 33 ed. Iordan.* — Nupta ei quondam Caesaris matertera *Ovid. fasti 6, 809 cf. ex P. 1, 2, 141;* pater Marciae consobrinae Caesaris Augusti *CIGr. 2629. Uxorem igitur habuit sororem Atiae eius quae patri fuerat nupta, fortasse et ipsam Atiam dictam. Cf. Biondi l. c. p. 336. Stemma videtur fuisse hoc:*

M. Atius

C. Octavius ⌣ Atia ⌣ L. Marcius Philippus cos. a. 698 — (Atia) ⌣ L. Marcius Philippus cos. a. 716

C. Octavius = imp. Caesar Aug. — Marcia ⌣ Paullus Fabius Maximus.

174 SEX. MARCIVS PRISCVS legatus Aug. pro pr. Lyciae sub Vespasiano *tituli Lycii, Xanthii duo CIGr. 4270. 4271 cf. add. vol. III p. 1124 = Lebas-Waddington 1253. 1254, alter etiam ap. Benndorf Reisen in Lykien p. 91 n. 73; t. Patareus ap. Henzen ann. inst. arch. 1852 p. 157, unde Lebas-Waddington 1265; t. Lydensis, ap. Bent journal of hell. stud. X p. 73, 25* (πρεσβευ[τὴ]ς αὐτοκράτορος Καίσαρος Οὐεσπα-

σιανοῦ Σεβαστοῦ καὶ πάντων αὐτοκρατόρων ἀπὸ [Τι]βερίου Καίσαρος, ὁ δικαιοδότης *t. Lydensis, quod vix sanum; noli credere Priscum ab a. 37 usque ad tempora Vespasiani legatum Lyciae mansisse; erratum puto in nomine imperatoris; Hirschfeld conieeit,* καὶ πάντων *vitio exaratum esse pro* χανδ. πάντων). Consul suff. cum Cn. Pinario Aemilio Cicatricula mense Dec. a. inc. *dipl. mil. (III S. p. 1968), fortasse anno 79, ut coniecit Mommsen ap. Barnabeium monumenti ant. dell' acc. dei Lincei I p. 436 (cf. III S. l. c.).*

175 Marcius Quartus, praefectus praetorio diebus quinque sub Commodo *vit. Comm. 6, 8.*

176 Cn. Marcius Rufinus, possessor in agro Beneventano *IX 1455 col. 2, 17 et 63. 3, 19. Ex maioribus puto eius qui sequitur.*

177 Cn. Marcius Rustius Rufinus. *Tituli Beneventani duo IX 1582 (1). 1583 (2), Abellinas X 1127 (3), urbanus VI 1056 (4); Ostienses tres Eph. ep. 7, 1204 (5). 1205 (6). 1206 (7).* Cn. (Gn. *t. 6*) Marcius (M. *t. 5–7*) Rustius Rufinus *t. 2. 5–7*, Cn. Marcius Rustius .... *t. 1*, Cn. Ma[rcius] Rust[ius] .... *t. 3*, Cn. Rustius Rufinus *t. 4*. — Cn. fil. *t. 1. 3*. Tribu Stellatina *t. 3*; *origine sine dubio Beneventanus t. 3.* [Ex] equite Roman[o] *t. 3. Primas militias enumerant t. 1 et 3 paullo variantes.* [Primipilus] legionum III Cyrenaicae, III Gallicae *t. 1*, centurio cohortis primae [praetoriae, legionum III Cyrenaicae, III Gallicae?], XV Ap[ollinaris] *t. 3*. [Exercitato]r equit[um praetorianorum] *t. 3*. P[rocurator Au]gust. ordinibu[s] ......, [proc.] Transpadan. *t. 3*. Tribunus cohortis VI vigilum *t. 2. 3*, cohortis XI urbanae, cohortis primae praetoriae *t. 1. 3*. [Proc.] Aug. prov. Syriae *t. 3*. Praefectus classium praetoriarum Misenatis et Ravennatis *t. 1. 3*. Praepositus an[nonae] imp. Septimii Severi et Antonini Augg. *t. 1*. Praefectus vigilum *t. 1. 4–7*, a. 205 *t. 4*, a. 207 *t. 5. 6*. — Uxor Salinatoria Augustina *t. 1. 2*. Filia Rustia Rufina, quam amisit tribunus cohortis VI vigilum *t. 2*.

178 Marcius Salutaris, vir perfectissimus *(sic p. 229)*, grammaticus, videtur commentatus esse Vergilium *Charisius lib. II p. 202. 229 Keil. Fortasse Diocletiano recentior.*

179 Q. Marcius Turbo Fronto Publicius Severus. *Tituli: III 1462 dedicatus a colonia Sarmizegetusa (1); Tiburtinus XIV 4243 mutilus (2). Nomina omnia exhibet t. 1, exhibebat t. 2; scriptores* Marcius Turbo *vel* Turbo (Livianus Turbo *vit. Hadr. 4; ser.* Livianus [et] Turbo, *cf. Hirschfeld Verw. p. 224, item supra sub Ti. Claudio Liviano).* Amicus Hadriani adhuc privati *vit. Hadr. 4, 2.* A Traiano sub finem vitae missus ad comprimendos Iudaeos in Cyrenaica et Aegypto turbantes *Eusebius hist. eccl. 4, 2, vit. Hadr. 5, 8.* Propter hoc fortasse bellum donatus donis militaribus *t. 2*. Ab Hadriano destinatus ad tumultum Mauretaniae deprimendum *vit. Hadr. 5, 8.* Post Mauretaniam

titulo Aegyptiacae praefecturae ornatus, 'quo plus auctoritatis haberet', Pannoniae Daciaeque ad tempus praeficitur *vit. Hadr. 6, 7. 7, 3 (c. 7 sola Dacia nominatur)*. Praefectus praetorio *vit. Hadr. 9, 4, Dio 69, 18, t. 1*, successor Attiani *vit. Hadr. l. c.* De moribus eius *Dio l. c.* Graviter eum insequitur Hadrianus *vit. Hadr. 15, 7.* Post mortem ut videtur statua honoratus *Dio l. c.* Vir equestris ordinis primarius *Fronto ad Ant. Pium 3 p. 165 Nab.* — *Incertum an idem* Q. Marcius Tur[bo] *VI 1941.* — *Filius puto* T. Flavius Longinus Q. Marcius Turbo *(supra F 199). Incertum qua parentela cum eo coniunctus* C. Gallonius Q. Marcius Turbo *t. urbanus Eph. ep. 4, 822 (cf. supra G 30).*

— T. FLAVIVS LONGINVS Q. MARCIVS TVRBO.

— C. GALLONIVS [Q. MARCIVS?] TVRBO.

180 MARC(IVS) VERACILIVS VERVS leg. Aug. prop. *(sic)* Daciae *t. Dacicus III 832.*

181 Q. Marcius Victor, P. f., tribu Quir., pater Q. Marcii Faustiniani praetoris *XIV 2931.*

182 Q. MARCIVS VICTOR FELIX MAXIMILLIANVS legatus Augustorum duorum legionis XIII Geminae *III 1118.* Uxor Pullaiena Celerina, filius P. Marcius Victor Maximillianus *ib.*

183 P. MARCIVS VICTOR MAXIMILLIANVS clarissimus puer, filius Q. Marcii Victoris Felicis Maximilliani *III 1118. Idem fortasse supra n. 172.*

184 MARCIA, Philippi filia *(scilicet L. Marcii Philippi supra n. 173, ubi cf. stemma) t. Cyprius CIGr. 2629*, consobrina Caesaris Augusti *ib. (per matrem, materteram Augusti, cf. sub L. Marcio Philippo)*, uxor Paulli Fabii Maximi *(supra F 38)* consulis a. 743 *ib.; Tac. a. 1, 5 cf. Ovid. ex Ponto 1, 2, 140.* Laudes eius *Ovid. fast. 6, 803 seq.* Uxor Ovidii tertia ei dilecta *Ovid. ex Ponto l. c.* Marito causa exitii fuisse videbatur *Tac. l. c.* — *Haec* Marcia Fabi Maximi *in titulo servorum VI 23822*, Marcia Maxsimi *in titulo servi VI 7884, fortasse eadem* Marcia *in titulis servorum VI 9298 a (= VI 5, 977* c), 9535.*

185 MARCIA (*sic Seneca et Dio; pleno nomine puto* Cremutia Marcia), A. Cremutii Cordi annalium scriptoris filia *Seneca dial. 6, 1, 2, Dio 57, 24.* Iuliam Augustam (defunctam anno 29) familiariter colit *Seneca dial. 6, 4, 1.* Libros patris a. 25 publice abolitos clam servat et post interitum Seiani rursus edendos curat *Seneca l. c. 1, 3, Dio 57, 24 (cf. Tac. a. 4, 35).* — Mater duorum filiorum et duarum filiarum *Seneca l. c. 16, 5 seq. (mariti nulla mentio nisi fortasse 17, 1; cum Seneca scripsit, matrimonium diu cessasse apparet, divortio puto, cui sane mors mariti potest supervenisse cf. 24, 1; nam si Marcia maritum morte amisisset, id a Seneca memorari debuit). Ex nomine filii (cf. infra) videtur colligi posse, maritum dictum fuisse Metilium, fortasse Metilium Rufum (cf. infra sub Metilia Rufina).* Filios duos, quorum alter dictus Metilius *ib. 16, 8*, immaturis mortibus amisit *ib. 16, 6.* Metilium cum per tres annos immodice luxisset *ib. 1, 7,*

Seneca ad eam dedit librum de consolatione qui extat *dial. 6 (de tempore cf. infra sub Metilio).* Ex Metilio vidit neptes duas *ib. 16, 6. 8,* ex filiabus *(quae dictae fuisse videntur Metiliae Marcia et Rufina, cf. infra sub his)* nepotes *ib. 16, 6.*

186 Marcia: ad eam datum ex carminibus Petronio adscriptis unum *(Riese anthol. Lat. n. 218, Buecheler Petron. fragm. n. XXIII).*

187 Marcia, libertini generis *Vict. ep. 17,* concubina Quadrati *(infra Q 2)* interfecti a Commodo a. 182 *Dio 72, 4,* mox ipsius Commodi *Dio l. c., Anonymus refutat. haeres. 9, 12 p. 454 Duncker, vit. Comm. 8. 11. 17, Vict. l. c., Zosimus 1, 7,* habita ab eo loco iustae uxoris omniaque ei praebita ut Augustae πλὴν τοῦ πυρός *Herodianus 1, 16, 4.* Ministra scelerum Commodi *vit. Pert. 5.* Christianis favet *Dio (vel epitomator eius) l. c.;* φιλόθεος *auctor refut. haer. l. c.* Christianis in Sardiniam relegatis reditum impetrat a Commodo *ib.* Commodo caedem parat *Dio 72, 22, vit. Comm. 17, Vict. l. c., Zosimus 1, 7.* Una cum Laeto et Eglecto imperium destinat Pertinaci *Herodianus 2, 1, 3.* Nubit Eglecto *Dio 72, 4.* Occisa a Didio Iuliano *vit. Did. Iul. 6.* — *Eadem fortasse* Marcia Aurelia Ceionia Demetrias stolata femina, filia ut videtur M. Aurelii Augustorum liberti Sabiniani *X 5918 cum nota Mommseni.*

188 *MARCIA, prior uxor Septimii Severi *vit. Sev. 3, 3. Rectius* Paccia Marciana, *quam vide.*

— Metilia Marcia.

— PACIDEIA MARCIA.

189 MARCIA AVREL(IA) ALEXANDRIA clarissimae memoriae femina, uxor Claudii Amazonici (*vel* Amazonii), viri egregii *titulus sepulcralis ei a marito positus V 4057.*

190 Marcia Aurelia Ceionia Demetrias stolata femina *X 5918 v.* Marcia *supra n. 187.*

191 MARCIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIA. *Tituli: Olympiacus, archaeol. Zeitung 1877 p. 103 n. 74 (1); Atticus, CIAtt. III 894 a (2).* Μαρκία Κλαυδία Ἀλκία Ἀθηναὶς Γαβιδία Λατιαρία *t. 1,* Μαρκία Ἀθηναὶς *t. 2;* Παναθηναὶς *Philostratus vit. soph. 2, 1, 10.* Herodis Attici (et Regillae *t. 1*) filia *t. 1. 2, Philostratus,* ante patrem defuncta *Philostratus l. c.* (item ante sororem Elpinicem *Philostratus l. c.; etiam ante matrem Regillam i. e. est ante annum 161, defunctam esse statuit Dittenberger Herm. 13 p. 84, adhibito carmine Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1389 v. 15, cf. supra sub matre Appia Annia Regilla*). Honores ei mortuae habiti ab Atheniensibus *Philostratus l. c., cf. t. 2.*

192 MARCIA CRISP[INILL]A (Crisplinia *traditur*), uxor *Muonii Materni viri clarissimi *t. male descriptus XI 703.*

193 MARCIA FAVONILLA Q. Marcii Faustiniani praetoris filia *XIV 2931.*

194 MARCIA FVRNILLA. *Filiam fuisse Q. Marcii Bareae Surae (supra n. 161) et Antoniae Furnillae ostendit nomen, confirmat memoria servi*

*eius in sepulcro Antoniae Furnillae relicta (cf. infra).* Eam uxorem duxit Titus nondum quaestorius, mox sublata filia dimittit *Suet. Tit. 4.* Marciae divi Titi servus *in sepulcri, cui mater illius inlata erat, pariete nomen suum inscripsit, Notizie degli scavi 1880 p. 130 tab. IV fig. 4.*

— [VAL]ERIA MAR[CIA] HOSTILIA CRISPINA MOECIA CORNELIA.

195 MARCIA OTACILIA SEVERA AVGVSTA. *Sic plene nummi, cf. Eckhel 7 p. 332 et Cohen² 5 p. 133. 143 seq., titulique non pauci, sed Marciae vocabulum interdum scribitur* Marc. *vel* M., *interdum omittitur;* Σεβῆρα *Eusebius h. eccl. 6, 36, qui solus ex scriptoribus eam memorat.* — Coniux M. Iulii Philippi Aug. *nummi, tituli, Eusebius;* mater Philippi iunioris *tituli (VIII 8323 cf. 10077, Eph. ep. 7, 594). Nupsit Philippo ante a. 238, si vere filius eorum occisus est a. 249 agens annum vitae duodecimum (cf. sub M. Iulio Philippo Caesare, supra I 308). Nummi Alexandrini eius a primo anno Philippi usque ad extremum procedunt.* Fertur Origenis epistula ad eam *Euseb. h. eccl. 6, 36.*

196 MARCIA POSTVMA MESSENIA LVCILLA AEMILIA P. f., clarissima femina *titulus Valentinus Hispaniae II 3740.*

197 MARCIA TARRIA PLOTINA clarissimae memoriae femina, vixit annis XVI diebus X, defuncta duodeviginti diebus ante sororem geminam Luciam Liciniam Urbanam *t. urbanus bull. comunale 1880 p. 24 n. 185.*

198 Marcomarus, rex nationum barbararum quas imp. M. Aurelius vicit *Victor Caes. 16, 11.*

199 Marcus, Alexandri alabarchae filius, Berenices *(supra I 431),* Agrippae regis filiae, maritus primus *Ioseph. ant. 19, 5, 1.*

200 *Marcus philosophus, ad nuntium de Gordiani morte Romae Caesar a senatu creatus statimque defunctus *Zonaras 12, 18 (etiam a Cedreno I p. 451 ed. Bonn. enumeratur Marcus imperator cum aliis inter Gordianum et Philippum, item, ut indicavit mihi Mommsen, in laterculo quodam imperatorum hausto ex chronicis Malalae integris, cf. chronic. minor. vol. III).*

— P. AELIVS AELIANVS ARCHELAVS MARCVS.

— Iu . . udius (Iu[c]u[n]dius?) Marcus.

— *MARTIVS IVLIVS MARCVS.

201 Mareades *(sic Amm. Marc. 23, 5, 3,* Mariades *Malalas,* Mariadnes *Dionis continuator),* sive Cyriades *trig. tyr. (quod idem est, cf. S. Fraenkel Hermae vol. 22 p. 649),* patre Cyriade *trig. tyr. 2, 1,* civis Antiochiensis, curia eiectus quod pecuniam publicam avertisset *Malalas l. XII p. 295 ed. Bonn.* ('patrem fugiens, cum luxuria sua et moribus perditis sanctum senem gravaret' *trig. tyr.),* ad Persas transiit eosque contra Antiochiam duxit *Malalas l. c., trig. tyr. 2, Ammian. 23, 5, 3, Dionis continuator sub Valeriano (Dio V p. 218 ed. Dindorf).* Capta Antiochia a Sapore, utpote proditor, occisus *Malalas, Ammian. l. c.* — 'Antiochia

capta et Caesarea Caesareanum nomen meruit; atque inde vocatus Augustus, cum omnem orientem vel virium vel audaciae terrore quateret, patrem vero interemisset (quod alii historici negant factum), ipse per insidias suorum, cum Valerianus iam ad bellum Persicum veniret, occisus est' *trig. tyr. 2, 2. 3 cf. Mommsen hist. Rom. 5 p. 431 not. 2.*

202 Mariamme, Alexandri et Alexandrae filia, Hyrcani et Aristobuli regum Iudaeae neptis, Herodi desponsa inde ab a. u. c. 712 *Iosephus ant. 14, 12, 1. c. 13, 7 cf. bell. 1, 12, 3.* Herodis uxor inde ab a. 717 *ant. 14, 15, 14, bell. 1, 17, 8.* Ex eo mater trium filiorum et duarum filiarum *bell. 1, 22, 2.* A. 725 a marito necata propter suspicionem adulterii *bell. 1, 22 cf. ant. 15, 3, 5–9, c. 7, 1–5 (et praeterea Schürer Gesch. des jüd. Volks² I p. 298. 316 not. 50).*

203 Mariamme *(nomen est Ioseph. ant. 18, 5, 4, bell. 1, 28, 4; 29, 2; 30, 7),* Simonis filia, propter pulchritudinem ab Herode uxor ducta (c. a. u. c. 730) *Ioseph. ant. 15, 9, 3.* Pater eius ad pontificatum evectus *ib.* Natus ex ea Herodi filius nomine Herodes *Ioseph. bell. 1, 28, 4, ant. 17, 1, 3 cf. 18, 5, 4.* Repudiata, utpote conscia insidiarum ab Antipatro Herodi structarum *Ioseph. ant. 17, 4, 2, bell. 1, 30, 7.*

204 Mariamme, Archelai ethnarchae Iudaeorum uxor prior, ab eo repudiata ut Glaphyram duceret *Iosephus ant. 15, 13, 4, bell. 2, 7, 4.*

205 Mariamme, Iosephi et Olympiadis, Herodis Magni filiae, filia, Herodis regis Chalcidis uxor prior; ex hoc mater Aristobuli *Iosephus ant. 18, 5, 4. 20, 5, 2, bell. 2, 11, 6.*

206 Mariamme, Aristobuli et Berenices filia, regis Herodis Magni neptis, Agrippae regis soror *Iosephus bell. 1, 28, 1.*

207 Mariamme, Agrippae et Cypri filia *Iosephus bell. 2, 11, 6, ant. 18, 5, 4,* desponsata a patre Iulio Archelao Chelciae filio *ant. 19, 9, 1,* cui post mortem patris nupsit *ib. 20, 7, 1,* et hoc relicto Demetrio Alexandrino *ib. 20, 7, 3.*

208 MARIANA VALERIANA clarissima femina: servus eius *IX 6083, 130 (signaculum Aeclani servatum).*

209 Marianus, Lupercaliorum poeta *Philargyr. ad Verg. ecl. 1, 20 (inde Baehrens poet. Lat. fragm. p. 384).*

— M. CAECILIVS RVFINVS MARIANVS.

— P. Postumius Marianus.

— .. [S]ept(imius) Maria[nus].

— P. Vibius Marianus.

210 Mariccus, Gallus, e plebe Boiorum, a. 69 turbas apud Haeduos excitavit, mox captus et interfectus *Tac. h. 2, 61.*

211 P. Maridius Maridianus egregius vir, procurator Sardiniae a. 257 *miliarius Sardus, Eph. ep. 8, 770 (idem fortasse nomen erat in miliario X 8028, ubi tamen qui solus descripsit Angius Sardus edidit* Ianuario).

212 MARINIANA: diva Mariniana *nummi ap. Eckhel 7 p. 388. 389, Cohen² 5 p. 341 seq., in his unus cusus Viminacii* an. XV *i. e. a. p. Chr. 254. Videtur fuisse mulier ex domo Valeriani, fortasse ipsius uxor ante imperium eius defuncta. Cf. sub eo qui sequitur.*

213 MARINIANVS (Marianus, Marinus *nonnulli fastorum laterculi cf. Mommsen chron. min. I p. 289. 442,* Marianianus *fasti Hydat., errore calami*) consul ord. a. 268 cum Paterno iterum *fasti. Eiusdem nomen in nummo Gallieni quem edidit Friedländer Zeitschr. f. Num. 10 (1883) p. 58 ubi fortasse ipse repraesentatur sub habitu pueri una cum Gallieno in curru vehens (adscriptum* XX [*vel* XV?] cos. Mariniano). *Puer igitur ex domo Valeriani, filius fortasse Marinianae quae praecedit.*

214 Marinus, sub Philippo a Moesis et Pannonicis exercitibus Augustus appellatus, mox oppressus *Zosimus 1, 20. 21. Idem videtur* Ti. Cl(audius) Mar. Pacatianus Aug. *cf. sub hoc.*

— TI. CL(AVDIVS) MAR(INVS) PACATIANVS AVG.
— CL(AVDIVS) [SOLLEMNIVS] MARINVS.
— L. DIDIVS MARINVS.
— L. Didius Marinus.
— Iulius Marinus.
— L. IVLIVS MARINVS CAECILIVS SIMPLEX.
— C. LICINIVS MARINVS VOCONIVS ROMANVS.
— Postumius Marinus.
— Trebatius Marinus.
— Trebellius Marinus.
— P. VALERIVS MARINVS.

215 Marius, puellam adamatam occidit, se ipsum praecipitavit *Horat. serm. 2, 3, 277.*

216 Marius, poeta, varia scripsit temporibus Ovidi *Ovid. ex P. 4, 16, 24. Cf. Teuffel Litt. 252, 12.*

217 Marius, Atinas: ei in patriam rediturus praedium suum commendat Martialis *ep. 16, 92. Incertum num idem* Marius *Mart. 7, 87, 5.*

218 C. MARIVS C. f. *(patris nomen dat nummorum infra citatorum pars et titulus VI 9610),* tribu Tromentina *(tribus adiecta et in t., ubi vocabulum plene perscriptum, et in nummis).* Triumvir monetalis sub Augusto non ante annum 737 *(Eckhel 6 p. 103),* sed non multo post *(cf. Mommsen hist. numm. p. 743 not. 10) nummi apud Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 204 seq. Ad servum eius pertinet titulus columbarii urbani VI 9610.*

219 Sex. Marius (Μάρκος Σέξτος *Xiph.*), Hispaniarum ditissimus *Tac. a. 6, 19* (servus eius Cordubae sepultus *II 2269*), Tiberio amicus *Dio 58, 22.* A. 25 accusatur a Calpurnio Salviano conterraneo, sed frustra *Tac. a. 4, 36,* denuo a. 33 incesti commissi cum filia, et saxo

Tarpeio deicitur *Tac. a. 6, 19, Dio 58, 22.* Bona eius fisco cesserunt *Tac. l. c. Nomen ab hoc Mario traxisse videntur* mons Marianus Baeticae *cf. tit. II 1179 ibique auctores ab Huebnero citatos;* massa Mariana *XIV 52;* aes Marianum sive Cordubense *Plin. h. n. 34, 4; cf. Hirschfeld Verw. I p. 75 not. 1 et p. 78 not.*

220 T. Marius, Urbinas, ab infimo militiae loco beneficiis Augusti ad summos castrenses honores promotus et ex eis locupletatus, in testamento ne mentionem quidem Augusti fecit *Val. Max. 7, 8, 6. — Fortasse non diversus (ut coniecit Bormann CIL. XI p. 894 not. 2).* T. Marius Siculus C. f., tribu Stel. *(origine scilicet Urbinas),* honoribus Urbini functus, tr. mil. leg. XII, praef. duor. prin. (?) — *verba* praef. duor. prin. *alter ex descriptoribus omisit* —, praefect. in cl(asso) Cn. Lentul. praet. — *apographa etiam* praef. *admittunt* — in Sicilia *t. Urbinas XI 6058 ad duo apographa nescio num accurata.*

— IMP. CAES. M. AVRELIVS MARIVS AVGVSTVS.

221 Q. Marius Balbus, a. p. C. 5 cum nescio quo populo provinciae Baeticae hospitium fecit eumque in clientelam suam recepit *II 1343.*

222 *MARIVS CALESTRIVS MAXIMVS septemvir epulonum *XIV 3470. Cf. infra sub C. Servilio Septidiano Firmo.*

223 MARIVS CELSVS. Legatus legionis quintae decimae Apollinaris, cum qua a. 63 ex Pannonia in Asiam transit *Tac. a. 15, 25.* Consul designatus a Nerone in partem a. 69 *Tac. h. 1, 77 cf. 1, 14.* A Galba adhibitus in consilio de eligendo successore *Tac. h. 1, 14;* ab eodem ad milites Illyricianos missus *ib. 1, 31. 39, Plut. Galb. 25.* Ab Othone irae militum subtractus *Tac. h. 1, 45, Plut. Galb. 27,* mox inter amicos habitus *Tac. h. 1, 71, Plut. Otho 1* et in bello contra Vitellianos adhibitus *Tac. h. 1, 87. 90. 2, 33. 40, Plut. 5. 7. 8,* militibus tamen suspectus *Tac. 2, 23.* Post pugnam Bedriacensem quomodo se egerit *Plut. Oth. 13, Tac. 2, 44.* Consulatu eum demovere, nec sine exitio eius (insimulando eum apud Vitellium), studuit Caecilius Simplex, sed frustra *Tac. h. 2, 60.* Consul cum Arrio Antonino *(circa Iun. Iul. Aug., cf. Mommsen eph. ep. I p. 191) Tac. h. 1, 77.*

224 P. MARIVS C[EL]S[VS] (P. Marius *Frontinus de aq. 102; in consulatu* P. Marius C[el]s[us] *triptychon Pompeianum ap. de Petram n. 114,* P. Marius *Tac. a. 14, 48, VI 16521,* Rubrius Marius *vit. Persii ap. Reifferscheid in ed. Suet. p. 72;* Marius *plerique consulum laterculi,* Macrinus *Prosper)* consul ord. a. 62 cum L. Afinio Gallo *fasti.* Curator aquarum a. 64—66 *Frontinus de aq. 102. Incertum num huius* P. Mari servus *VI 9110. (Non recte olim a nonnullis confusus cum eo qui praecedit, cf. Borghesi opp. 5, 321).*

225 Q. MAR[I]VS CELSVS praetor peregrinus a. p. C. 31 *fasti mag. fratr. Arv. (CIL. I ed. 2 p. 71).*

— TI. IVLIVS CANDIDVS MARIVS CELSVS.

226 [Ma]rius Censo[rinus] *(nomen non plene lectum in codice)*, memoratur a. 218 *Dio 79, 2 loco lacunoso.*

227 MARIVS CORDVS proconsul Asiae primis Neronis annis *nummi cum capitibus Neronis et Agrippinae (Mionnet IV 232, 236; Waddington fastes des prov. asiat. n. 86 ex collectione mus. Britannici et sua; revue num. 1884 p. 28 n. 23; mus. Berol.); similis nummus cum capite solius Neronis (Mionnet S. VII 511, 154 ex Vaillant).*

227[a] M. Marius Festus Caecilianus, procurator Aug. n. stationis aquarum *fistula urbana apud Lancianium syll. aq. n. 571.*

228 M. Marius Florentinus, pater senatoris, M. Triti Florentis filius *t. Lugdunensis, ap. Boissieu p. 492 = Allmer et Dissard musée de de Lyon II p. 127.*

229 SEX. MARIVS LIGVSTINVS C. f., decemvir (stlitibus iudicandis) *t. Urbaniae olim adservatus, XI 6064.*

230 C. MA[RIVS?] MARCELLVS, legatus Caesaris Augusti nescimus quo tempore *CIAtt. 3, 593 cf. Dittenberger Eph. ep. 1 p. 253.*

231 C. MARIVS MARCELLVS OCTAVIVS PVBLIVS CLVVIVS RVFVS consul suff. d. 13 Iun. 80 cum L. Aelio Plautio Lamia Aeliano *dipl. mil. (III p. 854).*

232 Marius Maturus, procurator Alpium maritimarum, Othonianos provinciae finibus arcere intendit *Tac. h. 2, 12.* Diu fidus Vitellio *Tac. h. 3, 42,* tandem ad Vespasiani partes transit *ib. c. 43.*

233 L. MARIVS MAXIMVS PERPETVVS AVRELIANVS. *Tituli urbani quattuor VI 1450 (1). 1451 (2). 1452 (3). 1453 (4), Veliternus X 6567 (5), Ardeatinus X 6764 (6). Memoratur in t. Thyatireno bull. de corr. hell. 10 p. 417 (7). Errore olim Marii nomen esse creditum est in t. Africano VIII 795 v. 4.*

L. Marius Maximus Perpetuus (Perp. *om, ut vid. t. 5*) Aurelianus *t. 1. 2. 3. 6,* Marius Maximus *t. 4. 7, itemque qui scripta eius citaverunt paene constanter, item vel* Maximus *Dio,* Marius *vit. Avid. Cass. 9 sed ubi praecedit* Marius Maximus. L. f. *t. 1. 5.* Tribu Quirina *t. 1.* Quattuorvir viarum curandarum, tribunus laticlavius legionis XXII Primigeniae, item III Italicae, quaestor urbanus, tribunus plebis candidatus, allectus inter praetorios, curator viae Latinae *t. 1.* Versus scripsit in Commodum, de quibus postea gloriabatur *vit. Comm. 12.* Legatus *(in Moesia)* legionis primae Italicae *t. 1.* Dux exercitus Mysiaci *(= Moesiaci, etiamtum legatus puto legionis primae Italicae)* apud Byzantium *(a. 195/96)* et apud Lugudunum *(a. 197) t. 1 cf. Borghesi opp. 5, 462.* Legatus provinciae Belgicae *t. 1 (hanc legationem Borghesius posteriorem consulatu fuisse putat et coniunctam cum legatione Germaniae).* Consul (suff. a. inc.) *t. 1.* Sacerdos fetialis *t. 1. 5. 6.* Legatus Augustorum duorum *(i. e. inter annos 198/209)* pro pr. provinciae Germaniae inferioris *t. 1. 2.* Legatus Augustorum duorum pro pr. provinciae Syriae Coelae *t. 1.* Proconsul

provinciae Africae *t. 3. 5. 6.* Proconsul Asiae *t. 5. 7,* Caracalla in Asia morante (a. circ. 214/5) *t. 7 (videtur enim in hoc t. proconsulatus mentio ad Caracallae ἐπιδημίαν spectare, non ad tempus quo t. positus est);* proconsul provinciae Asiae iterum *(intellege per duos annos continuos) t. 3. 6 (proconsulatus tam Africae quam Asiae anteriores esse anno 223 ostendit t. 6 plene lectus).* Praefectus urbi *t. 3. 4. 5. 6,* in locum Adventi factus a Macrino a. 217 *Dio 78, 14.* Epistula Macrini ad eum *Dio 78, 36. 79, 2.* Consul iterum *t. 5. 6,* ordinarius a. 223 cum L. Roscio Paculo Papirio Aeliano *fasti.* — *Romae videtur habitavisse in monte Caelio, testibus titulis t. 1. 2. 4 qui eo loco reperti sunt.* — Curator rei p. Faventinorum *t. 1.* Patronus et curator coloniae Ardeatinorum *t. 6.* Patronus (Veliternorum) *t. 5.* — Scripsit vitas imperatorum *scriptores hist. Aug. passim,* a Nerva *schol. Iuvenal. 4, 53,* usque ad Elagabalum *vit. Heliog. 11, 6. Fragmenta composuit Peter historicorum Rom. fragm. p. 332–339.* Scripta eius multum lecta temporibus Ammiani *Amm. Marcell. 28, 4, 14. Diversum esse vitarum Augustarum scriptorem a duce Severi sine idonea ut puto causa coniecit I. I. Müller ap. Büdinger Unters. z. röm. Kaiserg. III p. 32. 173.*

— C. Lucan(ius) Severus Mar(ius) Maximus.

— Q. VENIDIVS RVFVS MARIVS MAXIM(VS) L. (?) CALVINIANVS.

— P. Besius Betuinianus C. Marius Memmius Sabinus.

234 MARIVS NEPOS praetorius: eius aeri alieno succurrit Ti. Caesar *Seneca ben. II 7.* Inter eos, quos prodigos et ob flagitia egentes senatu movit Tiberius aut sponte cedere passus est *Tac. a. 2, 48 (sub a. 17).*

235 D. Marius Niger, inter heredes C. Cestii ultimo loco *VI 1375.*

236 MARIVS PERPETVVS *(sic t. Orcistanus, plerumque* Perpetuus; Πῖος *fasti Graeci alteri; errore olim a nonnullis dictus* Titius Perpetuus *cf. Borghesi opp. 5 p. 479)* consul ord. a. 237 cum L. Mummio Felice Corneliano *t. Orcistanus, Herm. 22 p. 311; fasti. Idem fortasse* Perpetuus praetor urbanus *VI 316.*

237 L. MARIVS PERPETVVS. *Titulus Apulensis III 1178 positus ei inter annos 211 et 222 (1). Memoratur in titulis pontis fluvii Chabinae III S. 6709. 6710 (2). Frater fortasse L. Marii Maximi Perpetui Aureliani. Praenomen exhibet t. 1. Cursum honorum exhibet t. 1, in quo tamen honores inter quaesturam et consulatum capessendi omittuntur, ne consulatus quidem diserte memoratur.* Tribunus laticlavius legionis IIII Scy[thi]cae *t. 1.* Quaestor candidatus Augusti *t. 1.* Legatus legionis XVI Flaviae f. *t. 1. 2,* sub Severo et Caracalla (a. 204? *sed numeri perturbati, cf. Mommsen ad t.*) *t. 2.* Praeses provinciae Arabiae *t. 1.* Curator rerum publicarum Urbisalviensium et Tusculanorum *t. 1.* (Consul suff. a. inc.). Legatus Augusti (Caracallae?) pro pr. provinciae Moesiae superioris *t. 1.* Consularis Daciarum trium (inter annos 211 et 222) *t. 1.*

238 L. Marius Perpetuus, L. f., tribu Quir.; promagister hereditatium, procurator monetae, procurator patrimonii, procurator vicesimae hereditatium, procurator stationis hereditatium, procurator provinciarum Lugudunensis et Aquitanicae; pontifex (minor populi Romani?) *t. Lugdunensis, ap. Boissieu p. 236.*

239 MARIVS PRISCVS *(sic Plin.,* Marius *Iuvenalis)*, natione Baeticus *Plin. ep. 3, 9, 3.* Consul *ib. 2, 11, 12* (suff. a. inc.). *[A. 87 Sept. 10 qui fasces gessit* Priscus, *hunc esse coniecit Henzen Arv. p. 47].* Septemvir epulonum *Plin. ep. 2, 11, 12.* Proconsul Africae *Plin. ep. 2, 11, 2. 3, 9, 2.* Ex ea provincia repetundarum accusatus a. 99–100, agentibus causam Cornelio Tacito et Plinio Secundo, et damnatus *Plin. ep. 2, 11. 2, 12, 1. 3, 9, 2–4. 6, 29, 9, ad Trai. 3a; Iuvenalis 8, 120.* Exul *Iuvenalis 1, 49.*

240 C. MARIVS PVDENS CORNELIANVS legatus legionis septimae Geminae, a Cluniensibus in Hispania patronus cooptatus a. 222 *VI 1454.*

241 MARIVS SECVNDVS, in senatum a Macrino adlectus et Syriae Phoenice praepositus a. 218 Aegypti quoque partem aliquam rexit, quam Macrino servare studuit *Dio 78, 35.*

242 M. MARIVS TITIVS RVFINVS. M. f., tribu Stellatina *(origine sine dubio Beneventanus)*, quattuorvir (*scr.* Xvir) stlitibus iudic., tribunus laticlavius legionis I Adiutricis p. f., sevir turmarum equitum Romanorum, quaestor provinciae Macedoniae, tribunus plebis, praetor, curator Amerinorum, proconsul provinciae Siciliae, curator coloniae Agrippinensium, legatus legionis I Minerviae p. f., cos. (suff. a. inc.) *t. Beneventanus IX 1584.*

243 MARIVS VALERIANVS legatus Aug. pro praetore Britanniae a. 221. 222 *tituli Britannici VII 585. 965. Archaeological journal, Dec. 1893.*

244 L. MARIVS VEGETINVS LVCANVS TIBERENVS clarissimus puer, filius L. Marii Vegetini Marciani Miniciani et Claudiae Artemidorae, vixit mensibus sex diebus XXI *VI 1458.*

245 L. MARIVS VEGETINVS MARCIANVS MINICIANVS MYRTILIANVS *(sic t. 1, nisi quod* Vegitinus *et* Myrtitianus *traditur in t. semel descripto;* L. Marius Vegetinus Marcianus Minicianus *t. 2. 3,* Vegetinus *t. 4). Tituli quattuor urbani VI 1455 (1). 1456 (2). 1457 (3). 1458 (4).*

L. filius *t. 2.* Tribu Galeria *t. 1. 2.* Clarissimus iuvenis *t. 3.* Clarissimus vir *t. 1. 2.* Triumvir kapitalis a. a. a. f. f. f. *(sic uterque titulus)*, quaestor urbanus, tribunus plebis, praefectus frumenti dandi *t. 1. 2.* Legatus legionis XXII Primigeniae; legatus provinciae Baeticae *t. 1. 2 (hoc ordine honores exhibet t. 2; duas legationes, provinciae Baeticae et legionis XXII, invertit t. 1).* Praetor *t. 1. 2. 4.* Consul (suff. a. inc.) *t. 2.* — Uxor Claudia Artemidora *t. 4.* — Nondum honoribus functus amisit parvulam filiam Mariam Rufinam *t. 3,* praetor vel praetorius filium L. Marium Vegetinum Lucanum Tiberenum *t. 4.*

Digitized by Google

246 MARIA AVREL(IA) (*vel* AVREL(IANA)) VIOLENTILLA, Perpetui cons(ularis) viri filia, cons(ularis) femina, coniux Q. Egnatii Proculi consulis *t. Asculanus IX 6414 b. Incertum num haec* ... [V]iolentill(a) c(larissima) f(emina) *t. urbanus, Notizie 1888 p. 435. Pater videtur fuisse unus ex Mariis Perpetuis supra n. 233. 236. 237.*
247 Maria Casta, T. f., L. Maesi Rufi *(supra n. 63)* uxor *t. Forosempronicnsis XI 6117.*
— CLAVDIA MARIA MAXIMA MARTIA SECVNDA.
— VIBIA MARIA MAXIMA.
248 MARIA RVFINA clarissima puella, filia L. Marii Vegetini Marciani Miniciani, defuncta menses nata IIII dies VII *VI 1457.*

249 Maro, delator sub Tiberio *Seneca ben. 3, 26, 2.*
— P. Vergilius Maro.
250 Maroboduus *(sic Tacitus, Velleius, Victor ep.,* Marobodus *Suet. Ti. 37, Victor Caes. [cod. Bodl.],* Μαροβοδ- *vel* Μαροβουδ- *vel* Βαροβουδ- *codices Strabonis)*, nobilis Germanus, adulescens Romae benigne ab Augusto acceptus, deinde rex gentis suae Marcomanorum, quos in Bohemiam transtulit, diu potens, Romanis modo hostis modo amicus, a. p. C. 18 *(de anno cf. Nipperdey ad Tac. a. 2, 62)* regno expulsus ad Tiberium confugit et Ravennae consenuit *Strabo 7, 1, 3 p. 290; Vell. Pat. 2, 108. 109. 119. 129; Tac. a. 2, 26. 44–46. 62. 63. 88; 3, 11; id. Germ. 42; Suet. Tib. 37; Vict. Caes. 2, 4 (cf. Mommsen Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1884 p. 954), epit. 2, 8. Cf. Mommsen hist. Rom. V p. 34. 54.*
251 Marsaeus, amator Originis mimae *Horatius serm. 1, 2, 55.*
252 Marsus: epistula ad eum Archigenis medici (qui Romae florebat temporibus Traiani), qua ei consilium dat, quomodo patri memoriam restituat *Galenus περὶ τῶν πεπονθότων τόπων lib. 3 (VIII p. 150 seq. ed. Kühn). Fortasse e nobilibus illius aetatis.*
— Appius Annius Marsus.
— Domitius Marsus.
— SERVILIVS MARSVS.
— C. VIBIVS MARSVS.
253 Marsyas Agrippae Iudaei *(supra I 88)* libertus, domino fidus *Ioseph. ant. 18, 6, 3. 7.* Agrippae nuntiat mortem Tiberii *ib. 10.*
— P. IVLIVS IVNIANVS MARTIALIANVS.
— T. ANTONIVS MARTIALIS PVDENTIANVS.
— L. CAESIVS MARTIALIS.
— AP. CL(AVDIVS) * MARTIALIS.
— COELIVS MARTIALIS.
— Cornelius Martialis.
— Gargilius Martialis.
— Iulius Martialis.
— Iuventius Martialis.

— C. MATIVS (*vel* MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIANVS ANICIVS MAXIMVS CAESVLENVS MARTIALIS PISIBANVS LEPIDVS.

— L. NOVIVS CRISPINVS MARTIALIS SATVRNINVS.

— P. NOVIVS SATVRNINVS MARTIALIS MARCELLVS.

— Cn. Nunnius Martialis.

— Q. Rammius Martialis.

— C. Sextius Martialis.

— M. Valerius Martialis.

— [V]ICIRIVS MARTIALIS.

254 Martianus, gladiator: ab hoc genitus esse dicebatur Nymphidius Sabinus *Plut. Galba 9.*

254ª Martianus, medicus, clarus Romae temporibus Galeni *Galenus περὶ τοῦ προγινώσκειν c. 3. 4 (XIV p. 614 seq. ed. Kühn).*

255 Martina, veneficiis in provincia Syria infamis, Munatiae Plancinae percara, post Germanici mortem Romam missa, sed Brundisii subita morte extincta *Tac. a. 2, 74. 3, 7.*

— Latinius Martinianus.

— L. LVCCEIVS MARTINVS *(v. add.).*

256 *L. Martius (Λεύκιος ὁ Μάρτιος) Romae curatus a Galeno sub Marco et Vero *Galenus XV p. 456 ed. Kühn.*

257 *MARTIVS IVLIVS MARCVS *(sic alterum ex duobus apographis tituli VII 1186, alterum* RKP II CHVL Marcus, ....reus *VII 351)* legatus propraetore Britanniae a. 213 *tituli Britannici VII 351. 1186.*

258 .. MARTIVS MACER (Marcius Macer *Tac. h. 2, 23. 71,* Macer *ib. c. 35. 36;* Martius ....r *t. Arretinus; cognomen Macri in t. Arretino supplevit Borghesi opp. 3 p. 183)* L. f., tribu Pomptina *(origine puto Arretinus),* tribunus militum legionis secundae, quattuorvir viarum curandarum, [quaestor], aedilis curulis, praetor, legatus Claudii pro praetore provinciae Moesiae et legionum quartae Scythicae et quintae Macedonicae *(cf. Domaszewski mus. Rhen. 1890 p. 1 seq.),* proconsul provincia Achaiae [citr]a sortem *(adhuc sub Claudio ut videtur) t. Arretinus XI 1835.* Ab Othone gladiatoribus praepositus prope Cremonam prospere adversus Vitellianos pugnat *Tac. h. 2, 23,* mox versa fortuna a militibus ad exitium poscitur *ib. c. 35. 36.* Consulatus ab Othone ei destinatus a Vitellio dissimulatur *ib. c. 71.*

259 P. MARTIVS SERGIVS SATVRNINVS salius Palatinus factus a. 180 *VI 1979 v. 15. Filius puto P. Martii Veri qui consul iterum fuit a. 179. Fortasse hic Sergius Saturninus memoratur una cum Martio Vero in fistula urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 504.*

260 M. MARTIVS TORQVATVS septemvir epulonum *XIV 3470. Cf. infra sub C. Servilio Septidiano Firmo.*

261 P. MARTIVS VERVS. *Tituli ipsi positi non extant, memoratur in Troesmitanis III 6169 (1) III S. 7505 (2), in Batanaeo CIGr. 4601 (3), in urbano VI 2004 (4). Tria nomina extant in t. 4, et in mentionibus*

*prioris consulatus XI 1924, alterius consulatus VI 2979, XII 2390;* Martius Verus *t. 1. 3, Fronto, vit. Veri 7, Suidas, item in consulatu XIV 2856, VI 31027 [melius quam VI 5, 3260*],* (Martius Ver[us] *XV 4372*, Mart. Verus *XV 4375*, Mar[tius] Verus *III S. 8663;* M .... *t. 2*); *cognomine solo utuntur Dio (vel Dionis epitomator) 71, 23. 25. 29 et vid. Avid. Cassii 9. Cf. Napp de rebus imperatore M. Aurelio in Oriente gestis (diss. Bonn. 1879) p. 65 seq.*

Legatus legionis quintae Macedonicae, initio imperii Marci et Veri *t. 1.* Vero in Syria morante rem bene gerit contra Parthos *vit. Veri 7 cf. Dio 71, 25; Fronto ad Verum imp. 2, 3 p. 131 Naber.* Armeniis regem imponendum curat *Suidas s. v.* Μάρτιος *(anno 164, ut colligi potest ex nummis Veri ap. Eckhel 7, 91),* mox ipse Armeniam post Statium Priscum peragrat *Suidas l. c. cf. Dio 71, 14; legatus ut videtur Cappadociae, quo munere fungens etiam Priscus Armeniam subiecerat (cf. VI 1523) et quo certe paulo postea ipse fungebatur. (Veteranus aliquis miles factus anno 145,* functus expeditione Orientali *sub eo, t. 2).* Consul suff. cum M. Vibio Liberale a. 166 *dipl. mil. (III S. p. 1991),* mense Martio (et Apr.) *XI 1924.* Legatus Cappadociae M. Aurelium certiorem facit de defectione Avidii Cassii *Dio 71, 23, vita Avid. Cassii 9.* In Syriam missus litteras in Cassii occisi scriniis inventas comburit *Dio 71, 29.* Legatus Syriae etiam Commodo a Marco in societatem imperii adsumpto (a. 177) *t. 3.* Consul II ordinarius una cum Commodo II a. 179 *fasti.* Cooptatus in collegium aliquod sacerdotale a. 180; in defuncti ut videtur eius locum alius suffectus a. 190 *t. 4. Pater puto P. Martii Sergii Saturnini.* — Ofilli Macedonis et Marti Veri et Sergi Saturnini *fistula (urbana ut videtur), ap. Lancianium syll. aq. n. 504.*

— CLAVDIA MARIA MAXIMA MARTIA SECVNDA.

— CORNELIA MARVLLINA.

— NERATIA MARVLLINA.

— Pompeia Marulli[na].

— (AELIVS) MARVLLINVS.

262 Marullus ἱππάρχης (ἔπαρχος *coni. Hudson*) missus a Gaio in Iudaeam *Iosephus ant. 18, 6, 10. Procurator scilicet Iudaeae, successor Pontii Pilati, cf. Rohden de Palaestina et Arab. p. 34.*

263 Marullus (*libri Senecae passim* Marillus), rhetor, praeceptor Senecae et Porcii Latronis *Seneca contr. 1 praef. 22. 2, 17. 7, 2, 11* (schola eius *contr. 1 praef. 24*). *Declamationes eius passim adferuntur apud Senecam, cf. ind. Kiesslingii p. 545.*

264 Marullus: ei mortem filii parvuli molliter ferenti Seneca epistulam consolatoriam scripsit quam misit Lucilio *Seneca ep. 99, 1.*

265 Marullus, mimographus *Galenus* περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων *(II p. 631 ed. Kuehn), vit. Marci 8, 1,* Marcum et Verum impune perstrinxit *vit. Marci l. c.* Citatur *Serv. ad Verg. Buc. 7, 26, Aen. 7, 499.* Memo-

ratur *Hieronym. contra Rufinum 2, 20, postremo in carmine quodam S. Paulino adscripto, ap. Schenkl Poetae christ. min. I p. 506 v. 79. Cf. Haupt Herm. 1 p. 43; Ribbeck comicorum Rom. fr., ed. 2 (1873) p. 394; Manitius mus. Rhen. 1895 p. 153.*

— Baebius Marullus.

— L. COSSONIVS EGGIVS MARVLLVS.

— C. EGGIVS MARVLLVS.

— L. Eggius Marullus.

— Q. IVNIVS MARVLLVS.

— MAECIVS MARVLLVS.

— M. Aurelius Masculus.

266 Masgabas, puer Augusto dilectus, anno ante ipsum defunctus et Capreis sepultus *Suet. Aug. 98 (natione Maurus, ut indicat nomen, cf. Liv. 45, 13, 12).*

267 Massa, avarus *Martial. 12, 29, 2. Fortasse Baebius Massa.*

— BAEBIVS MASSA.

— C. PAPIRIVS MASSO.

268 Masticius Fabianus, inter nobiles a Septimio Severo occisos *vit. Sev. 13, 3.*

269 Mastor, captivus Iazyx, Hadrianum mori volentem non audet, ut promiserat, percutere *Dio 69, 22.*

270 Masurius (Μασσούριος *Athen. VI p. 271 b,* Μανσούριος *codices epitomae I p. 1 c, praeterea* Μασούριος), verba faciens inducitur ab Athenaeo in convivio Larensis *Athenaei epitomator I p. 1 c et ipse Athenaeus passim cf. Kaibel ind. ad Athenaeum vol. III p. 563.* Vir omnibus bonis artibus eruditus, imprimis vero iuris peritus *Athenaeus XIV p. 623 c et Athenaei epitomator I p. 1 c, cf. Kaibel praef. p. XXIX seq. Nomen et ingenium fictum putat Kaibel praef. p. VI ad similitudinem Masurii Sabini qui sequitur.*

271 Masurius Sabinus (Mass- *cod. Flor. Dig. 1, 2, 2, 48, item Persii et Gellii codices nonnulli, Macrobii sat, 3, 6, 11 cod. Par., sed primam syllabam corripit Persius; nude* Sabinus *auctores iuris passim, nude* Masurius *Persius, Plinius in contextu constanter, Arrianus, alii). Origine fortasse Veronensis, cum in titulo Veronensi V 3924 inter curatores templi alicuius nominetur* C. Masurius Sabinus C. f. *(cf. Borghesi opp. 7 p. 171).* Iuris scientia clarus, in qua Ateio Capitoni quodammodo successit *Pomponius Dig. 1, 2, 2, 48.* Ius publice respondendi habuit a Tiberio concessum *ib. 48. 50.* Equestris ordinis, in quem (?) anno demum fere quinquaginta natus receptus est *ib.* Vixit usque ad Neronis tempora *Gaius 2, 218.* Memoratur ut legum peritus ab aequalibus *Persio sat. 5, 90 et Epicteto Arrianeo 4, 3, 12. Libri eius alii adhibiti a Plinio maiore, Gellio, Macrobio, de iure civili libri* (iuris civilion βιβλία τρία *ind. Dig. Flor.) fundamentum totius iuris prudentiae temporum insequentium:* 'ad Sabinum' Pomponius scripsit libros minime XXXV, Paulus minime XVI, Ulpianus minime LI *ind.*

*Dig. Flor.* (Sabinus, consularis vir, ad quem libros Ulpianus scripsit, ab Elagabalo occidi iussus *vit. Elag. 16, nugatorie, cf. supra sub Fabio Sabino*). *Cf. Karlowa röm. Rechtsgeschichte I p. 686 seq.; Lenel palingenesia iuris civilis II p. 187 seq.*

272 Masyus (Μαίσυος *Suidas*), Semnonum rex, honorifice a Domitiano exceptus *Dio 67, 5 (exc. de leg.) et ex Dione Suidas s. v.* θειάζουσα.

— T. HATERIVS NEPOS ATINAS PROBVS PVBLICIVS MATENIANVS.

— Pescennius Materianus (Mater[n]ianus?).

— CAECILIA MATERNA.

— FLAVIVS MATERNIANVS.

273 MATERNVS *(sic plerumque,* Paternus *catal. pontif. Rom. ap. chronogr. a. 354, chron. min. ed. Momms. I p. 74)* consul ordinarius a. 185 cum (Ti. Claudio) Bradua Attico *fasti. A nonnullis idem existimatur M. Cornelius Nigrinus Curiatius Maternus (II 3783. II S. 6013); potius fuit Triarius Maternus dignus qui imperaret visus a. 193 (vit. Pertin. 6, 4).*

274 Maternus, desertor, manu latronum coacta Galliam Hispaniamque vastavit Commodo imperante, mox ipsi Commodo insidias paravit, sed deprehensus et occisus est *Herodianus 1, 10; c. 11, 5. Cf.* Bellum desertorum *vit. Commodi 16, 2;* Pescennius Niger missus ad comprehendendos desertores, qui innumeri Gallias vastabant, Septimio Severo Lugdunensem provinciam obtinente *(i. e. circa annum 186, cf. sub L. Septimio Severo) vit. Pescennii Nigri 3, 3.*

275 Maternus, municeps et sodalis Martialis, iuris consultus *Martial. 10, 37.* Ad eum ut videtur *Martial. 1, 96. 2, 74.*

— P. ALFIVS AVITVS NVMER(IVS) MATERNVS.

— CAEC(ILIVS) MATERNVS.

— M. CORNELIVS NIGRINVS CVRIATIVS MATERNVS.

— Curiatius Maternus.

— Geminius Maternus.

— Iulius Maternus.

— *Muonius Maternus.

— Q. POMPONIVS MATERNVS.

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS.

— TRIARIVS MATERNVS LASCIVIVS.

— VAL(ERIVS) MATERNVS.

276 Matho, causidicus *Iuvenalis 1, 32. 7, 129. 11, 34. Fortasse nomen fictum, ut certo apud Martialem 4, 79. 6, 33, 1. 7, 10, 3. 4. 7, 90. 8, 42, 3. 10, 46. 11, 68 (cf. Friedländer ad Martialem I p. 23).*

— C. SALONIVS MATIDIVS PATRVINVS.

277 MATIDIA (Ματτιδία *traditur in titulorum Graecorum parte*), divae Marcianae *(sc. Ulpiae Marcianae, sororis Traiani)* filia *nummi ap.*

*Cohen II ed. 2 p. 102 n. 8–11, cf. tituli Matidiae iunioris III 5807. III S. 7213. X 3833. 4744–4747,* Augustae filia et divae *XIV 3579 v. 32 (pater fortasse fuit C. Salonius Matidius Patruinus, cf. sub hoc).* Augusta *nummi supra citati (item nummi Tralliani ap. Mionnet III p. 184 n. 1066. 1067); tituli Cretenses CIG. 2577. 2578, Ephesii CIG. 2965, Bull. de corresp. hellén. I p. 292, Apamensis CIG. 3958, Olisiponensis CIL. II 4993; Volubilitanus, c. r. de l'Acad. des inscr. 1888 p. 360; signaculum Allifanum CIL. IX 6083, 84. Augustam dictam fuisse iam anno 107 colligitur ex CIG. 2572. 2577 cf. Boeckh ad hunc t. Una cum Plotina repraesentatur in nummis Romano ap. Cohen II ed. 1 p. 92 = ed. 2 p. 99 et Mytilenaeo ap. Mionnet II p. 50 n. 131.* Socrus Hadriani *nummus Hadriani ap. Eckhel 6, 472 = Cohen II ed. 1 p. 166 n. 543, ed. 2 p. 152 n. 550,* mater Sabinae Augustae *t. Ephesius Bull. de corr. hell. I p. 292. Marito nomen fuisse L. Vibio ex t. VI 28804 probabiliter collegit Borghesius opp. 3 p. 241.* Traianum comitata in Asiam, mortui eius cineres Romam defert cum Plotina *vita Hadr. 5, 9 cf. XIV 3579.* Defuncta a. 119 et diva dicta *act. Arv. a. 119; nummi ap. Cohen II ed. 1 p. 95 n. 1–4, ed. 2 p. 102, item nummus Hadriani supra citatus;* in consecrationem eius unguentum et tus missum a fratribus Arvalibus calatoribusque eorum d. 23 Dec. 119 *act. Arv. VI 2080 (p. CLVIII ed. Henz. cum comm. p. 88).* In honorem eius orationem habuit vel scripsit Hadrianus, ex parte servatam in lapide Tiburtino *XIV 3579 cf. Mommsen Abh. d. Akad. d. Wissensch. 1863 p. 483 seq.* Diva Matidia *t. Dalmaticus III 2731; tituli Matidiae iunioris III 5807 III S. 7123 (in titulis X 3833. 4744–4747 quamvis et ipsis positis diu post consecrationem eius, non diva dicitur sed* Aug.*).* Sacerdotes divae Matidiae feminae *XI 415 (Arimini). V 5647 (Comi).* — Basilica Matidies et Marcianes *Notitia urbis Romae reg. IX et app. (Jordan Top. II p. 556. 568);* 'templo Matidiae' *in fistula plumbea semel descripta saec. XVII, ap. Lancianium syll. aq. n. 143; cf. Lanciani bull. comunale 1883 p. 5 seq.*

278 MATIDIA (Vibia Matidia? *cf. infra*). *Tituli Campani X 3833 (1). 4744 (2). 4745 (3). 4746 (4). 4747 (5), Vicetinus V 3111 (6), Augustanus III 5807 (7), Ephesius III S. 7213 (8), fortasse etiam urbanus valde mutilus VI 1007 (9); tubi plumbei Ostiensis XIV 1978 (10) et agri Tusculani, Eph. ep. 7, 1257 (11).* — Aug(ustae) filia *(sic t. 1–5. 10. 11) vel* divae Matidiae Augustae *(scilicet Matidiae eius quae praecedit)* filia *t. 7. 8 (de patre, L. Vibio ut videtur dicto, cf. sub matre),* divae Marcianae Augustae neptis *t. 2. 3. 6. 7. 8,* divae Sabinae Augustae soror *t. 1–8,* imp. Antonini Aug. Pii matertera *t. 1–5. 8. 9 (?) (matertera Antonini dicitur utpote soror uxoris patris eius adoptivi).* Apud eam M. Aurelii iam Augusti parvulae filiae hospitabantur *Fronto ep. ad Anton. imp. 2, 1 p. 104 Naber (supervixit igitur Antonino Pio, cf. Mommsen Herm. 8*

*p. 208).* Hereditas eius adita ab Augustis *Fronto ad M. Caes. (vere ad M. imp.) 2, 16 p. 38, cf. ad amic. 1, 14, p. 183 Naber; cf. Mommsen Herm. 8 p. 199. 209. Praedia videtur habuisse in Africa postea imperatorum, VIII 8812 cf. itin. Anton. p. 18, tab. Peuting. (VIII p. 766).* Procurator Matidiae *IX 3668.* 'Ex liberalitate Matidiarum' res publica Vicetinorum a. 242 statuam posuit Gordiano *t. Vicetinus V 3112, ubi videtur intellegi pecunia vel reditus quos olim Vicetinis donaverant haec Matidia (cf. V 3111) et ea quae praecedit, non aliae nescio quae Matidiae.*

279 C. MATIVS (*vel* MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIANVS ANICIVS MAXIMVS CAESVLENVS MARTIALIS PISIBANVS LEPIDVS. *Titulus Gemonae rep. V 1812 honores sine ordine enumerans.* C. Matius Sabinius Sullinus Vatinianus Anicius Maximus Caesulenus Martialis Pisibanus Lepidus *t. Gemonensis,* C. Mattius Sullinus *fasti saliorum Palatinorum VI 1980, 3.* Tribu Collina *t. Gemonensis.* Patricius *ib.* Salius Palatinus *id.,* ex quo sacerdotio exiit a. 186 *fasti saliorum;* flamen Iulianus *(eodem ut puto anno 186) t.* Sevir equitum Romanorum; triumvir monetalis; allectus inter quaestorios; praetor candidatus; consul suff. a. inc. *tit. Gemonensis.* Curator et patronus (Gemonensium ut videtur) *id. Incertum num idem ....* [Pi]sibanius Lepidus *qui recensetur in laterculo aliquo inedito urbano una cum Quintillo aliquo, Cornelio Dextro, Curtio Crispino.*

280 Matronianus, praefectus praetorio sub Carino *vit. Carini 16, 4.*

281 Matthias, Iosephi historici pater *Ioseph. vit. 2, bell. prooem. 1,* a. 66 filium in Galilaea degentem certiorem facit de rebus Hierosolymitanis *Ioseph. vit. 41.*

282 Matthias, Iosephi historici frater *Ioseph. vit. 2.*

283 L. MATVCCIVS FVSCINVS. *Tituli Numidiae VIII 2501 (1). 2630 (2). 2637 (3). VIII S. 17857 (4). 17858 (5) (praeterea nomen eius fuisse putandum est VIII 2653).* Legatus pro pr. legionis III Augustae *t. 1–5,* a. 158 *t. 1. 5.* Consul designatus *t. 4. 5,* a. 158 *t. 5 (consul igitur videtur fuisse aut ipso anno 158 aut anno 159).* 'Constitutio divi Pii ad Tuscium (*scr.* Matuccium) Fuscianum legatum Numidiae' *Dig. 37, 5, 7, quod recte ad hunc rettulit Renierius.* Uxor Volteia Cornificia *t. 2.* — Patronus nescio cuius corporis Ostiensis *XIV 249.*

284 MATVCCIA FVSCINA L. Matuccii Fuscini legati Numidiae a. 158 et Volteiae Cornificiae filia *VIII 2630. Eadem puto* Matuccia ...... *(cognomen periit)* L. f. *t. Tiburtinus XIV 3596 (anni 164).*

285 M. Maturius Victorinus, vir egregius, praeses (provinciae Mauretaniae Tingitanae) et patronus Volubilitanorum *t. Volubilitanus, Bull. du comité des travaux historiques, section d'archéologie 1891 p. 140 n. 106.*

286 Maturus Arrianus *(sic cod. Riccardianus in indice ad ep. 4, 8 et 4, 12,* Arrianus Maturus *codices omnes ep. 3, 2 in tenore epistulae,*

*praeterea* Arrianus). Altinatium princeps, eques Romanus *Plin. ep. 3, 2.* Amicus Plinii, litteris deditus *(cf. ep. 1, 2, 2. 4, 8, 4)*, ad quem ille dedit *ep. 1, 2. 2, 11. 12. 4, 8. 12. 6, 2. 8, 21.* Ei a Maximo quodam impetrare aliquod, 'quod sit splendidum nec molestum' cupit Plinius *ep. 3, 2.*

— C. ANNIVS LAEVONICVS MATVRVS.

— Marius Maturus.

— P. ATTIVS DECIANVS FELIX MATVTINVS.

287 Maura, mulier impudica *Iuvenalis 6, 308. 10, 224.*

288 Maurentius: per eum Didius Iulianus caterva imperatoria stipatus; antea Sulpiciano [se?] coniunxerat *vit. Did. Iul. 3, 1.*

— Iunius Mauricianus.

289 Mauricius (Mauritius *traditur*), 'potens apud Afros decurio' apud Thysdrum plebem in Maximinum concitavit *vit. Gordian. 7, 4.*

— Murrentius Mauricius.

— IVNIVS MAVRICVS.

— Q. IVNIVS MAVRICVS.

— L. PONTIVS MAVRICVS.

— M. VALERIVS BRADVA MAVRICVS.

— Aelius Maurus.

— Max.... Paulinus *bull. comunale 1884 p. 8 n. 709. V. infra* Paulinus *(P 125).*

290 MAXIMA (Maxuma *scribitur in t.*), ... filia, fetialis u[xor?] *fragmentum urbanum, Bullett. comunale 1881 p. 21 n. 458.*

291 ......A MAXIMA clarissima femina, Tineii Tarrutenii Attici uxor *t. agri Tiburtini XIV 3517.*

— AEMILIA CORNELIA SCRIBONIA MAXIMA.

— CAELIA MAXIMA.

— CLAVDIA MARIA MAXIMA MARTIA SECVNDA.

— NONIA MAXIMA.

— PORCIA M[AX]IMA OPTATA.

— Reginia Maxima.

— SOSSIA MAXIMA.

— Statilia Maxima.

— VIBIA MARIA MAXIMA.

— T. (*an* Titius?) CAMPANVS PRISCVS MAXIMIANVS.

— C. IVLIVS CELSVS MAXIMIANVS.

— M. IVLIVS MAIOR MAXIMIANVS.

— M. VALERIVS MAXIMIANVS.

— C. Vallius Maximianus.

292 MAXIMIL(L)A clarissimae memoriae femina *t. rep. in coemeterio christianorum suburbano q. d. Priscillae, de Rossi bull. crist. 1880 p. 31.*

— Antonia Maximilla.

— Baebia Fulvia Claudia Paulina Grattia Maximilla.

— Egnatia Maximilla.
— NVMISIA MAXIMILLA.
— VELIA PVMIDIA MAXIMILLA.
— Q. MARCIVS VICTOR FELIX MAXIMILLIANVS.
— P. MARCIVS VICTOR MAXIMILLIANVS.

293 Maximinus, a Tacito imperatore, adfine suo, Syriae praepositus, a militibus occisus *Zosimus 1, 63 = Io. Antiochenus exc. de ins. (ap. Müller fr. h. Gr. IV p. 599); Zonaras 12, 28.*

294 Maximinus, histrio, a Vero e Syria Romam ductus, et Paridis nomine nuncupatus *vit. Veri 8, 7.*

— FABIVS MAXIMINVS.
— C. IVLIVS MAXIMINVS.
— IMP. CAES. C. IVLIVS VERVS MAXIMINVS AVG.
— SALVIVS NEN[IVS] L. (H)AIVS CAMP[ANI]ANVS CN. PLO[TIVS] MAXIMINVS *cet.*
— M. VMBILIVS MAXIMINVS.

295 MAXIMIVS ATTIANVS clarissimus vir, legatus pro pr. Germaniae superioris a. 229 *t. Moguntiacensis ap. Zangemeister Westd. Zeitschr. 11, 1892 p. 297.*

296 MAXIMVS dux Traiani bello Parthico, missus adversus eos qui defecerant pugna commissa occiditur *Dio 68, 30. Fortasse hic* consularis vir, temporibus Traiani in Mesopotamia a Parthis trucidatus *Fronto de bell. Parth. p. 144 ed. Mai = p. 217 Nab. (Mai, Niebuhr).— Diversus* M'. Laberius Maximus, *cf. sub hoc.*

296ª MAXIMVS quaestor provinciae Bithyniae, tribunus plebis, praetor; legatus Augusti missus in Achaiam ad ordinandum statum liberarum civitatum *Plin. ep. 8, 24. Videtur esse* Sex. Quinctilius Valerius Maximus, *cf. sub hoc (Q 23).*

297 MAXIMVS senator Romanus, ex Africa oriundus, orator praecipuus, Aristidis orationes magni putat *Aristides or. XVII (vol. II p. 415 Dind.).*

298 ..... MAXIMVS C. f., tribu Cor. *(origine sine dubio Aeclanensis),* [quattuorvir viarum cura]ndarum, sevir [eq. Romanorum], [quaestor ...ex s.] c.(?), trib. pl., pr., c[urator viarum Traianae et Au]rel(iae)(?); patronus co[loniae] (Aeclanensis) *IX 1126.*

299 [M]AXIMVS [legatus legionis V Mac]edonicae [in Moesia infe]riori *(supplementum non certum) fragmentum urbanum Eph. ep. 4, 824.*

300 MAXIMVS consul (suff. a. inc.) cum Tertullo *Ulpianus Dig. 48, 5, 30 (29), 5. Cf. sub Tertullo.*

301 ... MAXIMVS cooptatus inter sodales Augustales a. 200 *VI 1991 = XIV 2393.*

302 MAXIMVS consul ord. a. 207 cum Apro *fasti.*

303 ... MAXIMVS procos. (Africae) a. 217 *t. Hadrumetinus (semel descriptus) VIII 10026.*

304 MAXIMVS legatus Augusti pro pr. Britanniae a. 225 *VII 732.*

305 [MA]XIMVS salius Palatinus cooptatus a. 226 *bull. comunale 1881 p. 7 n. 440.*

306 MAXIMVS consul ord. a. 232 cum Lupo *fasti.*

307 MAXIMVS consul iterum *(iterationis nota modo ponitur, modo omittitur)* ord. a. 233 cum Paterno *fasti.*

307ª MAXIMVS consul iterum ordinarius a. 254 cum Urbano *fasti. Videtur esse* M. Clodius Pupienus Maximus, *cf. sub hoc.*

308 MAXIMVS consul ord. a. 253 cum Volusiano Aug. *fasti.*

308ª MAXIMVS consul ord. a. 256 cum Glabrione *fasti. Est* L. Valerius Maximus *cf. sub hoc.*

309 Maximus, Marcianopolim fortiter contra Gothos defendit *Dexippus exc. de strategem. (Müller fr. hist. Gr. III p. 675).*

310 Maximus, 'ut quidam in litteras rettulerunt', pater Probi qui imperavit; 'cum ordines honestissimc duxisset, tribunatum adeptus, apud Aegyptum vita functus est' *vit. Probi 3, 2.*

311 Maximus, Parthenii libertus, Domitiani caedem adiuvat *Suet. Dom. 17; Dio 67, 17.*

312 Maximus, Traiani libertus et procurator *(sic Plin. ep. 27, 85,* adiutor Virdii Gemellini procuratoris *ipse Traianus ep. 28),* in Bithynia agens *Plin. ad Trai. 27. 28. 85.* Ad frumentum comparandum profectus in Paphlagoniam *ib. 25.*

313 Maximus, inimicus Pompeii Plantae *(fortasse lacessitus ab eo libris de bello Vitelliano, cf. sub Pompeio Planta, P 483),* libros adversus eum scripsit et multis legendos dedit vivo Planta; eos audita morte Plantae ut edat monuit eum Plinius *ep. 9, 1. Fortasse* Sex. Quinctilius Valerius Maximus *(Q 23).*

314 Maximus: eius iudicio librum suum nescio quem subicit Plinius *ep. 8, 19. Fortasse is qui praecedit.*

315 Maximus: ab eo Maturo Arriano equiti Romano impetrare aliquod cupit Plinius 'quod sit splendidum nec molestum' *Plin. ep. 3, 2. Cf. infra sub C. Vibio Maximo.*

316 Maximus: ad eum dedit *Martialis 1, 7. 69. 5, 70 (idem nomen ib. 7, 73. 10, 77). Cf. infra sub C. Vibio Maximo.*

317 Maximus, Veronensibus in memoriam uxoris defunctae, quae fuerat ex Verona, gladiatorium munus edidit *Plin. ep. 6, 34.*

318 Maximus, heres Valerii Vari, debitor Atilii Crescentis amici Plinii *Plin. ep. 6, 8, 4.*

319 Maximus: Maximo nescio cui inscriptae sunt epistulae *Plinii 2, 14 6, 11. 7, 26. 9, 23.*

320 Maximus, pistor Nicomediensis *Plinius ep. ad Trai. 74.*

321 Maximus, iuris auctor(?) *fr. Vat. 40* ('ut Maximus adserit').

322 Maximus, Tyrius, philosophus Platonicus *(sic inscriptio dissertationum eius),* Romae vixit sub Commodo *Suidas s. v.* Inter praeceptores

M. Aurelii Caesaris enumeratur *Euseb. chron. (vers. Arm. ad a. 2164, Syncell. p. 663, 2, cf. Hieronym. ad a. 2163) errore, confusus cum Claudio Maximo.* Extant dissertationes (διαλέξεις) eius numero XLI, quarum partem habuit, cum primum Romae commoraretur (τῶν ἐν Ῥώμῃ διαλέξεων τῆς πρώτης ἐπιδημίας *inscriptio dissertationum in codice Parisiensi).*

323 Maximus, Aegeensis ex Cilicia, libros scripsit de eis quae Apollonius Tyanensis Aegis fecerit *Philostratus vit. Apoll. 1, 3. 12 (inde pendet Eusebius contra Hieroclem c. 2).* Imperatori ab epistulis (ἠξιώθη δὲ καὶ βασιλείων ἐπιστολῶν οὗτος, εὐδοκιμῶν τὴν φωνήν) *ib. 12.*

324 Q. Maximus praep(ositus) lim(itis) *VIII 9791 t. semel nescio quam accurate et quam fideliter descriptus; fortasse nomen male lectum, et fuit* C. Iulius Maximus *(cf. supra I 284).*

325 Maximus Scaurus, centurio cohortis praetoriae, particeps coniurationis Pisonianae *Tac. a. 15, 50.*

— P. AELIVS SEVERIANVS MAXIMVS.
— C. AEMILIVS BERE[NI]CIANVS MAXIM[VS].
— P. Alfius Alennius Maximus Curtius Valerianus.
— P. ALFIVS MAXIMVS.
— P. ALFIVS MAXIMVS NVMER(IVS) LICINIANVS.
— ALLIVS MAXIMVS.
— Q. ALLIVS MAXIMVS.
— ANICIVS MAXIMVS.
— P. Anicius Maximus.
— M. ANNAEVS MAXIMVS AQVILA FVLVIANVS.
— L. ANNIVS MAXIMVS.
— L. APPIVS MAXIMVS NORBANVS.
— ARRIVS MAXIMVS.
— M. ARRIVS MAXIMVS.
— L. Arruntius Maximus.
— T. ATILIVS MAXIMVS.
— M. AVRELIVS COTTA MAXIMVS *vel* MESSALINVS.
— Bononius Maximus.
— L. CAECILIVS MAXIMVS.
— P. CAECILIVS ALLENIVS FAVSTVS MAXIMVS SEVERIANVS.
— CAELIVS .... ILLIANVS MAXIMVS.
— CAESONIVS MAXIMVS.
— CASSIVS MAXIMVS.
— .... CE[L]ER .... [M]AXIMVS CORNELIVS ... *L ... SINVS.
— CLAVDIVS MAXIMVS.
— Claudius Maximus.
— T. CLODIVS PVPIENVS PVLCHER M[AXIMVS].
— IMP. CAES. M. CLODIVS PVPIENVS MAXIMVS AVG.
— P. CLVVIVS MAXIMVS PAVLINVS.

— P. DELPHIVS PEREGRINVS AL[F]IVS ALENNIVS MAXIMVS *cet.*
— Q. FABIVS ALLOBROGICINVS MAXIMVS.
— **Fabius Maximus.**
— AFRICANVS FABIVS MAXIMVS.
— PAVLLVS FABIVS MAXIMVS.
— **T. Flavius Maximus.**
— L. FVLVIVS .... C. BRVTTIVS PRAESENS MIN .... VALERIVS MAXIMVS *cet.*
— C. FVLVIVS MAX(IMVS).
— [C.?] FVLVIVS MAXIMVS.
— **Gabinius Maximus.**
— GALERIVS MAXIMVS.
— ...IVS GALERIVS .... MAXIMVS.
— M. GAVIVS APPALIVS MAXIMVS.
— **M. Gavius Maximus.**
— C. GAVIVIVS MAXIMVS.
— GELLIVS MAXIMVS.
— Q. HERENNIVS SILVIVS MAXIMVS.
— **Iulius Maximus.**
— C. IVLIVS MAXIMVS.
— C. IVLIVS MAXIMVS CAESAR.
— **C. Iul(ius) Maximus.**
— Q. IVL(IVS) MAXIMVS.
— **Q. Iulius Maximus Demetrianus.**
— T. IVLIVS MAXIMVS MA... BROCCHVS SERVILIANVS *cet.*
— **Q. Iulius Maximus Nepotianus.**
— C. IVLIVS PISIBANVS MAXIMVS AEMILIVS PAPVS.
— IVNIVS MAXIMVS.
— **L. Laberius Maximus.**
— M'. LABERIVS MAXIMVS.
— M. LAELIVS FIRMINVS FVLVIVS MAXIMVS.
— M. LAELIVS FVLVIVS MAXIMVS.
— M. LAELIVS MAXIMV[S].
— M. LAELIVS MAXIMVS AEMILIANVS.
— **M. Magius Maximus.**
— L. MARIVS MAXIMVS PERPETVVS AVRELIANVS.
— C. MATIVS (*vel* MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIANVS ANICIVS MAXIMVS CAESVLENVS MARTIALIS PISIBANVS LEPIDVS.
— **Messius Maximus.**
— L. MVMMIVS MAXI[MVS] FA[VST]IANVS.
— **Novius Maximus.**
— **.....nius Ofillius Maximus.**
— **Q. Plotius Maximus Trebellius Pelidianus.**
— .. QVINTILIVS MAXIMVS.

— SEX. QVINTILIVS VALERIVS MAXIMVS.
— Rutilius Maximus.
— Q. SANQVINIVS MAXIMVS.
— M. SERVILIVS FABIANVS MAXIMVS.
— Severianus Maximus.
— Spurius Maximus.
— Statilius Maximus.
— T. Statilius Maximus Severus.
— T. STATILIVS MAXIMVS SEVERVS HADRIANVS.
— C. STERTINIVS MAXIMVS.
— Q. Sulpicius Maximus.
— C. Tattius Maximus.
— Terentius Maximus.
— M. TREBELLIVS MAXIMVS.
— TREBIVS MAXIMVS.
— Q. TVLLIVS MAXIMVS.
— Valerius Maximus.
— L. VALERIVS POPLICOLA BALBINVS MAXIMVS.
— Q. VENIDIVS RVFVS MARIVS MAXIM(VS) L.(?) CALVINIANVS.
— A. VERGILIVS MAXIMVS.
— C. Vibius Maximus.
— C. VIBIVS MAXIMVS EGRILIANVS.
— M. VLPIVS MAXIMVS.
— M. VLPIVS PVPES MAXIMVS.
— Urbius Maximus.

326 Mazippa, dux Maurorum rebellium a. 17 *Tac. a. 2, 52.*

327 Mebarsapes, rex Adiabenes, bello Parthico Traiani Romanorum hostis *Dio 68, 22.*

328 Medeus, post pugnam Actiacam Lycomedi Comanorum sacerdoti substitutus a Caesare *Dio 51, 2 (aliter Strabo 12, 3, 35 p. 558).*
— T. MVSTIVS HOSTILIVS FABRICIVS MEDVLLA AVGVRINVS.

329 Medullina, mulier impudica *Iuvenalis sat. 6, 322.* — 'Duae, inquit Probus, Medullinae eodem tempore fuerunt, ex quibus unam Valerio Claudio nuptam fuisse ait, alteram Neroni, priorem notam omnibus probris, quam hic significat, posteriorem famae honestioris' *Valla ad l. c. Apparet confundi Liviam Medullinam Claudii sponsam (supra L 213) et Messallinas eiusdem et Neronis uxores (cf. Strauch de personis Iuven. p. 55).*
— LIVIA MEDVLLINA.
— C. FVFIVS IVNIVS TADIVS MEFITANVS.

330 Megabates, Vardanis, regis Parthorum, frater: eum Antiochiae vidit Apollonius Tyanensis *Philostratus vit. Apoll. 1, 31, 1. Narratio ut videtur ficta (sic etiam A. v. Gutschmid Kleine Schriften III p. 48).*

331 Meherdates, Arsacida, Vononis filius, Phraatis nepos *Tac. a. 12, 10 cf. 11, 10,* obses Romanis datus *ib. 11, 10,* a. 49 a factione Parthorum regi Gotarzi infensa accersitus et iussu Claudii a C. Cassio praeside Syriae ad Euphratem deductus, cum Assyriam intrasset victus a Gotarze vivere iubetur auribus decisis *ib. 12, 10–14. — Nummum aliquem regis Parthici, in quo non solum solito more nomen proprium suppressum, sed ipsa scriptura pessumdata erat, huic Meherdati nescio quam firmis de causis attribuit E. Q. Viscontius iconographie grecque [Paris. 1811] III p. 109.*

332 Meherdates (Μεερδότης *Mal.*), temporibus Traiani Persarum rex, Osrhois Armeniorum regis frater, Romanis bellum intulit; eum regionem Euphratensem vastaret, ex equo effusus graviter afflictus mortuusque est; heredem regni reliquit Sanatrucium filium *Malalas lib. XI p. 270 ed. Bonn., apud quem paulo post (p. 274) laudatur Arrianus* (Ἀρειανός). *Cum reliqui testes regem Parthorum temporibus Traiani Osrhoem perhibeant, narratio valde suspecta (et merito damnata a Mommseno R. Gesch. V p. 400 not. 1); quam tamen confusam tantum iudicat Gutschmid (ap. Dierauer in Büdingeri Untersuch. zur röm. Kaisergesch. I p. 176. 179) coniciens, Meherdatem errore dici a Malala regem Persarum, fratrem Osrhois regis Armeniorum, vere regem fuisse Armeniae, fratrem Osrhois regis Parthorum (narrationem Malalae tuetur etiam Boissevain Herm. 25 p. 335). Cf. infra sub Osrhoe. — Num vere ad hunc pertineat nummus argenteus regis Parthici inscriptus scriptura Parthorum indigena nomine 'Matradatis regis', aliusque nummus cum eodem capite, signatus ut videtur anno Seleucidarum 424 = p. Chr. 112/3 (nec tamen hic numerus omnino certus est), ut voluerunt nummorum periti (Percy Gardner Parthian coinage p. 55), non exploratum.*

333 Mela, equestris ordinis, cum reus ex procuratione a Tiberio principe accerseretur, subito expiravit hausto ut putabatur veneno *Plin. h. n. 19, 110.*

— M. Annaeus Mela.

— Fabius Mela.

— Pomponius Mela.

— C. Iulius Silvanus Melanio.

334 Melaenis, Domitii Marsi amica *Martial. 7, 29, 8. Fortasse nomen fictum.*

335 Melas (Μήλας; *fortasse scribendum* Μηνᾶς), ex megistanibus (δυνάστης) Cappadociae, missus ab Archelao rege Cappadociae ad Herodem, cum hic Alexandrum filium, generum Archelai, vinxisset *Iosephus ant. 16, 10, 6. 7.*

— Atedius Melior.

— Q. PETRONIVS MELIOR.

— Q. Petronius Melior.

— Umbricius Melior.

Digitized by Google

— Aelius Melissus.
— C. Maecenas Melissus.
— Aurelia Melitina.
— LVCIA POMPONIA MELITINE.
— DOMITIA MELPIS.

336 L. MEMMIVS C. f., tribu Galeria, quaestor, tribunus plebis, [praetor?], frumenti curator ex s. c., praefectus leg(ionum) XXVI et VII Lucae ad agros dividundos *(aut post Philippense bellum aut post Actiacum, cf. Mommsen Herm. 16, 171)*; pontifex Albanus *VI 1460 = XIV 2264*. — Filia: Memmia *ib.*
— Aurelius Memmius.

337 SENECIO MEMMIVS AFER *(sic t. Tiburtinus, neque aliter fuit in fastis feriarum Latinarum; videtur Senecio ei praenomen fuisse)*, tribu Galeria; legatus pro pr. Aquitaniae; proconsul Siciliae *t. Tiburtinus XIV 3517.* Consul *ib.*, suffectus mense Iunio una cum Sulpicio Lucretio Barba *fast. fer. Lat. (CIL. I ed. 2 p. 59), temporibus Traiani, fortasse a. 102 cf. Asbach anal. hist. et epigr. Latin. (Bonn. 1878) p. 29 et Hülsen CIL. I l. c.* — Filius L. Memmius Tuscillus Senecio *t. Tiburtinus.*

338 C. Memmius Afric[anus] C. f., C. n., tribu Quirina, adlectus in turmas equitum Romanorum a divo Hadriano .... *VIII S. 11007.*
— [T.?] Prifernius Paetus Memmius Apollinaris.

339 C. MEMMIVS CAECILIANVS PLACIDVS. *Tituli: urbanus Bull. comunale 1887 p. 179 (1); Umber Sentinas XI 5740 = Bull. dell' Instituto 1850 p. 140 (2).* C. Memmius Caecilianus Placidus *t. 1*, [Me]mmius Caec[il]ianus [Plac]idus *t. 2.* M. f. *t. 1.* Tribu Quirina *t. 1.* Consul (suff. a. inc.); augur *t. 1. 2.* *Ex posteris eius puto* M. Maecius Memmius Furius Baburius Caecilianus Placidus cos. ord. a. 343 *X 1700 cf. Borghesi opp. 8 p. 252.*

340 C. MEMMIVS FIDVS IVLIVS ALBIVS. *Tituli Africani VIII S. 11928 (1). 12442 (2). Nomina plene exhibet t. 2,* .... mmius Fidus *t. 1.* C. f.; tribu Quir. *t. 2.* Tribunus laticlavius legionis secundae Augustae, quaestor provinciae Asiae, aedilis Cerialis *t. 2.* Legatus pro pr. provinciae Africae *t. 1. 2,* a. 175 vel 176 (?) *t. 1 cum nota Schmidtii.* Praetor, iuridicus per Italiam regionis Transpadanae, legatus Aug. legionis VII Claudiae, proconsul provinciae Baeticae, praefectus Miniciae, curator viae Flaminiae, legatus Aug. pro pr. provinciae Noricae; consul (suff. a. inc.); sodalis Titius *t. 2.*
— M. ACILIVS MEMMIVS GLABRIO.
— ANTONIVS MEMMIVS HIERO.
— T. CAESERNIVS STATIVS QVINTIVS STAT[IA]NVS MEMMIVS MACRINVS.
— L. MEMMIVS POLLIO *v.* L. Mammius Pollio.

Digitized by Google

341 C. MEMMIVS REGVLVS *(tria nomina extant IV 3046. VI 397. 2002,* C. Regulus *Notizie 1891 p. 265).* Consul ord. a. 63 una cum L. Verginio Rufo *fasti. Potest fuisse filius P. Memmii Reguli cos. a. 31. Ei dedicatos fuisse coniecit Dittenberger titulos fractos CIAtt. 3, 616. 617. Hunc significari putant versu Martialis 12, 36, 8:* Pisones Senecasque Memmiosque et Crispos mihi redde, sed priores; *nescio num recte.*

342 P. MEMMIVS REGVLVS. *Tituli: Salonitanus III 2028 = III S. 8753 male descriptus (1); Atheniensis CIA. 3, 613 = Eph. ep. 1 p. 219 (2); Megarensis CIGr. 1076 = Inscr. Gr. sept. I 87 (3); Olympius arch. Zeitung 35 (1877) p. 191 n. 93 (4); Delius bull. de corr. hell. 3 p. 158 (5); Pergamenus III S. 7090 (6). Fistula plumbea Ariciae rep. XIV 2174 (7). Incertum utrum huius an filii fragmentum Atheniense CIAtt. 3, 614 (8). Mentio eius fieri videtur in titulis mutilis CIAtt. 616 (9). 617 (10) qui fortasse dedicati sunt filio eius. Plane incerta coniectura Dittenbergerus ad eum rettulit fragmentum CIAtt. 3, 615 (11). Nec minus incertum, utrum ab hoc positus t. Epidaurius III S. 7267.*

P. Memmius Regulus (Ῥῆγλος *tituli Graeci) acta Arv. et t. 2. 3. 7, idemque fuit in mutilis t. 4. 6, item t. 1 (ubi traditur* P. Mentinus Regulus) (Ῥῆγλος *nude est t. 5),* Memmius Regulus *vel* Regulus scriptores *plerique;* C. Memmius *Suet. Cal. 25, in praenomine errans.* P. f. (Πο[πλίου υἱός]) *t. 4 (modo sit recte suppletus).* Homo novus ('nova generis claritudine') *Tac. a. 14, 47 (pater igitur vix fuit Regulus [infra R 33] is quem consulem a. p. Chr. 18 fuisse docuerunt fasti Antiates recte lecti, X 6639 v. 19).* Consul suff. a. 31 ex kal. Oct. *fast. Nol. (X 1233); fast. Arv.* Adiutor Macronis in opprimendo Seiano (18 Oct. 31) *Dio 58, 9. 10.* Rixatur cum collega L. Fulcinio Trione *Tac. a. 5, 11 cf. 6, 4.* Poppaeo Sabino defuncto a. 35 in administratione Achaiae Macedoniae Moesiae succedit *Dio 58, 25 (cf. t. 2:* [πρεσβευτ]ὴν Τιβερίου Καίσαρος Σεβαστοῦ κ[αὶ ἀντι]στράτηγον). Consularis, exercitum regebat, cum uxor eius Lollia Paullina a Gaio Romam evocaretur *Suet. Cal. 25 (ubi sane traditur, praenomine diverso,* C. Memmius); eam Romam comitatus *Suet. l. c.,* coactus est ipse Gaio despondere *Dio 59, 12 (sub a. 38); Eusebius chron. (vers. Arm. s. a. Abr. 2052; Hieronymus s. a. 2055; Syncellus p. 622); cf. Tac. a. 12, 22. Hoc fortasse tempore inter fratres Arvales cooptatus est (cf. Henzen act. Arv. p. XLIV not. 3), inter quos aliquoties nominatur* [M]emmius Regulus mens. Sept. Oct. 38 *act. Arv.* Rursus est in Achaia sub finem regni Gaiani *Iosephus ant. 19, 1, 1,* item sub Claudio *t. 2. 3 (praeterea legationem eius memorant t. 1. 6 cf. t. 9. 11).* Proconsul Asiae *t. 6 (sub Claudio, post a. 47, cum in t. 6 usurpetur littera Claudiana).* A. 55 Romae promagister fratrum Arvalium *act. Arv.,* inter quos memoratur etiam a. 57. 58. 59. 60 *ib. (sacerdotii Arvalis mentionem facit etiam t. 6).* Moritur a. 61 *Tac. a.*

Digitized by Google

*14, 47.* Uxor Lollia Paullina *(v. supra)*. Divitiae modicae *Tac. l. c.* Praedia habet in agro Aricino *t. 7.*

342ª Mem[m]ius Ru...., procurator ut videtur aquarum sub Traiano *fistula urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 145.*

343 Memmius Rufinus, inter nobiles a Severo occisos *vit. Sept. Severi 13, 4.*

344 L. Memmius Rufus (*vel* Rufinus) *tegulae urbanae XV 1298. Non idem cum eo qui praecedit, sed eiusdem fortasse stirpis (cf. Dressel l. c.).*

— P. Besius Betuinianus C. Marius Memmius Sabinus.

345 L. MEMMIVS TVSCILLVS SENECIO Senecionis Memmii Afri *(n. 337)* filius *XIV 3597.*

346 *MEMMIVS TVSCVS (Nemmius Fuscus *traditur*) consul ordinarius sub Valeriano *vit. Aureliani 13, 1. Rectius* Nummius Tuscus, *cf. infra sub M. Nummio Tusco.*

346ª Memmius Valerianus, a quattuor militiis, vir egregius *VIII 2732.*

347 MEMMIA L. Memmi *(supra n. 336)* filia *VI 1460 = XIV 2264.*

348 MEMMIA Sulpicii consularis viri f., Catuli neptis, Severi Alexandri uxor *vit. Alex. 20, 3. Nummis (si exceperis Goltzianos, cf. Eckhel 7, 284) et inscriptionibus ignota.*

349 MEMMIA AQVILINA, M. f., clarissima femina *t. urbanus Eph. ep. 4, 825.*

350 Memmia Galla, avia Cottiae Gallae, mater ut videtur A. Cottii proconsulis Hispaniae *VI 1396.*

351 Memmia Macrina, L. f. *(sic 1302,* Mem. Macrina *1301,* M. Macri. *1300) tegulae urbanae XV 1300* (a. 134). *1301* (a. 134). *1302.*

352 MEMMIA PRISCA clarissima femina *titulus agri Mediolanensis V 5609.*

353 MEMMIA SOSANDRIS clarissima femina *pondus Lugdunense anni 226 (Allmer et Dissard I p. 190).*

354 Memor *(sic exc. Vat.;* Cecrops *Zos., sed intellegitur idem)* Maurus, sub Gallieno imperium affectans occiditur *Dionis continuator (exc. Vat., Dio ed. Dindorf V p. 220); Zosimus 1, 38.*

— L. OCTAVIVS MEMOR.

— Scaevus Memor.

— Publilius Memorialis.

— L. Aelius Aurelius Apolaustus Memphius.

— Arrius Menander.

— P. FLAVIVS MENANDER AFRICANVS.

355 Menecrates citharoedus, Neronis in hac arte magister *Dio 63, 1.* Ditatus a Nerone *Suet. Ner. 30.* — Menecratis cantica *Petron. sat. 73, vix huius. Nullo modo huc pertinet Menecrates in dialogo Luciani Nerone sive de fossione Isthmi verba faciens.*

— Ti. Claudius Menecrates.

— Iulius Menecrates.

— FLAVONIA MENODORA.

— TVLLIVS MENOPHILVS.

Digitized by Google

356 Mensor: imperatores Marcus et Lucius Flaviae Tertullae per Mensorem libertum rescripserunt *Dig. 23, 2, 57ª. Fuisse eum imperatoribus ab epistulis coniecerunt nonnulli (cf. Friedländer Sittengesch. I⁶ p. 187 not. 1). Res minime certa; ne id quidem constat Mensorem proprium nomen liberti illius fuisse.*

357 Mento, rhetor, auditus a Seneca *Seneca contr. 9, 4, 22. Passim laudatur a Seneca, cf. ind. Kiesslingii p. 545.*

358 Aurelius Merithates (Αὐρ. Μεριθάτη *t., casu tertio*), Pacori regis Armeniae frater, ab hoc Romae sepultus *t. urbanus CIG. 6559 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1472.*

— APIDIVS MERVLA.

359 L. MES..... vir clarissimus, pro[consul] (Africae) sub Gallieno, post a. 257 *VIII 1018.*

360 L. MESCINIVS RVFVS *(filius fortasse L. Mescinii Rufi quaestoris Ciceronis in Cilicia, Cic. ep. ad fam. 13, 26 cf. 5, 20 cet.)* triumvir monetalis anno 738 vel 739 una cum C. Antistio Vetere *(supra A 607)* et L. Vinicio *(cf. Mommsen hist. numm. p. 742 not. 9) nummi ap. Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 249 seq.*

361 MESCINIVS STRA ...(?) proconsul Achaiae(?) sub Augusto *nummi Chalcidensium cum capite Augusti (Imhoof-Blumer mon. gr. p. 222 n. 57. 58; Muret revue num. 1883 p. 66 n. 7; Boutkowski dictionnaire p. 940 n. 1084; male Mionnet Suppl. IV 361, 73) vel Liviae (Imhoof-Blumer l. c. n. 59) et inscriptione* Μεσκίνιος Στρα. (Στρ. *pro* Στρα. *Imhoof n. 58). Fortasse Mescinius* στρα(τηγός) *Chalcidensium.*

362 Mesomedes, Cretensis, Hadriani libertus et familiaris *Suidas s. v.,* lyricus *(vit. Pii, Suid.)* et artis citharoedicae conditor (ὁ τοὺς κιθαρῳδικοὺς νόμους συγγράψας *Dio, similiter Eusebius) Dio 77, 13, Eusebius chron. (vers. Armen. et Hieronymus ad a. Abr. 2160; Syncellus p. 662, 16).* Scripsit laudem Antinoi *Suidas.* Ei Pius salarium *(ab Hadriano puto concessum)* imminuit *vit. Pii 7, 8.* Caracalla, qui ipse cithara psallere didicerat, cenotaphium ei extruxit *Dio 77, 13. Eius ut videtur hymnus in Nemesin, ap. Bellermann die Hymnen des Dionysius u. Mesomedes [Berol. 1840] p. 26 seq. cf. p. 54; alia carmina eius, anth. Pal. 14, 63; app. Planud. 323.*

363 MESSALLA consul ord. a. 280 cum Grato *fasti.*

364 MESSALA 'ex familia nobili, orator potentissimus idemque doctissimus et in rebus bellicis, si adplicetur, fortis futurus': huic daretne in matrimonium Theocliam sororem, deliberat cum matre Severus Alexander *vit. Maximin. 29, 4 (fictic.).*

365 Messala, praeses Achaiae: epistula Decii ad eum *vit. Claudii 16.*

366 Messalla Rutilianus *t. suburbanus XIV 3966. Nomen videtur indicare hominem nobilem.*

— Calpurnia Messalla.

— M. SILIVS MESSALLA.

— L. VALERIVS MESSALLA.
— M. VALERIVS MESSALLA.
— M. VALERIVS MESSALLA BARBATVS APPIANVS.
— M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS.
— M. VALERIVS MESSALLA MESSALLINVS.
— M. VALERIVS MESSALLA POTITVS.
— L. VALERIVS MESSALLA THRASEA PRISCVS.
— L. VALERIVS MESSALLA VOLESVS.
— VIPSTANVS MESSALLA.
— L. VIPSTANVS (*vel* VIPSTANIVS) MESSALLA.
— L. VIPSTANVS PVBLICOLA MESSALLA.
— Aurelia Messalina.
— STATILIA MESSALINA.
— VALERIA MESSALINA.

367 MESSALINVS e consularibus patriciis per sanguisugas interemptus *Plin. h. n. 32, 123. Fortasse M. Aurelius Cotta Messalinus cos. a. 20.*

368 ..... MESSALINVS clarissimus vir, tribu Pap., adlectus inter patricios ab imp. (Caracalla) *t. Aquileiensis mutilus V 874.*

369 Messalinus (Μασσαλ*ηνός traditur, corr. Salmasius*) admirator Epicteti, Arriani amicus, cui hic dedicavit Epicteti enchiridion a se editum *Simplicius comm. in Epicteti enchir. praef. (Epictetus ed. Schweighäuser vol. 4 p. 6 cf. vol. 5 p. 180). Pro Messalino cos. a. 147 habet Salmasius ap. Schweighäuser vol. 5 l. c.*

— M. AVRELIVS COTTA MESSALLINVS *vel* MAXIMVS.
— PRAST(INA) MESSALLINVS.
— C. PRASTINA PACATVS MESSALLINVS.
— L. VALERIVS CATVLLVS MESSALINVS.
— M. VALERIVS MESSALLA MESSALLINVS.
— MARCIA POSTVMA MESSENIA LVCILLA AEMILIA.

370 Messius, iuris peritus, nominatur una cum Papiniano *Dig. 49, 14, 50.*

371 Messius Cicirrus, Campanus, scurra: eius altercationem cum Sarmento in villa Caudina habitam, cum ipse a. 717 Roma Brundisium iter faceret, describit *Horatius sat. 1, 5, 52 seq.* Eques Romanus *Porphyrio ad l. c.*

— Q. HERENNIVS ETRVSCVS MESSIVS DECIVS CAESAR.

372 T. MESSIVS EXTRICATVS *(nomen plenum extat VI 1984, praeterea* Extricatus) consul iterum *(iterationis nota plerumque omittitur, non reperitur nisi VI 1984. 2009)* ordinarius a. 217 cum C. Bruttio Praesente *fasti. Quando primum consul fuerit (modo fuerit; potest habuisse ornamenta consularia, ideoque dictus esse anno 217 consul iterum) ignoratur (plane incertum, quod coniecit Klein, consulatum eius priorem significari his litteris quas Henzenus bull. dell' Inst. 1867 p. 26 legit in pariete excubitorii vigilum regione urbis decima quarta* ... ilino .... xtiicato cos.).

— C. VALENS HOSTILIANVS MESSIVS QVINTVS CAESAR.

373 IMP. CAES. C. MESSIVS QVINTVS TRAIANVS DECIVS AVG. *Sic nomina leguntur in titulis plerisque (nec non in papyris Aegyptiacis, äeg. Urk. aus d. k. Mus. zu Berlin n. 287, Corp. pap. Raineri I p. 47), in titulorum optimo quoque (III 1176. 3723. 3746. 4010. V 2068. VI 1101. Bull. com. 1886 p. 370 cet.), item in dipl. mil. anni 249 (III p. 868),* Quintus *perscribitur;* C. *et* Q. *locum mutaverunt II 4958,* C. *om. titulus filii VI 1101; brevius* Traianus Decius *t. filii II 4058.* — Imp. C. M. Q. Traianus Decius Aug. *nummi commatis Romani plerique (Eckhel 7 p. 342, Cohen² 5 p. 185 seq.), pars minus plene* imp. Cae. Tra. Dec. Aug. *vel* imp. Traianus Dec. Aug., *in paucis Quinti et Traiani vocabula locum mutaverunt, sic:* imp. Caes. C. Mess. Trai. Q. Decius Aug. *(Cohen² n. 21. 59. 65. 119. 131. 132), in aliis Decii et Traiani vocabula inversa* imp. Caes. C. Mess. Q. Decio Trai. Aug. *(Cohen² n. 22–24. 37. 38. 52. 67. 68. 76. 94. 95. 120. 127. 128. 130); nec multum differunt nummi coloniarum (Cohen² n. 133 seq.), nummique Graeci.* — Decius *scriptores* (Traianus *solum fasti Graeci codicis Laurentiani alteri sub anno 250*).

Natus a. 200? *(mortuus scilicet a. 251, cum vixisset annos quinquaginta, Victor ep. 29).* Sirmiensium vico ortus *Vict. Caes. 29,* e Pannonia inferiore Budaliae natus *Eutrop. 9, 4 (Vict. ep. 29).* 'Militiae gradu ad imperium conspiraverat' *Vict. Caes.* Claris natalibus, omni virtute conspicuus *Zosimus 1, 21.* Senator *Iordanes Get. 16, 90. Fieri potest ut hic sit* Quintus Decius legatus Moesiae inferioris a. 234 *III S. 12519. Incertum num hic* Q. Decius Valerianus legatus Hispaniae Tarraconensis a. 238 *(cf. supra sub Q. Decio Valeriano), nam mirum esset Valeriani nomen de imperatore non reperiri. (Consul suffectus anno incerto, quippe anno 250 consul iterum).* In senatu, cum Philippus de Marini et Iotapiani seditionibus scripsisset, quae verba fecerit *Zosimus 1, 21; Zonaras 12, 19.* Invitus a Philippo ad exercitus Moesiae Pannoniaeque *(Moesiam solam memorat Zonaras)* mittitur *Zos. l. c., Zonaras l. c.;* missus a Philippo contra Gothos Moesiam Thraciamque vastantes *Iordanes Get. 16, 90.* Ab his exercitibus, quamvis repugnans, imperator appellatur *Zos. l. c., Zonaras l. c.* Consul iterum ord. a. 250 cum Vettio Grato *fasti.* Consul tertium ord. a. 251 cum Q. Herennio Etrusco Messio Decio filio *fasti.* Cum imperavisset annum unum menses XI d. XVII *chronogr. a. 354 (chron. min. ed. Momms. I p. 147),* annos duos non integros *Euseb. h. eccl. 7, 1, Zonar. 12, 20,* annum unum menses III *Eusebius chron.,* biennium *Victor Caes. 29, Eutrop. 9, 4,* menses triginta *Vict. epit. 29,* annos tres *Oros. 7, 21, 1,* contra Carpos profectus a barbaris circumventus et occisus est *de mort. persec. 4,* interfectus est una cum filio in barbarico *Eutrop. 9, 4,* barbaros persequens *Victor Caes. 29,* occisus in pugna Gothorum *Polemii Silvii laterculus (chron. min. I p. 521),*

Digitized by Google

contra Gothos bellum gerens cadit *Iordanes Get. 18, 103*, proditione Galli *Zosimus 1, 23, Zonaras 12, 20*, paludibus submersus *Victor ep. 29, Zosimus 1, 23, Zonaras 12, 20*, loco Moesiae inferioris dicto Abritto *Dexippus ap. Syncellum p. 376 A (Müller fr. hist. Gr. III p. 674, 16), Eusebius chron. (Hieronymus ad a. 2268, Prosper et paullo aliter Cassiodor. chron. ad a. 252, Iordan. Get. 18, 103), chronogr. a. 354 (de loco cf. praeterea Momms. ad V 942, et III S. p. 1971 not. 2). — De nomine Decii eraso cf. Huelsen bull. comunale 1894 p. 54 seq.* Uxor: Herennia Cupressenia Etruscilla; filii: Q. Herennius Etruscus Messius Decius; C. Valens Hostilianus Messius Quintus.

374 L. MESSIVS RVSTICVS consul suffectus mense Sept. a. 114 una cum L. Lolliano Avito *dipl. mil. (III S. p. 1975).* Curator alvei et riparum Tiberis et cloacarum urbis a. 121 *cippi terminales ab ipso positi VI 1240. Eiusdem nominis praeses provinciae Sardiniae vir perfectissimus sub Licinio (sic videtur), Eph. ep. 8, 795.*

375 M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIANVS ARRIVS PROCVLVS, M. Aemilii Papi et Cutiae Priscae filius, tribu Gal., decemvir stlitibus iudicandis *t. agri Tiburtini XIV 3516 sepulcralis positus ei a parentibus.*

376 M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS *(sic t. 1, nisi quod* Arius *traditur), plenius* M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS *(sic t. 2. 3). Tituli provinciae Baeticae: II 1371 positus a. 128 (1). 1282 positus a. 147 (2). 1283 (3).*

M. f. *t. 3.* Tribu Gal. *t. 3 cf. t. 2.* Quattuorvir viarum curandarum, tribunus militum legionis III Augustae, [quaestor] pro pr. provinciae Africae, tribunus plebis, praetor peregrinus *t. 1. 3.* Curator viae Aureliae *t. 1. 3.* Legatus legionis XX Valeriae victricis *t. 1. 3.* Sodalis Augustalis *t. 1. 3 (haec omnia consecutus est ante finem anni 128).* Consul *(suff. a. inc., non multum puto post a. 128, certe ante a. 147) t. 2. 3.* Praefectus aerarii Saturni *t. 3.* Curator operum publicorum *t. 3.* Legatus pro pr. provinciae Dalmatiae, sub Antonino Pio *t. 2. 3*, anno 147 *t. 2.*

377 M. Messius Rusticus Aemilius Verus Aelius Romulus Priscianus Titus(?) Proculus, M. f., tribu Galeria *titulus semel tantum (nec fortasse sine erroribus) descriptus II 1175.*

378 MESSIA QVINTA *(cognomen non certum, cum alter ex duobus tituli auctoribus habeat* Q ... *pro* Quinta), C. f., Nummulae *(lectio dubia)* clarissimae feminae filia ut videtur *t. Formianus X 6085 bis vel adeo semel tantum nescio quam accurate descriptus. Ex gente imperatoris Decii (supra n. 373) fuisse coniecit Borghesius opp. 4 p. 287.*

379 L. (MESTRIVS) ......, eius qui sequitur filius *Plutarchus quaest. conviv. 7, 4 (p. 702 f).*

380 L. MESTRIVS FLORVS. *Nummi Smyrnaei: v. Sallet Zeitschr. für Num. 4, 1877 p. 315 (1); Mionnet S. VI 337, 1673, melius Waddington fastes des prov. asiat. n. 102, 3 (mus. Berol.) (2), hic cum capite, illi cum mentione Domitiani; Mionnet III 225, 1260. S. VI 336, 1665 (mus. Berol.) cum capite Iuliae Titi f. (3). Memoratur in t. Ephesio, bull. de corr. hell. 1 p. 289. — Praenomen habent t. Ephesius et nummi 1. 2,* Mestrius Florus *Suet., Plut. Otho 14 et quaest. conv. 1, 9. 5, 7,* Florus *Plut. q. conv. passim, item nummus 3.*

A. 69 invitus Othonem secutus particeps fuit pugnae Bedriacensis *Plut. Otho 14.* Consul (suff. a. inc.) *Plut. l. c.; Suet. Vesp. 22.* Amicus Vespasiani *Suet. Vesp. 22.* Proconsul Asiae sub Domitiano *nummi; t. Ephesius. Waddingtonius (fastes n. 102) proconsulatum eius adtribuit a. 83/4, quod in n. 1 Domitianus Germanici cognomine careat, in n. 2 eodem ornatus sit.* — Amicus Plutarchi, cui campum Bedriacensem monstravit *Plut. Otho 14,* et qui eum inducit epulas exhibentem et verba facientem *quaest. conv. 1, 9; 3, 3. 4. 5; 5, 7. 10; 7, 1, 2. 4. 6; 8, 1. 2. 10.* Vetustatis amator *ib. 7, 4 (cf. Suet. l. c.).* — Filius eius Lucius *ib. 7, 4.* Gener eius Caesernius *ib. 7, 4 t. 6. — Incertum num idem* Mestrius Florus qui Silvano votum solvit Mursae *III 3274.*

— Mestrius Plutarchus *v.* Plutarchus.

381 P. MET..... consul suff. a. 91 mense Nov. cum Q. Valerio Vegeto *act. Arv. Plane incertum num fuerit, id quod coniecit Marinius, P. Metilius Secundus.*

— [Q. C]AECILIVS M[ETELLVS CRETICVS].

— Q. CAECILIVS METELLVS CRETICVS SILANVS.

— SER. CORNELIVS DOLABELLA METILIANVS.

— SER. CORNELIVS DOLABELLA METILIANVS POMPEIVS MARCELLVS.

382 METILIVS *(nomen ponitur 16, 8),* Marciae *(supra n. 185),* A. Cremutii Cordi filiae, filius, iuvenis defunctus *Seneca dial. VI (consolatio ad Marciam) passim,* tribus annis ante quam Seneca consolationem de eius morte ad matrem scriberet *ib. 1, 7. Si recte C. Baresch (Leipziger Studien zur cl. Phil. 9, 1886 p. 170 seq.) posuit, consolationem ad Marciam scriptam esse ante exilium Senecae, id est ante finem anni 41, Metilius mortuus sit necesse est ante finem anni 38.* — Pupillus relictus sub tutoribus usque ad quartum decimum annum fuerat, sed una cum matre habitaverat *Seneca l. c. 24, 1.* Militiam recusaverat, ne a matre discederet *ib.* 'Puer admodum sacerdotio dignus visus est' *ib. 24, 3 (honores nondum videtur gessisse).* Virtutes eius praedicantur *ib.* Reliquit duas filias *ib. 16, 6. 8 (cf. infra sub Metilia Marcia et Metilia Rufina.*

382ᵃ Metilius, maritus Pinariae, L. Pinarii Rusci *(infra P 310)* quaestoris filiae (vel sororis) *VI 1489.*

383 Metilius, praefectus praesidii Hierosolymitani (a. 66), Iudaeis seditiosis se dedit *Iosephus bell. 2, 17, 10.*

384 Metilius, veneficus *Martial. 4, 43, 6.*

— ... CIVS DEXTER AVGVS[TANVS ALPIN]VS BELLICIVS SOLLERS METILIVS ...... VS RVTILIANVS.

385 M. METILIVS AQVILLIVS REGVLVS NEPOS VOLVSIVS TORQVATVS FRONTO *(sic plene t. agri Tusculani XIV 2501; in consulatu* M. Metilius Regulus *VI 376, praeterea* Regulus), P. f., *(filium fuisse P. Metilii Sabini Nepotis, nepotem M. Aquilii Reguli, coniecit de Rossi ann. inst. 1872 p. 206)*, tribu Claudia; praefectus foriarum Latinarum, triumvir monetalis, quaestor, [praetor] *t. agri Tusculani XIV 2501.* Consul ex kalendis Ianuariis *t.*, a. 157 una cum M. Coionio Civica Barbaro *fasti.* Augur, salius Collinus, sodalis Flavialis *t. Incertum an idem* Fronto *in t. Iuliae matris XIV 2445 (cf. supra I 423).*

— M. ATILIVS METILIVS BRADVA.

386 Metilius Crispus, Comensis, cum Plinii opera centurionatum accepissot, iter ingressus nusquam comparuit *Plinius ep. 6, 25, 3. 4.*

387 METILIVS RVFVS proconsul Achaiae *t. Atticus CIA. III 874.* Uxor Pomponia *ib. — Cf. supra sub M. Maccilio Rufo et infra sub M. Mettio Rufo.*

388 Metilius Rufus *(pro* Μετιλ- *traditur* Μελιτ-, *correxit Dittenberger archaeol. Zeitung 37 p. 134 not. 10):* ei Dionysius Halicarnassensis dedicavit librum *de comp. verborum (c. 1).*

389 P. METILIVS SABINVS NEPOS *(sic acta Arv. a. 105,* [P.] Metilius Nepos *act. a. 118;* Maecilius Nepos *Plinii codex Riccardianus in indice ad ep. 4, 26).* Ad eum data Plinii *ep. 4, 26, fortasse etiam 2, 3. 3, 16. 6, 19 ubi Nepotis tantum nomen extat.* Maximae provinciae praefuturus est *Plin. ep. 4, 26.* Inter fratres Arvales a. 105 *act. Arv.* Vita functus non multum a. d. 23 Febr. 118, quo die alius in locum eius cooptatus est *act. a. 118.*

390 C. Metilius Secundus, Herculi votum solvit *V 5767 (t. Mediolani servatus). Cum P. Metilio Secundo qui sequitur composuit Marinius.*

391 P. METILIVS SECVNDVS PON .... *Tituli: Alsiensis XI 3718 ei nescio a quo positus (1); lapis positus in fine viae Carthagine Theresten ducentis VIII 10114 (2); miliarii eiusdem viae VIII 1278 (3). 10048 (4). 10062 (= Eph. 5, 1083) (5). 10067 (6). 10081 (7). Eph. 7 574 (8). 580 (9). 582 (10); praeterea memoratur in titulis Numidiae VIII 2591 (11). VIII S. 17844 (12).* P. Metilius Secundus Pon .... *t. 1* (Pon .... *superesse ex cognomine, non ex pontificis vocabulo monuit J. Klein),* P. Metilius Secundus *t. 2–12 et act. Arv.* P. f. *t. 1.* Tribu Cla. *t. 1.* Tri[umvir monetalis] (*vel* [capitalis]), tribunus militum legionis VII Geminae, sevir equitum Romanorum, quaestor imp. Traiani, trib. plebis, praetor *t. 1.* Frater Arvalis *t. 1;* adest inter fratres Arvales a. 117. 118. 122, magister collegii a. 117 *act. Arv.* Legatus legionis [X]I Claudiae piae et fidelis *t. 1.* Legatus pro pr. legionis III Augustae et exercitus Africani *(sic t. 1) t. 1–12,*

a. 123 *t. 2. 4. 7. 8. 10 (fortasse iam anno 121, t. 12, sed res non certa, cf. ad hunc t.).* Viam Carthagine Thevestem stravit *t. 2–10.* Consul designatus a. 123 *t. 2 (consul igitur suffectus hoc ipso anno aut insequenti).* Curator operum locorumque publicorum *t. 1.* — Legatus Augusti pro pr. nescio cuius provinciae *t. 1.* — *Fortasse huius* P. Metili Secundi servus in agro Novariensi *V 6503.*

392 M. METIL[IVS] SICVLVS triumvir [capitalis *vel* monetalis], tribunus militum legionis .... *(sic alterum ex duobus apographis, alterum plane corruptum) titulus Ticinensis male et imperfecte descriptus V 6420.*

393 P. Me[tilius] Tertullinus *(pater ut videtur eius qui sequitur)*, egregius vir, Laurens [Lavinas] *t. orae Liguriae V 7825.*

394 P. METILIVS TERTVLLINVS VENNONIANVS P. f., tribu Fal.; clarissimus vir; quaestor designatus; Laurens Lavinas *t. Albingaunensis V 7782;* memoratur *V 7825.*

395 Metilia Marcia, soror ut videtur Metiliae Rufinae *fistulae plumbeae apud Puteolos repertae (X 1905 cf. add.) inscriptae* Metiliarum Marciae et Rufinae. *Metiliae hae Marcia et Rufina aut filiae videntur fuisse Marciae (supra n. 185), quae cum filium habuerit Metilium (supra n. 382), Metilio alicui nupta fuisse videtur, quas filias memorat Seneca cons. ad Marc. 16, 6. 8, aut neptes eius, Metilii illius filiae, quas item memorat Seneca l. c.*

396 Metilia Rufina, *fistulae plumbeae apud Puteolos rep. (cf. sub ea quae praecedit); epistylium Romae rep., VI 26151. Eiusdem fortasse* Metiliae Rufinae saltatrix *t. Carthaginiensis VIII S. 12925. Soror ut videtur eius quae praecedit. Ex huius cognomine patrem harum sororum dictum fuisse Metilium Rufum fortasse colligi potest.*

— METIVS CELER *v.* M. Maecius Celer.

397 Metilia Tertullina (*parentela ut videtur coniuncta cum P. Metilio Tertullino n. 393*), uxor P. Verginii Rhodionis hominis libertini, flaminica in oppido Ligurum Albintimilio *t. Albintimiliensis V 7811.*

398 METILIA TORQVATA *IX 658 (sarcophagus extans in vico quodam Apuliae). Mulier puto nobilis, ex eadem domo ex qua fuit M. Metilius Volusius Torquatus Fronto cos. ord. a. 157.*

399 * Metlarius *(nomen vix sanum)* curator Illyrici *vit. Claud. 15, 4 (scribendum* curator Illyrici metallarius *probabiliter putat Momms.).*

400 Metrodorus, rhetor *Seneca contr. 10, 5, 24.*

401 Metronax, philosophus: cum Neapoli audivit Seneca *Senec. ep. 76, 4.* De morte eius *ib. 93, 1.*

— C. AEL(IVS) SEMPRONIVS METROPHANES.

402 Mettius Carus *(sic ap. Plin. ep. 1, 5, 3. 7, 19, 5 optimi codices;* Charus Mitius, Clarus Mitius *Taciti duo codices Vaticani, in altero superscriptum* Mettius, *nescio num ex exemplari antiquo; praeterea* Carus), delator sub Domitiano *Martialis 12, 25; Iuvenalis 1, 35; Sidonius Apollinaris ep. 5, 7.* Nanus *schol. Iuv. l. c., nescio num recte.*

A. 93 'una adhuc victoria' clarus *Tac. Agr. 45*, mox Herennium Senecionem pervertit *Plin. ep. 1, 5, 3. 7, 19, 5.* Etiam de Plinio libellos dat Domitiano *Plin. ep. 7, 27, 14.* Occisus deferente Heliodoro(?) *schol. Iuv. l. c.*

403 M. Mettius Epaphroditus, grammaticus Graecus *VI 9454. Fortasse idem, ut praeeunte Ursino coniecit E. Q. Viscontius iconographie grecque (Paris. 1811) I p. 265,* Epaphroditus, origine Chaeronensis, grammaticus (Graecus), Archiae Alexandrini alumnus et discipulus, emptus a Modesto praefecto Aegypti, cuius filium Petelinum educavit; vixit Romae temporibus Neronis usque ad Nervam; scripta sat multa reliquit; bibliothecam congessit voluminum triginta millium *Suidas s. v. (mentiones operum Epaphroditi grammatici apud scholiastas collegit Bernhardy ad Suidam l. c.).*

404 METTIVS MODESTVS, *plenius ut videtur* [TRE]BON[IVS PRO]CVLVS METTIVS MODESTVS. *Tituli: Lydae in Lycia rep., ap. Hicks Iournal of hell. studies X p. 74 n. 27 (1); Cauni rep., ap. Waddington fastes des prov. asiat. n. 124 (2). Memoratur in Patarensibus CIG. 4279 (3). 4280 (4), Ephesio Herm. 4 p. 178 (5), Aezanitico CIL. III 355 (6).*

Mettius Modestus *t. 6, itemque ap. Plinium ep. 1, 5, 5 codex facile optimus* (Meti-, Mecti- *pro* Metti- *alii codices*), [Μ]έττιος Μόδεστος *t. 2,* Μέτ[τι]ος Μό[δ]ε[σ]τος *et alia loco* Μέττιος Μο.. *t. 4,* Μέ[τ]τ[ιος] Μόδεστος *t. 3,* .... Μόδεστος *t. 5,* ..Λ.. ωΕΒΩΝ[ιος Πρό]ΚΛΟΣ ΜΕΤΤΙΟΣ Ι.. ΔΕΣΤΟΣ *in t. 1 agnovit Hicks ad ectypum.* Mettii Rufi filius *t. 3. 4.* Legatus Lyciae *t. 2. 3. 4 cf. t. 1, sub Domitiano potius quam sub Traiano (utrumque admittit t. 2, ex nomine imperatoris nihil servans nisi* [Σε]βαστοῦ Γερμανι[κοῦ]; *sed ex Plinio ep. 1, 5, ubi memoratur sententia lata ab eo in causa Graecae feminae, colligi potest ante exilium ei a Domitiano inflictum, provinciam Graecam a Mettio Modesto administratam esse, quam Lyciam fuisse puto; contra Waddington ap. Hicks ad t. 1 Modestum legatum Lyciae fuisse videri statuit anno 100 vel 101).* Insectatur Aquilium Regulum in epistula recitata apud Domitianum *Plin. ep. 1, 5, 14.* Relegatus a Domitiano *Plin. ep. 1, 5, 5,* impietatis erga principem ut videtur reus *ib. § 6. Revocatus puto a Nerva, consulatum videtur obtinuisse sub Traiano.* Proconsul Asiae *t. 5. 6,* non multo ante Cornelium Priscum (a. 120) *t. 5,* et Avidium Quietum *t. 6; proconsulem fuisse aut sub Traiano, ante Iulium Ferocem, aut sub Hadriano, post C. Iulium Cornutum Tertullum, statuit Waddington fastes n. 124. Fortasse hic* Μέττ[ιος] .... *memoratur CIAtt. III 13, cf. Dittenberger ad h. t.*

405 M. Mettius Modestus, qui C. Herennio Pisoni cippum (sepulcralem) statuit, prope urbem *VI 19321. Fortasse idem qui praecedit; de honoribus tacuit vel propter aliam quamlibet causam, vel propterea quod erat exul. — De M. Mettio Modesto praefecto Aegypti v. infra sub v.* Modestus.

— METTIVS POMPVSIANVS *Suet. Vesp. 14, Dom. 10 cf. 20; Victor epit. 9, 14; Dio 67, 12 (Zon. 11, 19). Idem videtur* L. POMPVSIVS METTIVS, *ubi cf. (infra P 586).*

406 Mettius Rufus (Μέτ[τιος] Ῥο[ῦφ]ος *4280*, .... τιος Ῥοῦφος *4279*), pater Mettii Modesti *CIGr. 4279. 4280.*

407 Mettius Rufus *(sic tituli Aegyptius et Arelatensis*, Metius *traditur*, Maecius *editur ap. Suet.)* a Domitiano Aegypto praepositus *Suet. Dom. 4.* Ut praefectus Aegypti videtur memorari *Eph. ep. 7 p. 427 (t. extans in lapicidinis quibusdam Aegyptiis). Memoratur etiam in t. mutilo Arelatensi XII 671 v. 13, fortasse (ut coniecit Hirschfeld) ut praefectus praetorio. — Aut is qui praecedit, aut filius eius, frater Mettii Modesti n. 404.*

408 M. METTIVS RVFVS *(sic ex tribus quae traduntur tituli apographis duo, sed unum* M. Metilius Rufus) M. f., tribu Teretina *(fortasse origine Arelatensis, ut in mentem venit Hirschfeldio collato titulo Arelatensi Mettii Rufi eius qui praecedit)*; praetor, proconsul Achaiae, curator viae Aureliae, legatus Augusti *(nescio cuius provinciae)*; fetialis *VI 1462. Fortasse filius eius qui praecedit; incertum num idem M. Iunius Mettius Rufus consul suff. cum Pomponio Materno.*

— M. IVNIVS METTIVS RVFVS.

409 Mevius, malus poeta, inimicus Vergilii et Horatii *Verg. buc. 3, 90, Horat. epod. 10, 1 seq.; Porphyrio ad Horat. l. c. et ad sat. 2, 3, 239; Servius ad buc. 3, 90. 7, 21, georg. 1, 210. Cf. Teuffel Lit. 233, 2.*

410 C. MEVIVS DONATVS IVNIANVS C. f.; quaestor Siciliae provinciae, aedilis, praetor, proconsul Siciliae provinciae, consul, curator civitatium universarum provinciae .... ae, legatus Aug. ..... *(haec duo munera extra ordinem collocata in inscriptione incerti loci sunt) t. Lanuvinus XIV 2107.*

411 Mevius Honoratianus (Μήουιος Ὁνωρατιανὸς *papyrus*, Μήουιος Ὁνωρ...ος *titulus*) praefectus Aegypti *t. Aegyptiacus (CIGr. 4705; papyrus ap. Parthey mem. dell' Inst. 2 p. 451,* anno undecimo Severi Alexandri (232/3) *titulus. Possis conicere eundem esse Honoratum, sub Severo Alexandro ad praefecturam praetorio, fortasse ex praefectura Aegypti, promotum (III S. 12052), cf. supra H 141.*

412 M. Mevius Romanus, comes Aug(usti) n(ostri), vir egr(egius) *t. Africanus VIII S. 16809. Videtur Diocletiano antiquior. Alius M. Mevius Romanus huius fortasse pater VIII S. 16813.*

413 Maevius Pudens, amicus Tigellini, mandatu Othonis praetorianos donis corrumpit *Tac. h. 1, 24.*

413ᵃ C. MEVIVS SILIVS CRESCENS FORTVNATIANVS clarissimus puer, C. Iulii Fortunatiani egregii viri filius *VIII 610.*

414 MEVIVS SVRVS leg. Augg. pro praet. *(sic 7647) vel* cos. (= consularis) *sc.* Daciarum, sub Septimio Severo et Caracalla *t. Dacici III 1377. 7647. 7741.*

414ª Mevia, venandi studiosa *Iuvenal. 1, 22.*

415ª MAEVIA [AGA]THOCLIA [con]su[l]aris *(sc.* femina?, *sed supplementum non certum)*, Pompei Faustini Severiani clarissimi viri, consulis, uxor *t. Thubursicensis Africae VIII 1438.*

415ᵇ Mevia Galla, cum qua adulterium commisisse dicebatur Munatius Plancus *Macrob. sat. 2, 2, 6.*

416 Micca, pater Maximini imperatoris *vit. Maxim. 1, 5 (inde pendet Iordanes Get. 15, 83).*

417 Milichus, Flavii Scaevini libertus, coniurationem Pisonianam Neroni prodidit *Tac. a. 15, 54. 55. 59.* Praemiis ditatus et Soter appellatus *ib. c. 71. (Idem nomen ap. Martial. 2, 63).*

418 MILO BROCCHVS *(sic Marcellus empiricus c. 26,* Milo Gracchus *editio princeps Scribonii, ex qua reliquae pendent)*, praetorius, 'homo optimus'; eius aquas calidas ferratas in Tuscis memorat *Scribonius Largus de comp. med. c. 146.*

419 Milonius, saltare solebat *Hor. sat. 2, 1, 24;* scurra illorum temporum *Porphyrio ad Hor. l. c.*

420 MILONIA CAESONIA *(sic Dio 59, 23; Zon. 11, 6, praeterea* Caesonia), filia Vistiliae *Plin. h. n. 7, 39.* Cum iam trium liberorum mater esset *Suet. Cal. 25,* a Gaio principe post stuprum uxor ducta *Dio 59, 23 (Zon. 11, 16),* mox infantem muliebris sexus enixa *Dio c. 28* (post partum demum a Gaio uxorio nomine honorata *Suet. l. c.*). Credebatur Gaium potione amatoria in furorem vertisse *Suet. Cal. 50; Iuvenalis 6, 616.* Occisa cum marito et filia *Iosephus ant. 19, 2, 4; Suet. Cal. 59; Dio 59, 29.* Memoratur *Suet. Cal. 33. 38.*

421 Miltiades, rhetor (Livio ut videtur non multo antiquior) *Seneca contr. 9, 2, 26.*

422 POST(VMVS) MIMISIVS SARDVS C. f., *(origine puto Umber Asisinas, cf. ad XIV 3598):* tribunus militum, quaestor, aedilis plebis, praetor, legatus Tiberii Caesaris Augusti, proconsul *(nescimus cuius provinciae)*, praefectus frumenti dandi ex senatus consulto *tit. Tiburtinus XIV 3598.*

— L. FVLVIVS .... C. BRVTTIVS PRAESENS MIN ... cet.

423 .. MINATIVS .. BITVS v(ir) c(larissimus) *t. Asculanus IX 664 semel descriptus.*

424 M. Minatius Sabinus, M. f., tribu Pom. *t. Lucanus X 291. Fortasse parentela coniunctus cum M. Minatio Sabino, proquaestore Cn. Pompeii Magni filii bello Hispaniensi a. u. c. 709, noto ex nummis; nisi est idem. — Incertum num eiusdem familiae* M. Minatius Sabellus, M. f., tribu Gal. *t. Lunensis XI 1345 (Caredoni).*

425 L. MINDIVS BALBVS *(praenomen omittunt nonnulli ex nummis)*, proconsul Bithyniae sub Claudio *nummi Nicomedensium et Nicaeensium cum capite Claudii (ap. Mionnet II 466, 305 Suppl. V 81, 409. 410. 171, 989–992; Brit. Mus. cat. Pontus Bithynia cet. p. 153, 10. 180, 6)*

*vel Britannici (Mionnet II 467, 308 cf. 309; Müller musée Thorwaldsen p. 271, 156). Proconsul videtur fuisse ante annum 50, cum in nummis eius Britannici caput, non Neronis appareat (Pick).*

— *L. MINDIVS BOLANVS *v.* L. Mindius Pollio.

426 L. MINDIVS POLLIO proconsul Bithyniae sub Claudio *nummi Nicaeenses vel Nicomedienses cum capite et nomine Claudii, in parte aversa habentes inscriptionem* ἐπὶ Λ. Μινδίου Πολλίωνος ἀνθυπάτου πάτρ(ωνος). *Mionnet suppl. V 80, 407. 171, 987; n us. Berolin. (Nummi similes Vaillantiani, in quibus pro* Πολλίωνος *est* Βωλανοῦ, *non videntur fuisse diversi; nisi maris statuere tres L. Mindios sub Claudio fuisse Bithyniae proconsules, Balbum, Bolanum, Pollionem.) — Non huc pertinent duo L. Mindii Polliones, pater et filius, in t. Apameno Bithyniae III 340.*

— T. FLAVIVS MINIANVS.

— C. Cornelius Minicianus.

— L. MARIVS VEGETINVS MARCIANVS MINICIANVS MYRTILIANVS.

427 Minicius (Minuc- *Dig. 39, 3, 25*), iuris auctor, Sabini ut videtur auditor *Dig. 12, 1, 22 cf. Lenel paling. I p. 699.* Salvii Iuliani 'ad Minicium' (*sic ind. Flor. et ter in contextu, 2, 14, 56. 3, 3, 76. 41, 4, 10, plerumque* 'ex Minicio') libri sex adhibiti in Digestis *Dig. ind. Flor. et in contextu quadragies cf. Lenel paling. iuris Rom. I p. 484 seq.*; Iuliani liber decimus(?) 'apud Minicium' *Dig. 19, 1, 11, 15.*

428 Minicius *(sic codex in hac parte epistularum optimus;* minutus, minutius *alii)* amicus Plinii qui ei misit libellum, quo communis aliquis eorum amicus uteretur *Plin. ep. 7, 12, 1 seq.* Homo occupatus *ib. 5.*

— [S]ALVIVS SATRIAN[VS] MINICIVS.

429 MINICIVS ACILIANVS (Minic- *optimus codex Medicaeus*, milic-, minut-, munic- *alii*) Minicii Macrini et Aciliae filius, Brixianus; Plinio paucis annis minor; quaestor, tribunus plebis, praetor *Plinius ep. 1, 14.* Maritus destinatur (Iunii) Aruleni Rustici filiae *ib.*

430 M. MINICIVS ANNIANVS. M. f., tribu Papiria *(origine Laudensis)*, sevir turmae quintae equitum Romanorum, decemvir stlitibus iudicandis; Laude Pompeia flamen divi Vespasiani *tit. Laudensis V 6360.*

431 CN. MINICIVS FAVSTINVS, consul suff. d. 8 Sept. 116 *dipl. mil. (III p. 870).* — Minicii Faustini ser(va) *VI 16832.* — Minicius Faustinus *in tubo plumbeo ap. Lancianium n. 503 (ex Mur. 1191, 5).*

— SEX. MINICIVS FAVSTINVS IVLIVS SEVERVS *v. supra I n. 374.*

432 M. Minucius Felix (Minucius Felix *Lactantius et Hieronymus,* Marcus *ipse in dialogo qui extat c. 3*). Non ignobilis inter causidicos loci *Lactant. inst. div. 5, 1,* Romae insignis causidicus *Hieronymus de vir. ill. 58,* causidicus Romani fori *idem ep. 70, 5; quae videntur fluxisse ex eo quod ipse innuit in dialogo c. 2, 3.* Scripsit dialogum christiani et ethnici disputantium qui Octavius inscribitur *Hieronymus*

*de vir. ill. l. c. cf. Lactant. l. c., qui praeterea cum dialogum citant hic inst. div. 1, 11, ille ep. 70, 5.* Sub eiusdem nomine ferebatur liber de fato vel contra mathematicos, sed ei propter stili diversitatem abiudicandus *Hieronymus de vir. ill. l. c. cf. Harnack Gesch. d. altchristl. Litt. I p. 647 (praeterea memoratur Minucius ab Hieronymo ep. 48, 13. 60, 10, comm. in Isaiam lib. VIII praef.). Dialogus ille ad nos quoque pervenit, sed sine auctoris inscriptione, adiectus ad septem libros Arnobii de nationibus tamquam octavus, vero auctori restitutus demum a Balduino. Scriptus est fortasse circa tempora Caracallae (cf. quae exposui Herm. 15 p. 471 seq.); sunt qui temporibus divorum fratrum (Baehrens praef. ad Minucium p. VII), sunt qui paulo ante annum 248 dialogum a Minucio editum esse putant (Neumann d. roem. Staat u. die allg. Kirche I p. 241 not. 6, p. 251 not. 3).*

433 C. MINICIVS FVNDANVS *(sic plene mentiones consulatus omnes, v. infra*, Minicius Fundanus *Plinii codex Ashburnhamianus in inscriptione ep. 4, 15,* Minucius Fundanus *auctores epistulam Hadriani referentes,* Minutius Fundanus *Plinii codices Florentinus et Ashburnhamianus in inscriptione epistulae 1, 9; cognomine solo utuntur Plinius ep. 5, 16 et Plutarchus).* Consulatum ei destinatum credit Plinius *ep. 4, 15, 5.* Consul suff. una cum C. Vettennio Severo a. 107 *dipl. mil. (III p. 867),* mense Iun. *dipl. mil.,* item mense Aug. *VI 630; fasti feriarum Latinarum (CIL. I ed. 2 p. 59).* Proconsul Asiae, successor in eo munere Q. Licinii Silvani Graniani *(supra L 170) epistula ad eum Hadriani relata a Iustino apol. 1, 68, repetita apud Eusebium hist. eccl. 4, 9, memorata ab eodem in chronico (vers. Armen., Hieron. a. Abr. 2142; Syncell. p. 658) et ab Orosio 7, 13 et a Zonara 11, 24.* Amicus Plinii *Plin. ep. 5, 16,* qui ad eum dedit epistulas *1, 9. 4, 15. 6, 6,* et Plutarchi qui eum memorat *de tranq. animi c. 1* et inducit verba facientem in dialogo de cohibenda ira *(Plut. mor. p. 452 seq.).* Ex duabus filiabus amittit minorem infantem *Plin. ep. 5, 16; cf. infra sub Minicia Marcella. Uxor fortasse Statoria Marcella, cuius tit. sepulcralis VI 16632 repertus est una cum titulo sepulcrali filiae.*

434 MINVCIVS HONORATVS MARCELLVS AEMILIANVS clarissimus puer, filius Aemiliae Rogatillae clarissimae feminae *t. urbanus bull. comunale 1883 p. 217 n. 617.*

435 C. Minicius Italus. *Tituli: Aquileiensis positus anno 105 V 875 (1); Alexandrinus III S. 12053 = Revue arch. 1893 vol. 21 p. 397 n. 91 (2).* C. f. *t. 1. 2.* Tribu Vel. *t. 1. 2, origine nimirum Aquileiensis.* Praefectus cohortis quintae Gallorum equitatae, praefectus cohortis primae Breucorum equitatae civium Romanorum, praefectus cohortis secundae Varc(ianorum) equitatae, tribunus militum legionis sextae Victricis *t. 1 (in t. 2 pleraque evanida),* praefectus equitum alae primae singularium civium Romanorum; donis donatus a Vespasiano corona aurea hasta

pura *t. 1.* Procurator provinciae Hellesponti *t. 1.* *([Procurator] Tusciae t. 2 ex lectione Bottii; in ectypo hoc Mommsenus non agnovit).* Procurator provinciae Asiae, quam mandatu principis *(sc. Domitiani)* vice defuncti proconsulis rexit *t. 1 (circa annum 88, ut coniecit Waddington fastes des prov. asiat. n. 105, occiso in proconsulatu Asiae Civica Cereale).* Procurator provinciarum Lugudunensis et Aquitanicae *t. 1. 2,* item Lactorae *t. 1.* Praefectus annonae *t. 1. 2.* Praefectus Aegypti *t. 1. 2.* Aquileiae quattuorvir iure dicundo, flamen divi Claudii *t. 1.* Merita eius erga Aquileienses *t. 1.* Propterea ab eis statua aerea honoratus a. 105 *titulus huius statuae V 875.*

436 Minicius Iustus *(sic ap. Plin. ep. 7, 11 codex in hac epistularum parte optimus,* [Mi]nicius Iustus *test. Dasum.,* Municius Iustus *trad. ap. Tac.),* praefectus castrorum legionis septimae a. 69 *Tac. h. 3, 7.* Maritus Corelliae matri Plinii familiarissimae; ipsi quoque vetera cum Plinio amicitiae iura *Plin. ep. 7, 11, 4.* Nominatur inter legatarios testamenti Dasumiani *VI 10229 n. 19. — Incertum, num hic* Iustus, ad quem Plinius dedit *ep. 7, 2.*

437 Q. Minicius Macer: pro salute eius votum solutum *V 4292 (in agro Brixiano). Fortasse parentela coniunctus cum eo qui sequitur.*

438 Minicius Macrinus (Minic- *optimus codex Medicaeus,* minut-, munic- *alii*), Brixianus, equestris ordinis princeps; adlectus a Vespasiano inter praetorios eo honore uti noluit *Plin. ep. 1, 14, 5.* Pater Minicii Aciliani *(supra n. 429) ib. — Idem ut videtur* Macrinus amicus Plinii qui uxorem amisit post coniugium triginta novem annorum *Plin. ep. 8, 5. Diversus (scilicet* Cornelius) Macrinus ad quem scripsit Plinius *ep. 2, 7. 7, 6. 10. 8, 17. 9, 4.*

439 L. MINICIVS NATALIS. *Tituli: Barcinonensis II 4509 et plenius II S. 6145 (1); urbanus valde mutilus, Huelsen Mitth. des Inst. in Rom 1888 p. 84 (2). Memoratur in titulis Numidiae VIII 2478 (3). 4676 (4). VIII S. 17971 (5), Bull. du comité d. trav. hist. 1887 p. 82 n. 178 (6), et in tegula incertae originis VIII 10962 = X 8045,12 (7).*

L. Minicius Natalis *t. 3. 4. 7,* [L. Mini]c[i]us N[at]alis *t. 2,* L. Min[icius Na]talis *t. 1,* .....us Natalis *t. 6,* ..:.... [N]ata[lis] *t. 5. In consulatu* L. Minicius Nata[lis] *X 5670,* [L. Mi]n[ici]us [Natalis] *fasti fer. Lat.* L. f. *t. 2.* Quattuorvir viarum curandarum, quaestor provinciae ...., tr. plebis, praetor, legatus pro pr. provinciae Africae, legatus imp. Traiani legionis V.... expeditione Dacica prima, donis militaribus donatus ab eodem *t. 1. 2.* Legatus imp. Traiani legionis III Augustae *t. 1-6,* a. 104 vel 105 *t. 3,* a. 105 *t. 6.* Consul suff. cum Q. Licinio Silvano Graniano *X 5670,* mense Iunio aut Iulio 106 *fasti fer. Lat. (VI 2016 = $I^2$ p. 59).* Curator alvei Tiberis et riparum *t. 1. 2.* Legatus imperatorum Traiani et Hadriani provinciae Pannoniae aut superioris aut inferioris *t. 1.* Ei rescripsit quaedam Traianus de feriarum in re militari observatione *Ulpianus*

Digitized by Google

*de officio proconsulis, Dig. 2, 12, 9.* Proconsul provinciae Africae *t. 1.* [Sodalis Angus]talis *t. 1.* — Barcinonensibus balineum extruit una cum filio *t. 1.* Praedia habet apud Nigrenses maiores in Africa *t. 7.*

440 L. MINICIVS NATALIS QVADRONIVS VERVS. *Tituli: Barcinonensis II 4509 = II S. 6145, quem posuit una cum patre cum esset tribunus pl. designatus (1); Olympius ap. Dittenberger arch. Zeitung 36 (1878) p. 39 n. 119 = syll. inscr. Gr. 287 recte ad eum relatus ab editore, quamvis cognomen tantum extet, quem posuit praetorius, reliquis honoribus ex parte postea additis (2); Tiburtinus XIV 3554 quem posuit consularis (3); Africanus VIII 4643 quem posuit proconsul Africae (4); Tiburtinus CIGr. 5977 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1125 (5), Etruriae duo, XI 2925 (6) et 3002 (7), quos posuit post proconsulatum; Barcinonenses duo, II 4510 (8) et 4511 acephalus (9), Tiburtinus XIV 3599 (10) positi ei post proconsulatum; Tiburtinus XIV 3600 (11) et Megarensis eph. ep. 1 p. 251 = Inscr. Graec. sept. I 89 (12) mutili et incertae aetatis; denique fragmentum urbanum vel suburbanum eph. ep. 4 p. 271 n. 768 (13), quod potest esse etiam patris.*

L. Minicius Natalis Quadronius Verus *t. 10 et paene plene t. 8,* (L. Minicius ... [Quadro]nius Verus *t. 1,* [Λ. Μιν]ίκιος Νατᾶλ[ις] .....ς Οὐῆρος *t. 12*), iu[nior] *add. t. 8;* [L. Quadronius?] Minicius [Natalis Verus] *t. 4,* L. Minicius Natalis *t. 3. 5. 6. 13* (Νατάλιος *t. 5*), ... Νατᾶλις *t. 2 (in t. 7. 9. 11 ex nomine nihil relictum est).* L. f. *t. 1. 10,* filius eius qui praecedit *t. 1.* Natus Barcinone *t. 9.* Tribu Gal. *t. 8. 10.* Triumvir monetalis a. a. a. f. f. *t. 1. 8. 9. 10. 11. 12.* Tribunus militum legionis I Adiutricis piae fidelis, item legionis XI Claudiae piae fidelis, item legionis XIIII Geminae Martiae Victricis *t. 1. 8. 9. 10. 12 cf. 7. 11.* Quaestor candidatus imp. Hadriani eodemque tempore legatus provinciae Africae dioeceseos Carthaginiensis proconsulatu patris sui *t. 1. 8. 9. 10. 11. 12 cf. 7.* Augur nondum tribunicius *t. 1 (praeterea sacerdotium memoratur t. 3. 5. 6. 8. 10).* Tribunus plebis designatus *t. 1.* Tribunus plebis candidatus *t. 8. 10.* Praetor *t. 10.* Praetorius (στρατηγικός) vicit Olympiae curru Olympiade CCXXVII (a. 129) *t. 2.* Legatus Augusti legionis sextae Victricis in Britannia *t. 7. 8. 10.* Curator viae Flaminiae, praefectus alimentorum *t. 7. 8. 10.* Consul (suffectus) *t. 2. 3. 5. 6. 8. 10.* Curator operum publicorum et aedium sacrarum *t. 7. 8. 10.* Legatus Augusti pro pr. provinciae Moesiae inferioris *t. 3. 5. 6. 7. 8. 10.* Proconsul Africae *t. 2. 4–8. 10,* a. 139 *t. 4.* — Barcinonensibus balineum extruit cum patre *t. 1;* eisdem testamento sestertium centum millia legavit *t. 9.* Tibure curator fani Herculis Victoris *t. 10. 11,* item quinquennalis *t. 10;* patronus municipii *t. 10.*

441 MINVCIVS OPPIANVS *(cognomen non certum;* Ὀππιανός *actorum Graecorum codex unicus Hierosolymitanus,* Timinianus *ex actorum Latinorum duobus codicibus qui supersunt alter,* Teminianus *alter; gentilicium*

*tantum est in actis decurtatis, ap. Robinson p. 100 seq.)* proconsul Africae, defunctus in magistratu; eius loco Hilarianus procurator ius gladii accepit *Passio S. Perpetuae c. 6 (Ruinart act. martyr. ed. 1689 p. 88; Harris and Gifford acts of martyrdom of Perpetua p. 47; Robinson texts and studies contr. to biblical litterature vol. I fasc. 2 p. 71). Proconsul fuit, non temporibus Valeriani et Gallieni, ut volunt tam acta Graeca quam Latina decurtata, sed sub Severo, inter annos 198 et 209, ut apparet ex mentione Getae Caesaris in actis Latinis integris (ceterum novit haec ipsa acta S. Perpetuae iam Tertullianus, cf. de anima c. 55); cum autem Hilarianus procurator, qui vice eius administrationem provinciae suscepit, in non paucos Christianorum animadverterit, Minucium proconsulem fuisse et ei ab Hilariano successum esse putant plerique (post alios K. I. Neumann d. roem. Staat u. die allgemeine Kirche I p. 171) non ante id tempus quo initium persecutionis Christianorum Severianae statui posse putant, id est non ante a. 202 (propter Euseb. h. eccl. 6, 2, 2); cf. etiam Tissot fastes de l'Afrique p. 135. 136. Iusto fundamento carere has ratiocinationes iam constat.*

442 A. MINICIVS RVFVS proconsul Cretae et Cyrenarum *t. Cyrenensis ap. Smith and Porcher discoveries at Cyrene, p. 113, n. 15 (anno fortasse 71, post kal. Iulias, cui tempori conveniunt quae ex appellationibus imperatoris in t. relicta sunt; quamquam etiam de anno 40 et de anno 43 cogitari potest). Fortasse non diversus ab eo qui sequitur, ut in t. Cyrenensi praenomen non recte exceptum sit* (A *pro* Λ).

443 L. MINICIVS RVFVS (Minicius Rufus *XII 2602, Plin.; in consulatu ordinario* L. Minicius Rufus *Censorinus 17, 11; t. Phrygius ap. Ramsay journal of hell. studies 4, 1883 p. 432, itemque puto VI 541, ubi* Q. Minicius Ru[f]us *legit Huebner, utrum* C. *an* L. Minicius Rufus *legendum esset dubitavit Marinius,* Rufus *fastorum laterculi;* L. Minic(ius) *tessera gladiatoria cf. infra,* L. V.. *act. Arv., ubi scribendum videtur* L. M...). Legatus Augusti provinciae fortasse Lugdunensis inter annos 83 et 88 *XII 2602.* Ad eum praesidem nescio cuius provinciae rescripsit Domitianus de liberis expositis *Plin. ad Trai. 72.* Consul ordinarius a. 88 cum Domitiano XIIII *fasti*, deinde *(cum Domitianus abdicasset)* cum L. Plotio Grypo *act. Arv. sub d. 15. Apr. 88 (VI 2065 II 65, ubi sane eius nomen paene totum periit); tessera gladiatoria ap. Gattium bull. comunale 1887 p. 188* (III non. Oct. L. Minic. L. Plotio, *unde noli colligere Minicio fasces usque in mensem Octobrem mansisse, cf. quae exposuit Mommsen Roem. Mitth. 1889 p. 173). — Fortasse non diversus qui praecedit cf. sub eo.*

444 Minicius Sanctus, procurator Aug. (marmorum?) anno 132 *notae incisae in saxis Carystiis Romae repertis, ap. Bruzzam ann. inst. arch. 1870 p. 173 n. 4. 5.*

445 MINVCIVS THERMVS (Munic- *pro* Minuc- *codex*) praetura functus, odio Tigellini necatus *Tac. a. 16, 20. Fortasse filius eius qui sequitur.*

446 Minucius Thermus (minut- *codex*), eques Romanus, ob amicitiam Seiani damnatus *Tac. a. 6, 7. Incertum num oriundus a Minuciis Thermis liberae rei publicae. Nec magis certum utrum ad Minucii alicuius Thermi libertos spectet VI 22541.*

— MINICIVS TIMINIANVS *v.* Minucius Oppianus.

447 MINICIA MARCELLA Fundani filia *(scilicet C. Minicii Fundani supra n. 433)*, defuncta annos nata XII menses XI dies VII *tit. sepulcralis VI 16631. Mortem eius deflet et mores laudat Plinius 5, 16 epistula scripta a. 105 vel 106, qui minus accurate dicit eam nondum quattuordecim annos implevisse.* Iam destinata egregio iuveni, cum mortua est, iam dies nuptiarum electus *Plin. l. c.*

448 MINICIA PAETINA, L. f., uxor C. Rutilii Gallici (praefecti urbis sub Domitiano) *tit. Taurinensis V 6990.*

449 P. Minidius, una cum Vitruvio et duobus aliis Augusto 'ad apparationem ballistarum et scorpionum reliquorumque tormentorum fuit praesto' unaque cum iis ab Augusto commoda accepit *Vitruvius I praef.*

— MINVC- *v.* Minic-.

— Mirissimus *vit. Elag. 15. V. infra* Myrismus.

— Misitheus *vit. Gord. 23 seq. V. supra* C. Furius Sabinius Aquila Timesitheus *(F 405).*

450 *Missenius Fronto *(gentilicium vix sanum)*: rescriptum imperatorum ad eum *Dig. 40, 4, 52. Homo privatus potius, quam praeses.*

451 Mithridates, rex Commagenes, inter reges Orientis qui bello Actiaco partes Antonii secuti sunt enumeratur *Plut. Anton. 61. Videtur ob eam rem iussus esse fratri regno cedere vel certe regnum cum fratre partiri; nam paullo post pugnam Actiacam memoratur ut rex Commagenes Antiochus, qui cum fratre inimicitias exercebat (Dio 52, 43). Item videtur pater eius qui sequitur, occisus a rege Commagenes, scilicet ab ipso hoc Antiocho, cui regno cedere debuerat. Cf. quae exposuit Mommsen ath. Mitth. I p. 34.*

452 Mithridates, cum pater eius a rege Commagenes interfectus esset, ipse regnum Commagenes accepit ab Augusto, quamvis puer adhuc, a. u. c. 734 *Dio 54, 9. Sine dubio ex stirpe regia Commagenum, probabiliter putatur filius eius qui praecedit. Pater Antiochi (III) regis Commagenes, defuncti a. p. Chr. 17 (supra A 578), in cuius t. Atheniensi CIAtt. III 554 memoratur. Ab hoc ut videtur* Metridatis regnum *Commagene appellata in tab. Peutingerana, cf. Mommsen ath. Mitth. I p. 34.*

453 Mithridates, rex Parthorum: cum eo amicitiam fecisse contra Romanos insimulaverat Herodem Alexander filius eius, ut unus ex amicis Alexandri tortus adfirmavit paullo ante a. 747 *Ioseph. ant. 16, 8, 4. Praeterea ignotus. Parthorum rex illo tempore erat Phraates. A Gutschmidio (Gesch. Irans p. 116) creditur, pulso Phraate per annos 742—745 a. u. c. regnum Parthorum tenuisse.*

454 Mithridates, nobilis Parthus, regis Artabani gener, ab Anilaeo Iudaeo captus et cum ignominia dimissus, postea eiusdem Anilaei copias vincit *Ioseph. ant. 16, 9, 6. 7.*

455 Mithridates, rex Bospori. E posteris Mithridatis Eupatoris *Dio 60, 8 cf. Tac. a. 12, 18, filius Aspurgi, utpote frater Cotyis.* A Claudio regno Bosporano donatus a. 41 *Dio l. c.; sed etiam sub Caligula, a. 39/40, partem certe regni Bosporani sub eo fuisse ex nummo aureo nuper reperto videtur colligi posse, Latyschew 2 p. XLIII. Nummi aenei eius, Eckhel 2 p. 376, Koehne mus. Kotschoubey II p. 214. (In titulo anni 41 p. Chr., quem primus edidit Stephanius Mélanges gréco-romains II p. 200, nomen Mithridatis non fuisse adfirmat Latyschew inscr. Ponti Euxini II n. 400).* — Cum res novas moliretur, in locum eius rex constituitur a Claudio Cotys frater eius *Petrus Patric. fr. 3 (ap. Mueller fr. hist. Gr. IV p. 184, ubi errore appellatur rex Hiberiae, cf. Mommsen RG. V p. 379 not. 2); cf. Tac. a. 12, 18.* Regno profugus vagatur *Plin. h. n. 6, 17; Tac. a. 12, 15 seq.* Captus et Romanis traditus *Tac. a. 12, 18–21.* Vixit usque ad tempore Galbae, quem inrisit *Plut. Galb. 13,* et a quo occisus est utpote fautor Nymphidii *ib. c. 15. Uxor vel mater:* Gepaepyris, *cf. sub hac (G 101).*

456 Mithridates, Hiberus, Pharasmanis et Mithridatis qui sequitur pater *Dio 58, 26.*

457 Mithridates, Hiberus, Mithridatis f. *Dio 58, 26,* Pharasmanis regis Hiberorum frater *Tac. a. 6, 32, Dio l. c.* A fratre et a Romanis adiutus regnum Armeniae occupat ultimis Tiberii annis *Tac. a. 6, 32. 33 cf. Dio 58, 26 (inde Petrus Patric. fr. 2, ap. Mueller fr. h. Gr. IV p. 184).* A C. Caesare in urbem evocatus et in custodia habitus *Seneca dial. 9, 11, 12; Dio 60, 8 cf. Tac. a. 11, 8.* A. 47 in regnum remeat *Tac. a. 11, 8. 9; Dio 60, 8.* A Radamisto fratris filio regno pulsus et occisus *Tac. a. 12, 44–48.*

458 Mithridates, regis Pharasmanis f., rex Hiberorum a. p. C. 75 *titulus rep. ad flumen Cyrum, ubi fuit Harmozica Hiberiae, editus C. III ad n. 6052.*

459 Mithridates *(filius fortasse eius qui praecedit)* rex Hiberorum temporibus ut videtur Traiani; frater eius Amazaspus *epitaphium fratris eius, ap. Kaibel epigr. 549 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1374.*

460 Mithridates Chrysippi fil.: ei Plinius civitatem impetrat *Plin. ad Trai. 11.*

461 Mnasibulus (Μνασ- *servaverunt codices quidam ap. Pausaniam, cum ter nomen ponatur, loco postremo; reliquis locis* Μνησίβουλος), Elatensis, athleta, stadio victor Olympiade CCXXXV [p. Chr. 161]; is Costobocis in Graeciam irrumpentibus manu collecta fortiter restitit, postremo pugnans cecidit *Pausanias 10, 34, 5 (anno 175 vel 176, ut putat Heberdey arch.-ep. Mitth. aus Oestr. 13, 1890 p. 190).* — *Ad eius filium pertinet titulus prope Elateam rep.:* Μνασίβουλ[ον], Μνασι-

βού[λου] δὶς περιο[δονεί]κου, ἀρίστ[ου Ἑλλ]ήνων .... *(Bull. de corr. hell. 1887 p. 342).*

462 Mnester, pantomimus: ars eius insignis *Dio 60, 28.* A Caligula dilectus *Suet. Cal. 36. 55; Dio 60, 22.* A Messallina ad stuprum coactus *Dio 60, 22 (Zon. 11, 9) cf. 28; Tac. a. 11, 36.* Rem habet etiam cum Poppaea Sabina *Tac. a. 11, 4.* Patefactis sceleribus Messallinae Mnester quoque occiditur *Senec. apoc. 13; Tac. a. 11, 36; Dio 60, 31 (Zon. 11, 10).* Memoratur *Suet. Cal. 57. — Huius puto lapis sepulcralis* Ti. Iulio Aug. l. Mnesteri *VI 20139; manumissus igitur a Tiberio.*

463 Mnester, Agrippinae libertus, ad rogum eius se ipse ferro transegit *Tac. a. 14, 9.*

464 Mnestheus (Mnesteus *traditur*), 'quem pro notario secretorum habuerat' Aurelianus, libertus, 'ut quidam dicunt' eiusdem, auctor caedis Aureliani *vit. Aurelian. 36.* Postea bestiis obiectus *ib. 37. Cf. supra s. v.* Eros.

465 C. MOCCONIVS VERVS C. f., tribu Fabia, tribunus laticlavius legionis septimae Geminae *(eodemque tempore puto)* ad census accipiendos civitatium XXIII (*vel* XXIII[I]) Vasconum et Vardulorum; triumvir capitalis, quaestor urbanus, tribunus plebis, legatus (proconsulis) pro praetore provinciae Achaiae, praetor; vixit annis XXXVI *titulus sepulcralis rep. ad viam Praenestinam VI 1463.*

466 Moderatus, declamator, 'nec clari nominis nec ignoti' *Seneca contr. 10 pr. 13.*

467 Moderatus, Gaditanus (*Stephanus Byz. s. v.* Γάδειρα), philosophus Pythagoricus, edidit scholiorum Pythagoricorum libros *Porphyrius vit. Pyth. 48; Stephanus Byzantius s. v.* Γάδειρα. Eius discipulus Lucius, amicus Plutarchi *Plut. quaest. conv. 8, 7 (p. 727 b).* Memorant eum *Proclus in Tim. p. 144 f ed. Basil. p. 342 ed. Schneider; Hieronymus apol. adv. libros Rufini 3, 39. Parentela coniunctum fuisse cum Moderato Columella et ipso Gaditano coniecit Buecheler, cf. supra sub L. Iunio Moderato Columella.*

468 Moderatus, adulter Faustinae, uxoris Marci, a Marco promotus *vit. Marci 29, 1.*

— L. Iunius Moderatus Columella.

— OSCIA MODESTA CORNELIA PVBLIANA.

— VOLVMNIA MODESTA.

469 Modestinus iuris peritus, magistor Maximini iunioris *vit. Maximin. 27. Fortasse intellegitur Herennius Modestinus, cf. sub hoc (H 79).*

470 Modestinus: eius versus de Amore dormiente *Anth. Lat. ed. Riese n. 273; Baehrens poet. Lat. min. 4 p. 360.*

— C. CATELIVS MODESTINVS.

— Herennius Modestinus.

— Q. LICINIVS MODESTINVS ATTIVS LABEO.

471 ..... MODESTVS sub M. Aurelio Antonino *(Caracalla?)* legatus consularis (ὑπ...) Arabiae *t. Bostrensis arch. ep. Mitth. 8 p. 188. Cf. Addend. sub Aiacio Modesto.*

472 MODESTVS consul (suff. a. inc.) *Ulpianus Dig. 11, 4, 1, 2.*

473 MODESTVS consul iterum ord. a. 228 cum Probo *fasti (iterationis nota extat III 4168. VI 13. IX 1538. XIV 2267. XV 4118 et in fastis Graecis codicis Laurentiani alteris, omittitur in fastorum laterculis paene omnibus et in titulis non paucis).*

474 Modestus, praefectus Aegypti *Suidas s. v.* Ἐπαφρόδιτος Χαιρωνεύς; servus eius *(postea puto manumissus)* Epaphroditus grammaticus, qui Romae vixit ἐπὶ Νέρωνος καὶ μέχρι Νέρβα *Suidas l. c.; unde Modestum quoque circa eadem tempora vixisse sequitur. Ab hoc Epaphrodito si vere non diversus fuit M. Mettius Epaphroditus (supra n. 403), ipse Modestus pleno nomine appellabatur* M. Mettius Modestus, *patruus fortasse Mettii Modesti supra n. 404.*

475 Modestus, servus Sabinae, quae Plinium et Statium Sabinum heredes reliquerat *Plin. ep. 4, 10.*

476/7 Modestus, grammaticus *Martial. 10, 21, 1. Vix Iulius Modestus (I 290), fortasse Aufidius Modestus, cf. sub hoc.*

478 ... CVS MODESTVS PAVLINVS clarissimus vir; praefectus urbis feriarum Latinarum, quaestor urbanus, aedilis Cerialis, praetor eodemque tempore praetor Etruriae quindecim populorum, curator reipublicae Marsorum Marruvii, eodem tempore et curator viarum Tiburtinae, Valeriae et aliarum *(sic unus ex auctoribus, recte ut videtur, cf. Eph. ep. 8 p. 40 n. 158ª;* et alim. *alii);* patronus Marsorum Marruvii *IX 3667.*

479 Modestus Taurinus: ei rescripsit divus Pius *Dig. 48, 21, 3, 8. Praeses provinciae puto.*

— Q. AIACIVS MODESTVS.

— Q. AIACIVS [MO]DESTVS CRESCENTIA[NVS].

— Q. ASCONIVS GABINIVS MODESTVS.

— Aufidius Modestus.

— Q. Calpurnius Modestus.

— CANNVTIVS MODESTVS.

— L. CLAVDIVS MODESTVS.

— GEMINIVS MODESTVS.

— Iulius Modestus.

— METTIVS MODESTVS.

— M. Mettius Modestus.

— Q. Petronius Modestus.

— SAB ... MODESTVS.

— L. Iulius Victor Modianus.

— L. OVINIVS CVRIVS PROCVLVS MODIANVS AFRICANVS.

Digitized by Google

480 Q. Modius, C. Vibii Postumi *(fortasse eius qui proconsul Asiae fuit sub Nerone)* frater, propter huius ut videtur merita statua honoratus a Magnetibus ad Maeandrum *t. Magnesiae rep., ap. Hiller v. Gaertringen ath. Mitth. 1894 p. 25.*

481 Modius Aequus *(pro* Μόδιος *in codicibus saepe legitur* Μονόδιος, *pro* Αἴκουος *etiam* Εὔκουος *et* Ἔκυος; Αἰκοδίκλος *scribi iussit Hudsonus, 'quod Aequicolus sive Aequicola cognomen fuerit Modiorum'; et sane reperiuntur Septimus Modius rex Aequicolarum in libello de praenominibus 1, Q. Modius Equiculus vel Aequicolus ap. Varronem re r. 2, 7, 1),* praefectus regis Agrippae iunioris *Iosephus vit. 11. 24. 36.*

482 MODIVS IVLIVS legatus pro praetore Britanniae *VII 838. 964 (sub Elagabalo, si recte lectus et expletus est ab Huebnero t. 964).*

483 (C.?) MODIVS IVSTVS *(praenomen ex VIII 2373)* legatus Augusti pro pr. Numidiae, consul *VIII 2746.* Uxor Stat(ia) Agrippina *ib.* — *Fortasse idem* C. Mod ... *VIII 2373.*

484 C. Modius Taurus: eius servus *VI 13425. Fortasse homo nobilis.*

485 Modius Terventinus, praefectus vehiculorum a. 214 *t. urbanus bull. comunale 1884 p. 8 n. 709.*

486 Modia *nomen feminae divitis apud Iuvenalem sat. 3, 130.*

— [VAL]ERIA MAR[CIA] HOSTILIA CRISPINA MOECIA CORNELIA.

487 Moesius Gallicanus, praefectus praetorio sub Tacito a. 275 *Vopisc. vit. Tac. 8, 3.*

488 Monaeses, Parthus, a. 717 ad Antonium transfugit, mox reconciliatus Phrahati Romanos affligit *Dio 49, 23. 24; Plut. Ant. 37. 46; Horat. carm. 3, 6, 9. Cf. Mommsen mon. Anc.² p. 125.*

489 Monaeses, Parthus, a Vologaese cum exercitu missus in Armeniam Tigranocerta frustra obsidet *Tac. a. 15, 2. 4. 5; Dio 62, 20.* Legatus missus ad Corbulonem *Dio 62, 22.*

490 Monobazus, Adiabenorum rex, cognomento Bazaeus, frater et maritus Helenae, pater Izatis et Monobazi iunioris *Iosephus ant. 20, 22, 1. 2.*

491 Monobazus, Monobazi Bazaei et Helenae filius, fratri minori Izati regnum Adiabenorum servat *Ioseph. ant. 20, 2, 2;* eidem post quattuor et viginti annos *(sed cf. sub Izate)* in regno succedit *ib. c. 4, 3.* A. 62 ad Vologaesem regem Parthorum confugit *Tac. a. 15, 1.* Expeditionum Parthicarum in Armenia comes *Tac. a. 15, 14; Dio 62, 20.* Corbuloni obsides dat *Dio 62, 23.* Liberos Romam mittit una cum Tiridate Armeniorum rege a. 66 *Dio 63, 1.* — Iudaeorum fautor *Ioseph. ant. 20, 4, 1.* Donaria ab eo in templo Hierosolymitano dedicata *Mischnah Ioma 3, 10 quam citat Schuerer Gesch. des jüdischen Volks II² p. 563 not. 286.* Fratris et matris ossa Hierosolyma mittit *Ioseph. ant. 20, 4, 3.* Porticus prope Hierosolyma ab eo appellata *Ioseph. b. Iud. 5, 6, 1.* Propinqui eius seditioni Iudaicae a. 66 se immiscent *ib. 2, 19, 2.*

492 Monobazus, Monobazi regis Adiabenorum propinquus, Hierosolymis agens a. 66, fortiter se gerit in proelio contra Cestium et Romanos commisso *Ioseph. bell. 2, 19, 2.*

493 Montanius Atticinus, praesidis quem in provinciam comitatus erat accusator extitit; in insulam relegatus *Plinius ep. 6, 22.*

494 MONTANVS, inter proceres a Domitiano in consilio de rhombo adhibitus *Iuvenalis 4, 107. 131 seq.* 'Noverat ille luxuriam imperii veterem noctesque Neronis iam medias' *ib. 137. Fortasse igitur non diversus a Curtio Montano memorato a Tacito ann. 16, 28. 29. 33; hist. 4, 40. 42. 43 (Heinrich); T. Iunium Montanum consulem suffectum a. 81 eundem putavit Borghesius (cf. supra sub T. Iunio Montano).*

495 Montanus, poeta *Ovid. ex P. 4, 16, 11 seq. V. supra sub Iulio Montano (I 291).*

496 Montanus: ad eum scripsit Plinius *ep. 7, 29. 8, 6.*

497 Montanus: ab eo deceptus Gordianus III *vit. Gord. 25.*

498 L. MONTANVS proconsul Bithyniae sub Nerone *nummus ineditus Nicaeensis (communicavit Pick).*

— Alpinius Montanus.

— CVRTIVS MONTANVS.

— Iulius Montanus.

— C. IVLIVS MONTANVS.

— T. IVNIVS MONTANVS.

— Licinius Montanus.

— Sex. Traulus Montanus.

— L. Venuleius Montanus.

— L. Venuleius Montanus Apronianus.

— Votienus Montanus.

499 Morphus, pantomimus celeber Romae temporibus Galeni *Galenus περὶ τοῦ προγινώσκειν πρὸς Ἐπιγένην βιβλίον c. 6 (XIV p. 633 Kuehn).*

— ATRIA MOSCHARO.

500 Moschis, fisci debitrix ex conductione vectigalis *Paulus libro I decretorum Dig. 49, 14, 47.*

501 2 Moschus, libertus, praefectus classis sub Othone *Tac. h. 1, 87.*

— Volcacius Moschus.

— FLAVIVS MOSCHYLVS.

503 Motilenus, praefectus praetorio, a Commodo veneno interemptus *vita Comm. 9, 2.*

504 Mucapor (Mucaper *vulg. ap. Victorem, sed recte* Mucapor *codex Oxoniensis)* dux: eius manu Aurelianus occisus *Vict. Caes. 35, 2; vita Aurelian. 35, 5;* idem a Tacito excruciatus *Vict. l. c.* Epistula Aureliani ad eum ficticia *vit. Aurelian. 26, 3.*

505 MVCIANVS consul suff. mense Nov. anno incerto *Bull. com. 1885 p. 162.*

Digitized by Google

— Aurelius Mucianus.
— P. DELPHIVS PEREGRINVS AL[F]IVS ALENNIVS MAXIMVS CVRTIVS VALERIANVS PROCVLVS M. NONIVS MVCIANVS.
— C. LICINIVS MVCIANVS.
— M. NONIVS ARRIVS MVCIANVS.
— M. NONIVS MVCIANVS.
— M. NONIVS MVCIANVS P. DELPHIVS PEREGRINVS.

506 C. (MVCIVS) SCAEVOLA quindecimvir sacris faciundis a. 737 *acta saecularia (eph. epigr. 8 p. 241).*

507 TERTIA MVCIA (*utrumque nomen ponit Asconius, praeterea* Mucia), Scaevolae filia, uxor primum Cn. Pompeii, deinde M. Aemilii Scauri, ex utroque mater *Asconius p. 17 ed. Kiessl. cf. Cic. ad fam. 5, 2, 6, ad. Att. 1, 12, 3, Plut. Pomp. 42, Suet. Caes. 50, Hieronymus adv. Iovinianum 1, 48.* Anno 714 internuntia inter Sex. Pompeium filium et triumviros *Dio 48, 16; Appian. b. c. 5, 69. 72.* Eius gratia filio eius M. Scauro *(supra A 281)* post pugnam Actiacam venia data *Dio 51, 2.*

508 Mulvius, parasitus *Horat. sat. 2, 7, 36 cf. Ps.-Acro l. c.*

509 Mulvius Gallicanus, praefectus praetorio sub Valeriano *epistula ficticia ap. Vopiscum vit. Probi 4, 3.*

510 MVLVIA PLACIDA C. f., uxor Sex. Tadii Lusii Nepotis Paullini *IX 4119 (t. agri Sabini) III S. 7316 (Edessae Macedoniae).*

511 [M]VMMIVS ([Μ]όμμιος) legatus ([πρεσ]βευτής) (proconsulis ut videtur Achaiae) *CIA. III 598. Ad eundem pertinere iudicavit Dittenberger arch. Zeitung 1876 p. 54 titulum plane mutilum Olympiae repertum, editum arch. Zeitung l. c.*

512 L. MVMMIVS FELIX CORNELIANVS, decemvir stlitibus iudicandis, sevir equitum Romanorum turmae secundae, quaestor candidatus, tribunus plebis, quindecimvir sacris faciundis, praetor candidatus *titulus semel tantum descriptus VI 1464. Idem ut videtur* Mummius Cornelianus (*sic t. Orcistanus, plerumque* Cornelianus) cos. ord. a. 237 cum Mario Perpetuo *t. Orcistanus Herm. 22 p. 311; fasti.*

513 MVMMIVS LOLLIANVS praeses provinciae vel magistratus, cui rescripsit Traianus *Dig. 48, 18, 1, 12.*

514 L. MVMMIVS MAXI[MVS] FA[VST]IANVS clarissimus vir; IIIvir monetalis aere argento auro flando feriundo, sevir equitum Romanorum, quaestor kandidatus, praetor urbanus; XVvir sacris faciundis *t. urbanus Bull. comunale 1889 p. 41.*

515 L. MVMMIVS NIGER QVINTVS VALERIVS VEGETVS SEVERINVS CAVCIDIVS TERTVLLVS. *Tituli: Apulus IX 948 (semel tantum descriptus) (1); agri Viterbiensis XI 3003 (2).* L. Mummius *[inter* Mumm- *et* Munat- *haesitaverat descriptor]* Nig[er] Quintus Valeriu[s] Vegetus

[*traditur* Vignus] Severin[us] C. Ancidius Tertul[lus] *t. 1*, Mummius Niger Valerius Vegetus *t. 2*. *Caucidium Tertullum dicere malumus quam C. Aucidium, propter Anniam Regillam, Caucidiam Tertullam dictam in t. Eleusinio, cf. infra. Oriundus sine dubio a Q. Valerio Vegeto consule suffecto anno 91, a cuius matre Cornelia Severina (II 2074) traxit Severini cognomen (cf. Borghesi opp. 8 p. 272), fortasse nepos eius, parentela aliqua coniunctus cum Appia Annia Regilla Caucidia Tertulla Herodis Attici uxore (sic dicta in t. Eleusinio Eph. arch. 1885 p. 152, cf. supra A 557) et P. Vigellio Raio Plario Saturnino Atilio Braduano Caucidio Tertullo (III 6183) proconsule Africae anno 180.* Consul *t. 1 (suff. a. inc.)*, consularis *t. 2*. Villa eius dicta Calvisiana in agro Viterbiensi, in quam adduxit aquam dictam a nomine ipsius Vegetianam *t. 2*.

516 MVMMIVS QVADRATVS, Marci imperatoris sororis *(sc. Anniae Cornificiae Faustinae)* filius; ei Marcus imperator factus bonorum maternorum partem tradidit *vit. Marci 7, 4. Videtur scribendum* Ummidius Quadratus, *sub quo cf.*

517 Mummius Secundinus, inter nobiles a Severo occisos *vit. Sept. Severi 13, 1.*

518 P. MVMMIVS SISENNA *(tria nomina extant VI 10299. XIV 2112 v. 8,* Mummius Sisenna *VI 13505, plerumque* Sisenna; Silvanus, Silanus *pauci fastorum laterculi)*, consul ordinarius a. 133 cum M. Antonio Hibero *fasti. Fortasse idem* [Mum]mius Sisenna *t. Veliternus X 6587.*

519 P. MVMMIVS SISENNA RVTILIANVS. *Tituli duo Tiburtini, alter positus a senatu populoque Tiburte, mutilus XIV 4244 (1), alter ab Herculaniis Augustalibus XIV 3601 (2). Plenum nomen exhibet t. 2 (in t. 1 praenomen periit; solo Rutiliani cognomine utitur Lucianus).* Tribu Gal. *t. 2*. P. f. *t. 1. 2*. *Filius fortasse eius qui praecedit.* Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus legionis V Macedonicae, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus legionis VI Victricis, praefectus aerarii Saturni *t. 1. 2*. Consul *t. 1. 2, suff. a. inc.* Praefectus alimentorum per Aemiliam *t. 1. 2*. Legatus Aug. pro pr. Moesiae superioris *t. 1. 2*. Ab Alexandro Abonutichita iubetur duos leones vivos in Danuvium inicere; ita bellum Germanicum, quod Marcus imp. gerebat cum Marcomanis et Quadis, ad prosperum finem perductum iri *Lucianus pseudomant. c. 48. Verisimile est hoc responsum datum esse Rutiliano legato Moesiae; cum autem Lucianus narret, post hoc responsum Germanos in Italiam irrupisse et Aquileiam usque venisse, Rutiliani legatio videtur collocanda esse c. a. 167.* Proconsul provinciae Asiae *t. 1. 2, non post annum 171/172, cum t. 2 positus sit d. 1 Iun. 172 (cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 153).* Augur; Tiburtium patronus ibique curator fani Herculis Victoris *t. 1. 2*, item salius *t. 2*. Homo alioquin optimae indolis, sed prave super-

stitiosus, Alexandro Abonutichitae falso prophetae devinctus *Lucianus l. c. c. 30 cf. c. 57,* cuius filiam uxorem ducit sexagenarius *ib. c. 34 cf. c. 4,* adversante Luciano *ib. c. 54,* cum filium ex prioro uxore sibi natum adulescentulum amisisset *ib. c. 33.* Moritur septuagenarius *ib. c. 34,* cum supervixisset Alexandro *c. 60.*

520 MVMMIA ACHAICA, neptis Q. Catuli proneptisque L. Mummii *(filia, ut coniecit Borghesi opp. p. 415, Mummii eius qui M. Crasso legatus fuit a. 683, Plut. Crass. 10),* uxor Ser. Sulpicii Galbae consulis a. 749, mater Galbae imperatoris *Suet. Galb. 3.*

521 MVMMIA LAENILLA, clarissima femina *VI 272. Eiusdem puto* Mumiaes [L]aenillaes serva *in t. Calabrico IX 220.*

522 Mummia Nigrina *(sic VI 27881,* Nigrina *Martialis),* Autistii Rustici coniux, propter pietatem in maritum laudata a *Martial. 4, 75. 9, 30.* Mariti defuncti in Cappadocia cineres Romam rettulit *ib. 9, 30.* Una cum marito nominatur *in t. servae scripto a. p. Chr. 87, VI 27881.*

523 MVMMIA VARA clarissima femina *tegula urbana XV 1310.*

524 Mummia Vitula: *eius dispensator in t. urbano VI 9336. Fortasse mulier nobilis.*

525 MVNATIVS: ei et Proculo divi fratres rescripserunt *Ulpianus de officio consulis, Dig. 40, 12, 27. Magistratus sine dubio, fortasse consul suffectus una cum Proculo.*

526 Munatius, comes Ti. Neronis in Asia (a. 734), amicus Iuli Flori *Horat. ep. 1, 3, 31 seq.*

527 Gn. Munatius Aurelius Bassus, M. f., tribu Pal.; praefectus fabrum, praefectus cohortis III sagittariorum, praefectus cohortis iterum II Asturum, censitor civium Romanorum coloniae Victricensis Camaloduni in Britannia; procurator Augusti; curator viae Nomentanae; patronus municipii Nomenti ibique honoribus functus *t. Nomentanus XIV 3955. Fortasse filius eius* Cn. Munatius Bassus Cn. f. *XIV 3951 v. 8.*

528 Q. Munatius Celsus (Q. Annatius Celsus *traditur; nomen emendatum ex titulo et fistula infra citatis),* procurator Mauretaniae Caesariensis sub Caracalla *milliarius Mauretanus, rev. arch. 1894 t. 25 p. 391. Idem sine dubio* [Mun]atius Celsus, egregiae memoriae vir, praeses ...., ex cuius defuncti testamento [M]unatius Celsus, a militiis, filius, Caracallae statuam posuit Cirtae *VIII 7001. Origine igitur videtur Cirtensis. Non diversus fortasse* Q. Munatius Celsus *fistula urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 135.*

529 L. Munatius Felix *(sic t. Aegyptius,* Λούκιος Μουν.... *papyrus),* praefectus Aegypti *papyrus Aegyptiaca musei Berolinensis, Urk. I n. 161,* praefectus Aegypti sub Antonino Pio *t. Aegyptius, Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes 1894 p. 44. Idem fortasse* Felix praefectus Aegypti, *ap.*

*Iustin. martyr. apol. I c. 29; nam propter minime certas causas Waddington (quem secuti sumus supra F 107) hunc Felicem attribuit temporibus Hadriani.*

530 Munatius Gallus, homo optimus: eum adloquitur *Martialis 10, 33.* Filia et consocer eius memorantur *ib. v. 3. 4. Videtur pater fuisse eius qui sequitur, cf. Friedländer ad Martialem l. c.*

531 L. MVNATIVS GALLVS *(tria nomina extant VIII 10186. 10210)*, legatus pro praetore exercitus Africani a. 100 *tituli Numidiae VIII 2355. 10186. 10210. 10667. VIII S. 17842 (= 2355). 17843. 17892.*

532 Munatius Gratus, eques Romanus, particeps coniurationis Pisonianae *Tac. a. 15, 50.*

533 Munatius Mundus: eius epigramma de ruinis Mycenarum *anth. Pal. 9, 103.*

534 L. MVNATIVS PLANCVS cos. a. u. c. 712. *Tituli: urbanus VI 1316 (1); Eleusinius, acta (πρακτικά) societatis archaeol. Athen. ann. 1885 p. 26 (2); mausolei Formiani X 6087 (3). Valde incerta coniectura ad eum relata sunt fragmenta IX 5815. 5816. (Tituli falsi: V 776*. XIV 146*. 406*). — Nummi ap. Eckhel 5 p. 257, Babelon monnaies de la rép. romaine I p. 178, 57–59, II p. 239.*

L. Munatius Plancus *t. 2. 3, fasti triumph. Cap., Caes. b. Gall. 5, 24, Dio 46, 29 et ind. l. 47 (ubi pro* Μουν- *in codicibus* Μουν-), L. Munatius *fasti Colotiani et fasti Biondiani sub a. 732* (C. Munatius *VI 10286 errore typographi)*, L. Plancus *t. 1, nummi, item Cicero saepius aliique;* Munatius Plancus *vel* Plancus *scriptores passim.* — L. f., L. n., L. pron. *t. 3 (nomina patris et avi dant etiam fasti triumphales Cap., nomen patris etiam t. 1. 2, item fasti Colotiani).* — Frater T. Munatii Planci Bursae *Ascon. in Mil. p. 33 Orell.*, et L. Plotii Planci *Vell. 2, 67, Plin. h. n. 13, 25, Val. Max. 6, 8, 5, Dio 54, 2 (cf. de hoc L. Planco Borghesi opp. 1 p. 202 seq. cum notis Mommseni p. 203 l. c.).* — Tibure oriundus *Acro qui dicitur ad Hor. carm. 1, 7, vix recte.*

Legatus C. Caesaris in Gallia a. 700 *Caes. b. G. 5, 24. 25;* eiusdem bello civili in Hispania *Caes. b. civ. 1, 40,* in Africa *bell. Afr. c. 4.* Unus ex praefectis urbis a. 708 a Caesare Romae relictis *nummi aurei ap. Eckhel 5, 257 = Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 239, 1–3 cf. Cic. Phil. 2, 31, 78.* Consul designatus a Caesare in a. 712 una cum D. Bruto *Nic. Damasc. fr. 101 c. 22 (p. 442 M.). Vell. 2, 63 (L. Plancus praetor designatus Cic. ad Att. 16, 16 A. B. E, frater eius est L. Plotius).* Post mortem Caesaris concordiae in senatu auctor *Plut. Brut. c. 19.* Proconsul Galliam ulteriorem obtinet *Nic. Damasc. fr. 101 c. 28 (p. 450 M.). Fortasse eius nomen* (L. Munat.) *tum temporis inscriptum nummis cusis a regulo quodam Gallico (Robert revue numism. 1859 p. 250).* Imperator *Cic. Phil. 3, 15, 38 (mense Dec. a. 710); ipsius epistulae scriptae anno 711 (Cic. ep. ad*

Digitized by Google

L. f., L. n. *fasti Cap.* (L. f. *t. 7*). *Avus fortasse, non pater* Asprenas proconsul, in exercitu Caesaris dictatoris a. 708. 709 *bell. Afr. 80, Hisp. 10,* .... ius [Asp]renas L. f., pro p[r.] *t. Valentinus XII 1748 cf. Hirschfeld ad eum (idem ut videtur dictus* Nonius Struma *Catull. carm. 32 cf. Plin. h. n. 37, 81).* Pater eius Publilius *(vocabulum ut*

*videtur corruptum)* caecus, a Bruto (praetore urbano a. 710), cum postulare vellet, destitutus *Labeo ap. Ulpianum lib. VI ad edictum Dig. 3, 1, 1, 5 (vix alium, certe recentiorem nullum intellexit Labeo). Diversus igitur a patre eius Asprenas tribunus plebis a. 710 (Appian. b. c. 3, 7), item ut puto diversus Nonius senator proscriptus ab Antonio, Plin. h. n. 37, 81. Incertum qua parentela cum eo coniunctus* L. Nonius Asprenas L. f., tribu Velina, inter testes senatus consulti facti anno 715 loco tertio *Bulletin de corr. hell. 1887 p. 227.* — Avunculus eius P. Quinctilius Varus, Sex. f., consul a. 741 *Vell. 2, 120, mater igitur Quinctilia Sex. f. Frater eius puto Sex. Nonius Quinctilianus consul a. p. Chr. 8 (cf. sub hoc, infra n. 118).*

Augusto artius iunctus *Suet. Aug. 56.* Accusatus veneficii a Cassio Severo *Plin. h. n. 35, 164; Suet. Aug. 56; cf. Quint. inst. 11, 1, 57,* defensus a Pollione *Quint. inst. 10, 1, 22. (Anno 745 id accidisse ex Dione 55, 4 collato Suetonio nequaquam effici potest.)* Consul suff. a. p. C. 6 *fasti Cap.* Septemvir epulonum *t. 1. 2. 6.* Legatus in Germania sub avunculo suo Varo, caede trium legionum audita, duas legiones quibus praeerat ad inferiora hiberna duxit *Vell. 2, 120; Dio 56, 22.* Proconsul Africae a. 14 *t. 1. 2 (in t. 3 temporis indicatio corrupta est); Tac. a. 1, 53.* Curator locorum publicorum iudicandorum *t. 4. 5.* In senatu verba facit a. 20 *Tac. a. 3, 18.* Uxor Calpurnia L. Pisonis filia *t. 8. Huius fortasse liberta* Nonia L. Asprenatis l. Helena *IX 5659.* — L. Asprenas (*traditur* Asprenates) *nominatus a Seneca rhetore contr. 10 pr. 2 ut declamator cuius fama cum ipso extincta sit, diversus videtur esse. Incertum utrum hic an is qui sequitur* L. Nonius Asprenas *in fistula plumbea suburbana, ap. Lanciani syll. 377; item incertum utrum hic* [As]prenas, *cuius servus (in eodem t.* L. Nonius *aliquis) VI 23030.*

94 L. NONIVS ASPRENAS cos. a. p. C. 29. *Titulus Eph. ep. 4, 818, nam huius esse, non patris, ostendit sacerdotium (1). Memoratur in titulo matris VI 1371 (2).* L. Nonius Asprenas *t. 2*, L. Asprenas *t. 1. In consulatu* L. Nonius Asprenas *IV 1555*, L. Nonius *fasti Nolani*, L. Aspr[enas] *fasti fratr. Arv.*, L. Aspr. *I 767. 768.* L. f., *t. 1*, L. Nonii Asprenatis *(eius qui praecedit consulis a. p. C. 6)* et Calpurniae filius, Asprenatis Calpurnii Serrani *(infra n. 98)* et Asprenatis Calpurnii Torquati *(infra n. 99)* frater *t. 2.* Consul suff. a. 29 cum A. Plautio *fasti fratr. Arv. (CIL. I ed. 2 p. 71), fasti Nolani (X 1233), cf. I 767. 768. IV 1555.* Augur *t. 1.* — In consulari Asprenatum domo duo fratres diversis modis morbo coli liberati *Plinius h. n. 30, 63, fortasse significans hunc et unum e fratribus.*

95 P. NONIVS ASPRENAS *(tria nomina VI 811. X 6638, Dio ind. l. 59, Frontin. aq. 13,* Πούπλιος Νώνιος *Dio 59, 9,* P. N . . . . *VI 10288,* Nonius Asprenas *Frontin. aq. 102, alibi* Asprenas), M. f. *Dio ind.*, consul ord. a. 38 cum M. Aquila Iuliano *fasti. Hic puto* Asprenas senator,

conscius coniurationis in Gaium *Ioseph. ant. 19, 1, 13,* post caedem Gaii a Germanis corporis custodibus et ipse in Palatio occisus *ib. c. 15 cf. c. 13. 17.*

96 P. (Nonius) Asprenas, declamator *Seneca rhetor passim (cf. ind. Kiesslingii p. 532). — Nihil omnino huic Asprenati cum Torquato quem adloquitur Horatius carm. 4, 7, 23 et ep. 1, 5, 3.*

97 (P.? NONIVS) ASPRENAS CAESIANVS: *eius servus* Olympus Asprenatis Caesiani dispensator, maritus Noniae P. l. Ionicae *VI 9356.*

98 (NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS SER[R]ANVS (*pro* Serran- *traditur* Seran- *vel* Seian-), Calpurniae et Asprenatis *(consulis a. p. C. 6, supra n. 93),* filius, L. Nonii Asprenatis *(consulis a. p. C. 29, supra n. 94)* et Asprenatis Calpurnii Torquati frater *VI 1371. — Aut huius aut eius qui sequitur filius* Calpurnius Asprenas, Galatiae ac Pamphyliae a Galba praepositus *Tac. h. 2, 9 (cf. sub hoc).*

99 (C.? NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS TORQVATVS (Asprenas Calpurnius Torquatus *VI 1371,* Asprenans Calpurnius Torquatus *VI 1370; praenomen ex Suet., cf. infra*), Calpurniae et Asprenatis *(consulis a. p. C. 6, supra n. 93),* filius, L. Nonii Asprenatis *(consulis a. p. C. 29)* et Asprenatis Calpurnii Serrani *(eius qui praecedit)* frater *VI 1371 cf. 1370.* — C. Nonium Asprenatem in ludo Troiae lapsu debilitatum aureo torque donavit Augustns passusque est ipsum posterosquo Torquati ferre cognomen *Suet. Aug. 43, hunc puto significans. A C. Caesare et aliis nobilibus vetera familiarum insignia adempta esse et Torquato torquem, narrat Suetonius Cal. 35 fortasse significans hunc; sed cf. supra sub D. Iunio Silano Torquato (I 558). (Alienus ab hac familia puto Torquatus quem adloquitur Horatius carm. 4, 7, 23 et ep. 1, 5, 9). — Ab hoc puto oriundi* L. Nonius Torquatus Asprenas consul a. 94 *(infra n. 123),* Torquatus Asprenas consul a. inc. *(infra n. 122),* Torquatus Asprenas consul iterum a. 128 *(infra n. 121). Ab horum puto Torquatorum uno appellatum* balneum Torquati regione urbis prima *Not. urbis Romae.*

100 NONIVS ATTIANVS famosus sub Nerone delator, a. 70 in senatu *Tac. h. 4, 41.*

101 NONIVS BALBVS tribunus plebis a. 722 *Dio 50, 2. Aut is qui sequitur aut pater eius.*

102 M. NONIVS BALBVS. *Tituli Herculanenses decem X 1425–1434, positi unus X 1425 ab ipso (1), alii X 1426–1428 ab Herculanensibus (2. 3. 4), unus X 1429 a Nucerinis (5), tres X 1430–1432 a communi Cretensium (6. 7. 8), reliqui X 1433. 1434 a civitatibus Cretae (9. 10).*

M. Nonius Balbus *t. 1–5. 9 (idemque fuit etiam t. 6–8. 10),* Balbus *tituli matris et uxoris X 1435–1437. 1440.* Origine Nucerinus *t. 5,* M. f. *t. 1–5. 7. 9. 10.* Pater M. Nonius M. f. Balbus *X 1439,* mater Vieiria A. f. Archais *X 1440.* — Praetor *t. 2–4. 7–10.* Proconsul *t. 1–10,* Cretae et Cyrenarum, *ut intellegitur ex t. 6–10.* Hercula-

nensibus basilicam portas murum sua pecunia extruit *t. 1.* Uxor Volasennia C. f. Tertia *X 1435–1437.* M. Nonius aliquis Balbi huius ut videtur libertus loco sepulturae ab Herculanensibus honoratus *X 1471 cf. 1472.*

103 [NO]NIVS BASSVS consul (suff. a. inc.) *fragmentum Auximas IX 5829 suppletum a Borghesio opp. 6 p. 91, qui contulit L. Flavium Silvam Nonium Bassum consulem ord. a. 81, item aequalem eius C. Salvium Liberalem Nonium Bassum, quorum hic certe fuit oriundus ex Piceno (IX 5533). — Ex eadem fortasse, qua hi, stirpe (Borghesi opp. 3 p. 379)* L. Nonius Bassus Picen(o), praefectus cohortis I Brittonum milliariae sub Antonino Pio *dipl. mil. (III p. 886).*

— C. NONIVS BASSVS SALVIVS LIBERALIS *v.* C. SALVIVS LIBERALIS NONIVS BASSVS.

— L. FLAVIVS SILVA NONIVS BASSVS.

— C. SALVIVS LIBERALIS NONIVS BASSVS.

— L. TETTIVS NONIVS CAECILIVS LYSIAS.

104 Nonius Celer, 'vir honestissimus', nescio quibus officiis civilibus occupatus, in matrimonium ducturus Quintiliani, amici Plinii, filiam, Tutili neptem *Plin. ep. 6, 32.*

105 M. NONIVS GALLVS *(sic t. Aeserninus IX 2642,* Nonius Gallus *Dio 51, 20).* C. Nonii quattuorviri quinquennalis Aeserniae filius *(origine sine dubio Aeserninus),* C. n., M. pron. *t. Aeserninus.* Treviros subiecit anno circ. 725 *Dio 51, 20 ad eum annum.* Imperator; septemvir epulonum *tit. cit. (Consulem suffectum fuisse anno 718 coniecerunt Borghesius opp. 4 p. 53 et Henzen CIL. I p. 456, ed. 2 p. 38).*

106 Nonius Gracchus (nonnius graccus *traditur*) inter nobiles a Severo sine causae dictione occisos *vit. Sever. 13, 3.*

107 NONIVS GRATILIANVS clarissimus vir, patronus collegii cuiusdam Beneventani cooptatus a. 257 *IX 1681.*

108 M. NONIVS MACRINVS. *Tituli: V 4343 (1). 4344 (2) dedicati ei Brixiae, V 4300 (3). 4325 (4). 4336 (5). 4361 (6). 4864 (7) dicati ab ipso Brixiae vel prope Brixiam.* M. f. *t. 1. 2.* Tribu Fab. *t. 1. 2. Primi honores ignorantur.* Praetor *t. 2.* Consul; quindecimvir sacris faciundis; legatus Augusti pro praetore provinciae Pannoniae superioris *(sic t. 1)* vel inferioris *(sic t. 2) t. 1. 2 (de coniectura quadam Borghesii cf. infra sub Nonio Murco).* Uxor Arria *t. 7. Iudice Borghesio (opp. 6 p. 64) filius M. Nonii Muciani, consulis et quindecimviri sacris faciundis (infra n. 110), pater M. Nonii Arrii Muciani (supra n. 91) et M. Nonii Arrii Paulini Apri (n. 92), cf. sub his. — Nullus fuit* M. Nonius Macrinus iunior *t. falsus V 550*.*

109 P. NONIVS MACRINVS M. f., tribu [Q]ui(rina) *vel* Ou[f(entina)], quaestor a. 138, scribendo adfuit senatus consulto de nundinis saltus Beguensis *VIII 270 = VIII S. 11451.*

— Nonius Maximus *v.* Novius Maximus.

110 M. NONIVS MVCIANVS M. f., tribu Fabia, origine sine dubio Brixianus, consul, quindecimvir sacris faciundis *tituli Brixiani V 4345. 4346;* avus Muciani *(i. e. M. Nonii Arrii Muciani consulis a. 201, ut putat Borghesius opp. 6 p. 63) V 4346. Cf. praeterea de his Noniis Mucianis Mommsen CIL. V p. 339. — Unius ex his Noniis Mucianis Brixianis (n. 91. 92. 110) servus* Augustianus Muciani *t. Brixianus V 4598.*

111 M. NONIVS MVCIANVS P. DELPHIVS PEREGRINVS *(sic t. Veronensis), vel etiam plenius* P. DELPHIVS PEREGRINVS ALEIVS *(scr.* Alfius) ALENNIVS MAXIMVS CVRTIVS VALERIANVS PROCVLVS M. NONIVS MVCIANVS *(sic in senatus consulto VIII 270 = VIII S. 11451 v. 10. 11; brevius* M. Nonius Mucianus *ib. v. 25). Diversus ab eo qui praecedit, propter tribum; parentela aliqua videtur coniunctus fuisse cum P. Alfio Alennio Maximo Curtio Valeriano (V 3590).* – M. f. *t. Veronensis V 3343.* Tribu Pob. *ib. (origine puto Veronensis).* Tribunus militum legionis decimae Fretensis; quaestor; aedilis; praetor; legatus pro praetore provinciae Asiae *ib.* Consul suff. cum P. Cassio Secundo a. 138 mense Oct. *VIII 270.*

112 NONIVS MVRCVS legatus provinciae cum exercitu sub Commodo *epistula Commodi ad Clodium Albinum vita Cl. Albini 2 (fictic.). Murci cognomen corruptum esse et significari M. Nonium Macrinum (supra n. 108) coniecit Borghesius opp. 6 p. 65.*

113 NONIVS PATERNVS *(sic t. urbanus ap. de Rossi inscr. chr. 1 p. 21 n. 14, praeterea* Paternus) consul iterum *(iterationis nota extat in fastis Graecis alteris, in t. urbano ap. de Rossi l. c., in Pannonico III S. 10488, alibi omittitur)* ord. anno 279 cum imp. (M. Aurelio) Probo Aug. tertium *fasti* (consul II a. 278, consul III a. 279 *Prosper). (De Rossi l. c. p. 22 coniecit non diversum eum fuisse a Paterno consule ord. a. 269, eundem autem Ovinium Paternum praefectum urbis anno 281, appellatum et Nonium et Ovinium; cf. sub Ovinio Paterno).*

114 NONIVS PHILIPPVS legatus Augusti pro praetore provinciae Britanniae a. 242 *VII 344.*

115 C. NONIVS PROCVLVS C. f., tribu Arnensi, consul (suff. a. inc.) *VI 1473.*

116 [N]ONIVS QVINCTILIANVS (.... tonius Quintilianus *Frontin. aq. 102, loco corrupto, ubi littera* a *quae praecedit non videtur cum hoc nomine coniungenda esse,* .... nius Quinctilianus *act. Arv.,* Quintilianus *Tac.)* tribunus plebis a. 32 *Tac. a. 6, 12.* Consul suff. a. 38 (cum Ser. Asinio Celere ut videtur) *act. Arv. (VI 2028 d), Frontin. aq. 102. Filius fortasse Sex. Nonii Quinctiliani consulis a. p. Chr. 8, pater eius qui sequitur.*

117 L. NONIVS QVINTILIANVS, L. f., Sex. *(consulis a. p. C. 8)* nepos, C. Sosii consulis *(a. u. c. 722)* triumphalis *(a. 720)*, pronepos, augur, salius Palatinus, vixit annos XXIIII *titulus agri Sabini IX 4855.*

118 SEX. NONIVS QVINCTILIANVS L. f., L. n. *(patrem et avum dant fasti Cap., patrem etiam Dionis index). Frater puto minor L. Nonii Asprenatis consulis a. p. Chr. 6, filius Quinctiliae Sex. f., ut praenomen et cognomen traxerit e stirpe materna.* Triumvir monetalis non ante annum 742, sed nec multo postea *(cf. Mommsen hist. numm. p. 744 not. 15) nummi ap. Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 257.* Consul ord. a. p. C. 8 una cum M. Furio Camillo *fasti.*

119 Nonius Receptus, centurio legionis XXII Primigeniae, kal. Ian. a. 69 Galbae imagines cum protegeret, a militibus vinctus, mox iussu Vitellii occisus *Tac. h. 1, 56. 59.*

120 Q. NONIVS SOSIVS PRISCVS consul ord. a. 149 cum Ser. Cornelio Scipione Salvidieno Orfito *fasti.* (Sosius Priscus *VI 644,* Σόσσιος Πρεῖσκος *tituli Graeci tres, Lebas 3, 2307, Borghesi opp. 8, 276, Kaibel ep. Gr. 841,* Quintus Stitius Priscus *cod. Ienensis Gromaticorum, ed. Lachmann I p. 244,* Quintus Scicius et Priscus *cod. Gudianus, ib. p. 253, plerumque* Priscus; Q. Non. Priscus *solus t. urbanus VI 327, et in hoc quoque* Non. *videtur postea additum cf. Huebner ex. scr. 285, sed tamen, teste Huelseno, manu antiqua, inde pendet t. falsus VI 106*).*

121 (NONIVS) TORQVATVS ASPRENAS (Torquatus Asprenas *VI 10048, 5,* Torquatus Aspren. *XV 1433,* Asprenas *XV 830, chronographus anni 354,* Torquatus *fasti Hydatiani aliique*) consul II ord. a. 128 cum M. Annio Libone *fasti.*

122 (NONIVS) TORQVATVS ASPRENAS consul (suff.) mense Sept. a. inc. cum L. Sergio Paullo *VI 253, fortasse temporibus Hadriani cf. Henzen ad VI l. c.*

123 L. NONIVS TORQVATVS ASPRENAS (*sic plene VI 25527, alibi* Asprenas; L. No... *VI 1988 = XIV 2392, nam hic videtur in consulatu significari)* consul ordinarius a. 94 cum T. Sextio Magio Laterano *fasti. (Orell. 11ᵇ non hi consules significantur, sed Sextii Torquatus et Lateranus).*

— Nonius Vindex *v.* Novius Vindex.

124 Nonia C. f.: eius horti appellati Titiani *cippus prope urbem rep. VI 29772 cf. Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 344.*

125 Nonia Antist[ia?] *fistula plumbea rep. Baiis, Eph. ep. 8, 381. Fortasse femina nobilis.*

126 Nonia Arria Hermionilla, uxor Sex. Valerii Poblicolae Vettilliani equitis Romani, avia M. Annii Valerii Catulli *titulus agri Brixiani V 4484. Parentela videtur coniuncta cum M. Nonio Arrio Muciano, supra n. 91, ut coniecit Borghesius opp. 6 p. 66.*

127 NONIA CELSA, uxor Macrini imperatoris, Diadumeni mater *vita Diadum. 7, 4. Nummis et inscriptionibus ignota.*

128 NONIA MAXIMA clarissima femina *tubus plumbeus Romae rep., Notizie 1890 p. 321.*

129 NONIA POLLA mater L. [Volu]sii Saturnini proconsulis (Asiae) *t. Pergamenus ap. Fränkel Inschr. v. Pergamon n. 427. Filius fortasse fuit L. Volusius Saturninus consul a. p. Chr. 3, cf. sub Volusiis Saturninis.*

130 Norbana, uxor Cari, amici Martialis *Martial. 7, 74, 7.*

131 Norbana (*traditur* Narbana), in exilium acta a Commodo *vit. Commodi 4, 4.*

132 Norbanus, praefectus praetorio Domitiani, conscius coniurationis qua ille occidit *Dio 67, 15 (Zonaras 11, 19).*

133 Norbanus, in exilium actus a Commodo *vit. Commodi 4, 4.*

— L. APPIVS MAXIMVS NORBANVS.

134 L. NORBANVS BALBVS (FLACCVS? *de hoc cognomine cf. infra sub Dione;* L. Norbanus Balbus *VI 1437. IX 2827. X 1964*, L. Balbus *Plin. h. n. 2, 202, alibi* L. Norbanus; C. Norbanus *Cassiodor., errore,* Balbus *consulum laterculi plerique;* Λ. Νωρβανὸς Φλάκκος ἢ Βάλβος *Dio ind. consulum l. 57).* C. f. *Dio ind. l. 57; fortasse frater C. Norbani Flacci consulis a. 15.* Consul ordinarius a. p. C. 19 una cum M. Iunio Silano *fasti.* Tuba canere solitus ipso consulatus sui die kalendarum Ianuariarum hominum animos turbat *Dio 57, 18. Hic fortasse* Norbanus vir nobilis a. 41 in Palatio a Germanis corporis custodibus occisus *Ioseph. ant. 19, 1, 5. — Huius ut videtur libertus* L. Norbanus Balbi l. Clemens *XI 1942 (Perusiae); plane incertum num huius Balbi mentio fiat in fragmento Perusino XI 1942ª.*

135 C. NORBANVS FLACCVS cos. a. 716 *(tria nomina exhibent fasti triumph. Capitolini, Philo, Iosephus [ubi pro* Νωρβαν- *in codicibus est* νορφαν-, νωγμαν-, νωγβαν-], *item Dio ind. consulum l. 48, nisi quod hic pro* Γ. Νωρβανός *scriptum est* Γμ. Ωωρβανος; *alibi* C. Norbanus *vel* Norbanus; Flaccus *fastorum laterculi nonnulli sub a. 716).*

C. f. *fasti triumph. Cap., Dio ind. l. 48.* Copiarum triumviralium a. 712 in Macedonia dux *Appianus b. c. 4, 87. 102. 103. 104. 106. 107. 130; Plutarch. Brutus 38; Dio 47, 35. 36 (Zonaras 10, 19).* Consul a. 716 cum Ap. Claudio Pulchro *fasti.* Triumphavit ex Hispania d. 12 Oct. 720 *fasti triumph. Cap.; fasti triumph. Barb. (CIL. I p. 478, ed. 2 p. 70).* Proconsul Asiae *Philo leg. ad Gai. p. 592; Ioseph. ant. 16, 6, 3. 7; t. Pergamenus mutilus, ap. Fränkel Inschr. v. Pergamon n. 416 (proconsul fuit post pugnam Actiacam, sed fortasse non multo postea, Waddington fastes n. 50).* Quindecimvir s. f. a. 737 *acta saecularia, aut hic aut is qui sequitur.*

136 C. NORBANVS FLACCVS cos. a. 730 *(tria nomina plene exhibet Dio ind. consulum l. 53;* C. No[rbanus] Flaccus *fasti Cap.,* [C. Nor]banus Flac. *fasti fer. Lat.,* C. Norbanus *Dio 53, 28, Cassiod.;* Flaccus *consulum laterculi plerique).* C. f. *(fortasse filius eius qui praecedit),* C. n. *Dio ind.* Consul ordinarius a. 730 cum Augusto decimum *fasti.*

137 C. NORBANVS FLACCVS consul a. p. C. 15 *(tria nomina exhibent fasti Antiates sub a. 15 et Dio ind. consulum l. 57,* Norbanus Flaccus *Suet. Vit. 3, alibi* C. Norbanus; Flaccus *consulum laterculi plerique). —* C. f. *Dio ind. 57; filius fortasse eius qui praecedit, frater puto L. Norbani Balbi cos. a. p. Chr. 19 (supra n. 134).* Praetor urbanus a. p. Chr. 11 *fasti fratr. Arv. (CIL. I ed. 2 p. 70).* Consul ord. a. 15 cum Druso Caesare *fasti. Huius fortasse* C. Norbani Flacci ancilla *VI 12152; item ex huius familia* C. Norbanus Flacci l. Quietus pullarius *VI 2200. Fortasse huius et fratris* dispens. Norbanorum *Bull. comun. 1886 p. 387, 1589. — Aut hic, aut frater eius, a. 41 post Gai necem a Germanis tumultuantibus occisus (v. sub fratre, supra n. 134).*

138 Norbanus Licinianus, Baeticus, relegatus a Caecilio Classico, in eiusdem causa a provincia Baetica legatus Romam missus, damnatur praevaricationis *Plin. ep. 3, 9, 29–35.*

— Q. Cornelius Flaccus Noricus Numisius.

139 P. Novanius Gallio, heres institutus in testamento quodam recitato in causa Liburniae *Quintil. inst. 9, 2, 35.*

— L. Dudistius Novanus.

— (ANNAEA) NOVATILLA.

— M. CAECILIVS NOVATILLIANVS.

— C. Laecanius Novatillianus.

140 Novatus, gener Terentiani Mauri, quem hic adloquitur *de metr. v. 283.*

— ANNAEVS NOVATVS *v.* L. Iunius Gallio.

— Iunius Novatus.

— SERV(A)EA NOVELLA RVFINA POTITIANA.

141 TORQVATVS NOVELLIVS ATTICVS *(sic t. Tiburtinus XIV 3602,* Novellius Torquatus *Plin.).* Origine Mediolanensis *Plin. h. n. 14, 144.* P. f. *t. Tiburtinus.* Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis primae, tribunus militum vexillariorum legionum quattuor, primae, quintae, vicesimae, undevicesimae *(i. e. quattuor legionum in Germania inferiore tendentium),* quaestor, aedilis, praetor ad hastam, curator locorum publicorum, legatus ad census accipiendos et dilectum et proconsul provinciae Narbonensis *t. Tiburtinus;* ad proconsulatum usque e praetura honores gessit *Plin. 14, 144.* Moritur nondum finito anno proconsulatus Foro Iulii, annum agens quadragesimum quartum *tit.* Bibendo famam nactus atque etiam cognomen *(nescimus quod),* Tiberio quoque principi iam seni ea re commendatus *Plin. l. c. Incertum num aliqua parentela cum hoc coniunctus* P. Novellius Atticus, amicus M. Acilii Prisci Egrilii Plariani *XIV 155. 156.*

— Antonius Novellus.

— L. PETRONIVS SEVERVS NO[VINI]ANVS.

142 Novius, amicus Martialis *Martial. 1, 86. Idem nomen ap. Martial. 7, 72, 7.*

143 Novius, captator hereditatum *Iuvenal. 12, 111.*

144 L. NOVIVS CRISPINVS MARTIALIS SATVRNINVS. *Tituli Lambaesitani VIII 2747 (1). VIII S. 18273 (2); praeterea memoratur in titulis Lambaesitanis VIII 2542 (3). 2652 (4). 2693 (5). VIII S. 18083 (6). 18214 (7). 18234 (8), in Verecundensi VIII 4199 (9), in Thamugadensi VIII S. 17894 (10), fortasse etiam in Lambaesitano VIII 2728 (11); denique nomen eius videtur recte suppletum esse in Thamugadensi VIII S. 17852 (12).*

L. Novius Crispinus Martialis Saturninus *t. 1* (... [C]rispi[nus Martial]is Saturni[nus] *t. 2*), L. Novius Crispinus *t. 6–10*, L. Novius Cr[ispinus] *t. 4*, [L.] Novius Cri[s]pinus *t. 3*, ...ius Crispinus *t. 5*, Crispinus *t. 11*. Sevir equitum Romanorum, quattuorvir viarum curandarum, tribunus militum leg. VIIII Hisp., quaestor pro praetore provinciae Macedoniae, trib. pleb., praetor, legatus iuridicus Asturiae et Callaeciae, legatus Augusti legionis I Italicae, proconsul Galliae Narbonensis *t. 1. 2*. Legatus Aug. pro pr. provinciae Africae t. *1–9*, a. 147 *t. 3*, a. 148 *t. 4*, a. 150 *t. 1*. Consul designatus *t. 1. 2. 6. 9*, a. 149 *t. 12*, a. 150 *(cuius anni initio videtur t. 1 positus esse) t. 1; consul suffectus puto ipso anno 150*. Filius P. Novius Saturninus Martialis Marcellus *t. 6*. *Filia fortasse Novia Crispina, cf. infra sub hac.*

145 Novius Facundus *(sic optimus codex Bambergensis, in reliquis locus varie deformatus;* Manlius *codices novelli et editiones vetustae,* Manilius *Pighius)*, mathematicus, cuius ingenio Augustus obelisco in campo Martio 'addidit mirabilem usum ad deprehendas solis umbras dierumque ac noctium ita magnitudines' *Plin. h. n. 36, 72.*

146 Novius Maximus (*sic cod. Flor. ep. 4, 20 itemque ib. Ricc. ind.*, Nonius Maximus *Ricc. ind. 5, 5 itemque editiones vetustae ep. 4, 20; praeterea nude* Maximus.) Ad eum dedit *Plin. ep. 4, 20. 5, 5*. Iudicium Plinii de opere complurium voluminum ab eo edito *4, 20*. Alius liber eius significatur *ib. 5, 5, 7.*

147 Novius Priscus, amicus Senecae; post cuius interitum in exilium mittitur anno 65 *Tac. a. 15, 71*. Uxor Artoria Flaccilla *ib. Fortasse idem D. Novius Priscus, v. infra.*

148 C. NOVIVS PRISCVS cos. suff. mense Sept. a. 152 cum L. Iulio Romulo *dipl. mil. (III S. p. 1987). Fortasse idem qui sequitur.*

149 C. NOVIVS PRISCVS, pater C. Novii Rustici Venul(eii) Aproniani, maritus Flavoniae Menodorae; consul (suff. a. inc.) *III S. 6815. 6816. Fortasse idem qui praecedit.*

150 D. NOVIVS PRISCVS *(tria nomina act. Arv.)* consul ord. a. 78 cum L. Ceionio Commodo *act. Arv.; fasti.* D. Novi Prisci *fistula urbana, Bull. comunale 1889 p. 47 n. 1. — Fortasse idem Novius Priscus missus in exilium anno 65 (cf. supra n. 147). Alius sine dubio* D. Novius Priscus curator tribus Sucusanae iuniorum *VI 199 v. 7.*

151 Novius Rufus, ad quem occiso Pactumeio Magno *(infra P 27)* hereditas quaedam delata est *Paulus Dig. 28, 5, 93 (92). Fortasse is qui sequitur.*

152 L. NOVIVS RVFVS *(tria nomina act. Arv., II 4125;* Novius Rufus *vit. Sev.)* consul suff. mense Maio a. 186 *act. Arv.* Anno 193 mense Febr. legatus pro pr. Hispaniae Tarraconensis *II 4125.* Occisus a Severo *vit. Sever. 13, 7.*

— T. FL(AVIVS) NOVIVS RVFVS.

153 C. NOVIVS RVSTICVS VENVL(EIVS) APRONIANVS, tribu Sergia, filius C. Novii Prisci et Flavoniae Menodorae, decemvir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavius legionis VI Ferratae Capar(cis) *(sic III 6816;* Caparc. *6814; cf. O. Hirschfeld ad n. 6814),* quaestor candidatus, legatus Asiae, tribunus candidatus, [praetor] designatus *tituli Antiochiae Pisidiae III S. 6814. 6815. 6816.*

154 P. NOVIVS SATVRNINVS MARTIALIS MARCELLVS, filius L. Novii Crispini Martialis Saturnini *t. Lambaesitanus Eph. ep. 5, 721 = VIII S. 18083.*

155 NOVIVS(?) SEVERVS PIVS *(nomen minime certum:* Nom. Severus Pius *acta anni 213,* Nov[i]us [Severus Pius] *acta anni 218),* frater Arvalis, magister collegii anno 213, nominatur praeterea anno 218 *act. Arv.*

156 Novius Vindox *(gentilicium extat in inscriptione carminis Statiani [in collatione libri optimi quam habemus manu Politiani factam, litterae* o *lineola est superscripta];* Nonius Vindex *editiones nonnullae),* possessor signi Herculis a Lysippo facti, quod celebrant Statius *silv. 4, 6 (cf. silv. 4 praef.) et Martialis 9, 43. 44.* Memoriam Vestini nescio cuius colit *Stat. 4, 6, 95. — Fortasse cum hoc aliqua parentela coniunctus* M. Aufatius P. f. Arn. Vindex Novius Probus praefectus equitum *t. Iuvanensis Frentanorum, Notizie 1892 p. 351.*

157 NOVIA CRISPINA uxor Q. Antistii Adventi Postumi Aquilini *t. Thibilitanus VIII S. 18893. Fortasse filia L. Novii Crispini supra n. 144.*

— C. NVNNVLEIVS NVDVS.

158 Numa, poeta, Ovidii aequalis *Ovid. ex P. 4, 16, 10. Cf. Teuffel Lit. 252, 11.*

— FABIA NVMANTINA.

— FABIVS NVM[ANTINVS].

— Numenius *v.* Nomius.

159 Numerianus, magister in urbe ludi litterarii, tamquam senator in Galliam profectus, manu militum collecta Albini partes adflixit, praemiis a Severo oblatis uti noluit *Dio 75, 5.*

— M. AVRELIVS NVMERIVS NVMERIANVS CAESAR, *postea* AVGVSTVS.

160/1 L. Numerius Albanus, tribunus cohortis (quintae) vigilum a. 113 *VI 221;* praefectus classis Ravennatis a. 127 *dipl. mil. (III p. 874).*

*Nescio num ex huius posteris* Numerius Albanus, vir clarissimus, praeses provinciae Lusitaniae a. 336 *t. Olisiponensis II 191.*

162 NVMERIVS ATTICVS, vir praetorius, iuravit vidisse se Augustum crematum in caelum euntem *Dio 56, 46 cf. Suet. Aug. 100.*

163 .... IMVS ([MAX]IMVS?) NVMERIVS AV..., [sevi]r equitum Romanorum, allectus in[ter tribunicios, praetor] candidatus, legatus provinciae Ba[eticae, praefectus frumenti d]andi, sacerdos Iun[onis?] *(vix in urbe Roma),* [lu]percus, curator civitate ..., *titulus in urbe Roma descriptus VI 1474.* Beneficia ab eo in nescio quod collegium collata *ib.*

— P. ALFIVS MAXIMVS NVMER(IVS) LICINIANVS.

— P. ALFIVS AVITVS NVMER(IVS) MATERNVS.

— M. AVRELIVS NVMERIVS NVMERIANVS CAESAR, *postea* AVGVSTVS.

164 Numicius: ad eum dedit Horatius *ep. 1, 6. Fortasse is qui sequitur.*

165 P. NVMICIVS PICA CAESIANVS, praefectus equitum, sevir (equitum Romanorum), quaestor pro praetore provinciae Asiae, tribunus plebis *titulus Romae ei dicatus a provincia Asia VI 3835. Vixisse Numicium temporibus Augusti indicant et praefectura equitum, qua militia postea equites Romani tantum fungebantur, et tituli litterae, cf. Henzen mus. Rhen. 33, 1878 p. 488. Filius puto fuit Minuci (scr. Numici) Picae memorati a Varrone de r. r. 3, 2, 2.*

— Pomponius Numida.

166 NVMIDI[A] .... OPENDA VALERIANA clarissima femina, mater Titi Campani Prisci Maximiani viri consularis *t. Helveticus lectu difficilis XII 137.*

— C. IVNIVS NVMIDIANVS.

— Q. Cornelius Flaccus Noricus Numisius.

— L. FVLVIVS GAVIVS N[VMISIVS] ..... AEMILIANVS.

— Q. CAMVRIVS NVMISIVS IVNIOR.

167 NVMISIVS LICINIANVS vir clarissimus, curator rei p. Beneventanae *IX 1585. 1586. Saeculi puto p. C. IV.*

168 NVMISIVS LVPVS legatus legionis octavae (Augustae) in Moesia *Tac. h. 3, 10,* ob res adversus Sarmatas bene gestas ab Othone consularibus ornamentis donatus *ib. 1, 79.* Legionem ducit in Italiam *ib. 3, 10.*

— L. FVLVIVS GAVIVS NVMISIVS PETRONIVS AEMILIANVS.

169 Numisius Quintianus, vir perfectissimus, ab epistulis Latinis a. 239 *VI 1088.*

170 NVMISIVS RVFVS legatus legionis Vetera castra contra Batavos defendit *Tac. h. 4, 22.* A militibus vinctus et Germanis traditus *ib. 4, 59;* occisus *4, 70 cf. 4, 77.*

— .... NIVS GALLVS VECILIVS CRISPINVS MANSVANIVS MARCELLINVS NVMISIVS [S]ABINVS.



Digitized by Google

171 Numisius Victorinus, vir perfectissimus, pater C. Clodii Fabricii Numisii Victorini praetorii viri *VI 1381.*

— C. CLODIVS FABRICIVS NVMISIVS VICTORINVS.

172 NVMISIA CELERINA P. f., uxor D. Fontei Frontiniani L. Stertini Rufini legati Numidiae a. 160. 162 *VIII 2739. 4232.*

173 Numisia Galla: eius causa apud centumviros defensa a Votieno Montano adulescente *Seneca contr. 9, 5, 15.*

174 NVMISIA MAXIMILLA virgo Vestalis maxima *tituli urbani VI 2129 (1); Bull. comunale 1883 p. 215 n. 613 (2),* anno 201 *t. 1.* L. f. *t. 2.* Memoratur in actis ludorum saecularium anni 204 *Eph. ep. 8 p. 285. 287 (cf. p. 267 not. 1).*

175 Numisia Proc(u)la *fistula plumbea prope Romam rep., ap. Lancianium syll. aq. n. 233.*

176 NVMITOR (Tutor *scholia*) 'pirata Cilicum', damnatus a senatu *Iuvenal. 8, 93. Videtur fuisse legatus Ciliciae, paullo ante Iuvenalis tempora repetundarum damnatus. — Fortasse idem* Numitor, amico poetae avarus, alias prodigus *Iuvenal. 7, 74 seq.*

177 Numitorius, editis Vergilii bucolicis, rescripsit antibucolica *Donatus vit. Vergilii (Suet. ed. Reifferscheid p. 65).*

178 NVMMIVS AEMILIANVS DEXTER vir clarissimus, proconsul Asiae *titulus a provincia Asia Barcinone ei dicatus II 4512.*

179 NVMMIVS ALBINVS frater Didii Iuliani qui imperavit *vit. Did. 1.*

180 NVMMIVS ALBINVS praefectus urbi a. 256 *chronographus anni 354. Vide sub M. Nummio Ceionio Annio Albino.*

180[a] [NV]MMIVS ALBI[NVS] ὁ λαμπρότατος ὑπατικός *t. Pisidicus, ap. Sterett act. schol. Americanae Atheniensis III p. 306 n. 436.*

181 Nummius Albinus, Vibiae Salviae Variae filius, frater Nummiae Variae et L. Roscii Aeliani Paculi Salvii Iuliani consulis *t. Brixianus V 4353.*

182 Nummius Albinus, Iovi Sereno ex voto aram dedicat Romae *VI 433.*

183 M. Nummius Albinus: eius serva in agro Amiternino sepulta *IX 4330. Incertum utrum unus ex M. Nummiis Senecionibus Albinis infra n. 187. 189.*

184 M. NVM[MIVS] ... ATTIDI[VS] ... TVSCVS quae[stor] desig[natus]; [patronus] munic[ipii *nescio cuius* ex?] Africa ... *t. urbanus Eph. ep. 4, 827 (paullo aliter supplementa formavit Huelsen mus. Rhen. 1894 p. 387 not. 1). — Idem fortasse* Ἀττίδιος [Τ]οῦσκος *(sic Hicks,* Ἰοῦστος *ediderat Wood),* πραίτωρ καὶ πρεσβευτής *(i. e. legatus pro pr. Asiae) t. Ephesius Greek inscr. in the Brit. Museum III p. 189 n. DXL, quem temporibus fere Antoninorum exaratum esse putat Hicks.*

185 M. NVMMIVS CEIONIVS ANNIVS ALBINVS praetor urbanus, vir clarissimus *VI 314 b. Idem fortasse* Nummius Albinus praefectus urbi a. 256 *chronogr. anni 354;* Ceionius Albinus praefectus urbi

sub Valeriano *epistula ficticia vit. Aurelian. 9;* Albinus consul iterum ordinarius anno 263 cum Maximo *fasti;* Albinus, qui senex mortuus est sub Aureliano *continuator Dionis (exc. de sent., Dio ed. Dindorf 5 p. 228). Diversus Albinus consul ord. a. 246, cf. supra sub L. Alb... Albino.*

— T. RVSTIVS NVMMIVS GALLVS.

186 M. Nummius Iustus: ei 'in h[onorem] Nummiae Variae clarissimae feminae' *(fortasse sororis eius)* Peltuinates honores decreverunt *IX 3436.*

187 M. NVMMIVS SENECIO ALBINVS consul ord. a. 227 cum M. Laelio Maximo *fasti* (M. Nummius Senecio Albinus *V 56*, M. Nummius Albinus *XIV 2919, plerumque* Albinus; *errore aliquando dictus* P. Felicius, *cf. Dressel ad XV 4117;* consul II *VI 3005, errore ut videtur).*

188 M. NVMMIVS TVSCVS consul ord. anno 258 cum (Pomponio) Basso *fasti (plerumque nude* Tuscus; *tria nomina, sic:* M. Num. Tusco, *in fragmento quodam laterculi praetorianorum VI 2388 repperit Huelsen;* Nemmius Fuscus *vit. Aurelian. 13, siquidem hic significatur; olim plerumque dicebatur Memmius Tuscus). Parentela sine dubio coniunctus cum M. Nummio Attidi .... Tusco supra n. 184; pater fortasse Nummii Tusci praefecti urbi anno 302/3 (chronogr. a. 354).*

189 M. NVMMIVS VMBRIVS PRIMVS SENECIO ALBINVS consul ord. a. 206. *Tituli: Brixianus V 4347 (1); urbanus VI 1475 in fine mutilus (2); Valentinus Hispaniae Tarraconensis II 3741 (3). Memoratur in fastis saliorum Palatinorum VI 1980, 14 (4). 1982, 6 (5).*

M. Nummius Umbrius Primus Senecio Albinus *t. 1. 2;* M. Nummius Senecio Albinus *t. 3;* [M. Num]mius Senecio Al[b]inus *t. 4;* [M. Nu]mmius Senecio *t. 5; in consulatu* Nummius Albinus *VI 1872. 29691, Dig. 24, 1, 32, plerumque* Albinus (Σαβῖνος *fasti Graeci alteri*); Senecio *VIII 6985.* — M. f. *t. 1. 2.* Tribu Galeria *t. 2,* Palatina *t. 1.* Clarissimus vir *t. 3.* Triumvir monetalis, sevir equitum Romanorum turma prima *t. 1.* Quaestor candidatus Augustorum, legatus provinciae Asiae, legatus provinciae Africae, praetor candidatus *t. 1. 2.* Consul *t. 1. 2,* ordinarius a. 206 cum Fulvio Aemiliano *fasti.* Legatus Augustorum duorum *(aut Severi et Antonini a. 207. 208 aut Antonini et Getae a. 211. 212)* provinciae Hispaniae citerioris *t. 3.* Salius Palatinus *t. 1,* factus a. 191 *t. 4,* exit e collegio a. 199 *t. 5,* pontifex factus *t. 5;* pontifex *t. 1. 3. — Vix hic, sed parentela fortasse cum eo coniunctus* Umbrius Primus, proconsul, temporibus Papiniani *Dig. 33, 7, 12, 40.*

190 NVMMIA VARIA clarissima femina, sacerdos Veneris Felicis (Peltuini): ei patrocinium praefecturae Peltuinatium decretum a. 242 *IX 3429;* in eius honorem M. Nummio Iusto titulus a plebe Peltuinatium dicatus *IX 3436.* Liberta eius Canusii sepulta *IX 395.*

191 Nummia Varia, Vibiae Salviae Variae filia, Nummii Albini et L. Roscii Aeliani Paculi Salvii Iuliani consulis (a. 223?) soror *t. Brixianus V 4353. Fortasse eadem quae praecedit.*

192 *NVMMVLA (Nummula *alterum ex duobus tituli exemplis, alterum* onummula), clarissima femina, mater Messiae *t. Formianus X 6085. Cf. supra sub Messia Quinta.*

— C. CLODIVS NVMMVS.

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS.

— CN. BAEBIVS TAMPILVS VALA NVMONIANVS.

193 C. NVMONIVS VALA *(filius puto C. Numonii Valae quattuorviri monetalis anno ut videtur 711, cf. Mommsen Gesch. d. röm. Münzwesens p. 652. 741),* Philis fuit a. 752 *III 74. Idem fortasse* Vala Numonius (Valnumonius *traditur*), legatus sub Varo in Germania, a. 762 (= p. C. 9) ducem cum equitatu cum deseruisset, postea occisus *Velleius 2, 119, 4. Incertum qua parentela cum hoc coniunctus* Cn. Baebius Tampilus Vala Numonianus, Cn. f., quaestor, praetor, proconsul, IIIvir aere argento auro flando feriundo *VI 1360.*

194 Q. Numonius Vala, C. [f.] (*pro* C. f. Vala *traditur* Cevala *vel* Civala), patronus coloniae Paesti *X 481. Hic fortasse* Numonius Vala, ex quo Horatius per epistulam quaesivit 'quae hiems Veliae, quod caelum Salerni' esset *Horat. ep. 1, 15 (Paestum oppidum medium erat inter Veliam et Salernum), cf. Kiessling ad Hor. l. c.*

195 Cn. Nunnius Martialis, procurator Mauretaniae Caesariensis a. 195 *miliarii Sitifenses VIII 10351. 10361. 10364, cf. VIII 9369.*

196 C. NVNNVLEIVS NVDVS C. f., legatus pro praetore *t. Tiburtinus XIV 3546.* Uxor Pomponia L. f. *ib.*

197 Nymphidius: ei quaerenti Paulus respondit *Paulus lib. XXI quaestionum (Dig. 35, 1, 81).*

198 Nymphidius Lupus, primipilaris, praefectus (cohortis) cum Plinius esset tribunus, ab hoc evocatus in Bithyniam ut consilio eius uteretur *Plin. ep. ad Trai. 87.*

199 Nymphidius Lupus, filius eius qui praecedit, praefectus cohortis sub legatis Iulio Feroce et Fusco Salinatore *Plin. ep. ad Trai. 87.*

200 C. Nymphidius Sabinus *(tria nomina in t. servi eius VI 6621, item in t. Pannonico III 4269, qui videtur esse huius, cf. infra).* Ortus matre libertina quae corpus inter servos libertosque principum vulgaverat *Tac. a. 15, 72,* filia Callisti Caesaris liberti, nomine Nymphidia, *Plut. Galb. 9,* genitum se ferebat ex C. Caesare *Tac. l. c., Plut. l. c. Quibus ministeriis functus sit usque ad annum 65, ignoratur; fortasse stipendia meruerat in Pannonia, nam vix diversus* C. Nymphidius Sabinus [pr]ae[f.] *in t. Pannonico III 4269.* Anno 65 consularibus ornamentis honoratus *Tac. l. c. (simul ut videtur praefectus praetorio factus in locum Faenii Rufi).* Praefectus praetorio *VI 6621,*

*Tac. h. 1, 5, Plut. Galb. 2, Suet. Galb. 11.* Ei et collegae eius Tigellino Nero cuncta rerum permittit *Ioseph. bell. 4, 9, 2.* Anno 68 praetorianos in verba Galbae adigit *Plut. Galb. 2.* Insolentia eius *Plut. Galb. 8, Dio 64, 2.* Imperium per praetorianos affectat *Plut. Galb. 13 cf. Tac. h. 1, 6. 25, Suet. Galb. 16,* sed in ipso conatu interficitur *Plut. Galb. 14, Tac. h. 1, 5. 37, Suet. Galb. 11.* Nominatur *Plut. Galb. 11. 29.*

201 Nymphidia, C. Iulii Callisti, Caesaris liberti, et puellae cuiusdam, quae acu victum quaeritabat, filia, mater C. Nymphidii Sabini *Plut. Galb. 9. 14.*

# O

1 Obaritus, centurio classiarius. e percussoribus Agrippinae *Tac. a. 14, 8.*

2 C. OBELLIVS RV[FVS] curator riparum et alvei Tiberis sub Claudio *Bull. comunale 1887 p. 306.*

3 Obodas (Ὀβάδας *plerique codices Iosephi, item uno loco codices Strabonis; item eodem modo scribitur nomen in nummis regis alicuius Characeni, ap. Longérier revue num. n. s. 15, 1874/7 p. 138 tab. V*). Rex Arabum Nabataeorum tempore expeditionis Aelii Galli, i. e. a. 729/730 *(successor ut videtur Malchi, cf. supra M 84) Strabo 16, 4, 24 p. 781. 782,* segnis et socors, Syllaeo cuncta regni negotia permisit *Strabo l. c.; Ioseph. ant. 16, 7, 6. 16, 9, 1. 16, 10, 8, bell. 1, 24, 6.* Moritur *(circa a. 745)*; successit ei Aretas *(supra A 845) Ioseph. ant. 16, 9, 4. Nummi nomine regis Obodath Aramaice inscripti ap. de Saulcy annuaire de la société de numismatique 4, 1873 p. 19 n. 23. 24. Cf. Gutschmid ap. Euting nabatäische Inschriften aus Arabien p. 84.*

4 OBVLTRONIVS SABINVS quaestor aerarii a. 56 *Tac. a. 13, 28 (videndum num ab hoc quaestore alterum cognomen acceperit* Ti. Claudius Meliphtongus Obultronianus, publicus a subselliis tribunorum *VI 2340).* A. 68 occisus in Hispania iussu Galbae *Tac. h. 1, 37.*

5 OCCIVS FLAMMA (Oppius *cognomine omisso praebent exc.*) proconsul Cretae (sub Tiberio ut videtur) *Seneca contr. 9, 4, 19.*

6 OCCIA virgo Vestalis per septem et quinquaginta annos: in eius locum alia suffecta a. u. c. 772 = p. Chr. 19 *Tac. a. 2, 86.*

7 Oceanus, iussu Domitiani plebem in theatro ab equitibus secernit *Martial. 3, 95, 10. 5, 23, 4. 5, 27. 6, 9.*

— L. LIVIVS OCELLA.

— LIVIA OCELLINA.

8 M. OCL . . . . . PLA . . . . proconsul Asiae sub Traiano *nummus Cotiaeensium in Phrygia, ap. Imhoof griech. Münzen (ex actis acad. Monac.*

*1890) p. 734 ad n. 694 (ad ectypum gypsaceum) cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 121 (hic tamen in exemplo musei Britannici nomen proconsulis legit* .. ΚΑΙΠΛΑ. *supplevit* [Σ]κάπλα).

9 OCLATINIVS ADVENTVS. *Sic VII 1003 et cod. Iust.*, Adventus *Dio Herod.; in consulatu* Oclatinius Adventus *VI 131. 367. 793 (= XIV 2258), similiter fasti Graeci codicis Laurentiani* Ὀκλαπανὸς Ἄλβεντος *sed copula interposita, tamquam duo essent;* Oclatinius ..... *VI 2001, alibi* Adventus. *Cf. Hirschfeld Verw. p. 232.* Militavit primum inter speculatores (ἐν τοῖς διόπταις καὶ ἐρευνηταῖς), postea frumentarius (ἐς τοὺς γραμματοφόρους τελέσας) et princeps (πρόκριτος; *traditur* πρόκοιτος, *correxit Hirschfeld Verw. p. 194, 2*) peregrinorum (*cf. Marquardt Staatsv. II² p. 494 not. 3; Hirschfeld Herm. 1889 p. 159 not. 1*), postremum ad procurationem promotus *Dio 78, 14.* Procurator in Britannia inter annos 205—207 *VII 1003.* Praefectus praetorio sub Caracalla una cum Opellio Macrino *cod. Iust. 9, 51, 1, Herod. 4, 12, 1. Hunc esse virum provecta iam aetate ab imperatore ad summam stationem promotum, qui memoratur, non nominatur in libello Luciano adscripto de macrob. 7, coniecit Hirschfeld Herm. 1889 p. 159.* Consularibus ornamentis donatus *Dio 78, 13.* Post caedem Caracallae, imperio sibi a militibus oblato, ob aetatem provectam se excusat *Herod. 4, 14, 1* (sibi imperium deberi, sed propter aetatem provectam Macrino se cedere gloriatus est *Dio 78, 14*). A Macrino in senatum adlectus *Dio l. c.* Praefectura urbis ei delata et mox ablata *ib.* Consulatum init cum Macrino a. 218 *ib.*, retinet etiam sub Elagabalo *Dio 79, 8* (consul iterum *III 6161 propter ornamenta consularia antea accepta minus accurate, cf. Dio 78, 13*). — Vir rei militaris peritus, cetera rudis *Herod. 4, 12, 1 cf. Dio 78, 14.* — *Eundem esse Adventum cui C. Iulius Solinus dedicavit collectanea rerum memorabilium coniecit Dodwellus, sed cf. Mommsen in editione Solini altera (1895) p. V. VI.*

— L. LVSCIVS OCREA.

10 Octavenus, iuris auctor *Valens Dig. 36, 1, 69 pr.; Pomponius ap. Ulpianum Dig. 5, 3, 16 pr. et alibi; Paulus Dig. 2, 1, 9 et saepius; Ulpianus Dig. 5, 3, 18 pr. et saepius (omnes eius in Digestis mentiones collegit Lenel paling. iuris civ. I p. 794); fr. Dosith. 12. Videtur vixisse temporibus Domitiani et Traiani, cf. Karlowa Röm. Rechtsgeschichte I p. 702.*

11 T. Octavenus Gratus *tegula urbana a. 123, CIL. XV 464.*

12 Octavianus, procurator *t. Carthaginiensis ut videtur, certe Africanus, ap. Villefossium bull. des antiquaires de France 1892 p. 214.*

— M. Cornelius Octavianus.

— L. FLAV(IVS) SEPTIMIVS APER OCTAVIANVS.

— C. FVRIVS OCTAVIANVS.

— FL(AVIA) NERATIA SEPTIM(IA) OCTAVILLA.

Digitized by Google

13 Octavius: *ei dedicatus Culex carmen Vergilio adscriptum, Culex v. 1.* Puer *v. 26. 37,* venerandus *v. 25;* ei perpetuam gloriam auguratur poeta *v. 37 seq. Significari Augustum etiamtum puerum ab eo qui carmen Vergilio supposuit crediderim (cum Leone in editione culicis 1891 p. 24); sed sunt qui cogitent de eo qui sequitur (Ribbeck in ed. Vergilii IV p. 9).*

14 Octavius: historia ab eo scripta vel scribenda praedicatur, ipsius mors immatura defletur *Ps.-Vergil. catal. 14, 1 seq. Fortasse non diversus* Octavius, cui scripta sua probatum iri sperat Horatius *Horat. sat. 1, 10, 82. — Idem creditur a nonnullis* Musa, propter doctrinam celebratus *Ps.-Verg. catal. 13 (quem auctorem historiarum fuisse indicat mentio Clius, l. c. v. 10); nempe non diversus tam ab hoc quam ab illo* Octavius Musa, qui iussu Augusti partem agri Mantuani divisit *Serv. ad buc. 9, 7* (civis Mantuanus idemque magistratus; condiscipulus Vergilii *schol. Bern. ad buc. 8, 6*). *Cf. Ribbeck app. Vergilian. p. 9; Baehrens poet. Lat. min. II p. 34. 35; Peter hist. Rom. fragm. p. 268.*

15 P. OCTAVIVS proconsul Cretae et Cyrenarum (inter annos 14 et 29 p. Chr.) *t. Cyrenensis III 8 a. Idem videtur* P. Octavius P. f., honoratus ab Atheniensibus *CIAtt. III 610 cf. Dittenberger Eph. ep. 1 p. 112. Fortasse filius eius qui sequitur.* — P. Octavi cubicul(arius) *VI 9301, incertum num huius.*

16 P. Octavius, praefectus Aegypti a. 754 mense Sept. *t Tentyriticus CIG. 4715 cf. Wescher bull. dell' Inst. 1866 p. 52,* a. 756 (p. Chr. 3) mense Febr. *t. Arsinoe rep., ap. Brugsch geograph. Inschr. aeg. Denkmäler I p. 137.*

17 P. Octavius, T. f., amicus vel cliens T. Trebelleni Rufi (tutoris liberorum Cotyis), cui posuit Concordiae titulum *Notizie 1886 p. 108.*

18 P. Octavius, aequalis et rivalis Apicii, emit mullum quem Ti. Caesar in macellum iusserat deferri et vendi *Seneca ep. 95, 42. Potest fuisse unus eorum qui praecedunt.*

— L. Venuleius Apronianus Octavius .....

19 C. OCTAVIVS APPIVS SVETRIVS SABINVS. *Tituli: Aquinas X 5398 (1); Casinas X 5178 mutilus, coniectura ad eum relatus (2); Aquincenses III 3428 (3). 3429 (4). III S. 10405 (5). III S. 10491 (6); urbanus VI 1476 (7). Item ad hunc pertinere videtur fragmentum urbanum VI 1477 (8). Fistula urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 175 (9). Cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 130–143.*

C. Octavius App. S[ue]trius Sabinus *t. 1,* [C. Octavi]us Appius [Suetrius] Sabinus *t. 7,* C. Suetrius Sabinus *t. 9,* Suetrius Sabinus *t. 3. 4. 6,* [Su]et[r]ius Sa[b]inus *t. 5 (in t. 2 et 8 nomen periit),* Sabinus *Dio 78, 13. In consulatu* C. Suet. Sabinus *Bull. comun. 1884 p. 8 n. 709, praeterea* Sabinus. Clarissimus vir *t. 1. 9.* [Decemvir] stlit[ibus iudicandis] *t. 8 (om. t. 1).* Sevir turmarum equestrium

*t. 2. 8 (om. t. 1).* Quaestor et tribunus candidatus *t. 1.* Praetor de liberalibus causis *t. 1. 8* (praetor .... *t. 2*). [Legatus provinciae Af]ricae regionis Hipponiensis *t. 2 (om. t. 1).* Curator rei publicae Ocriculanorum *t. 1. 8 (om. 2).* Curator viae Latinae n[ovae] *t. 1* (curator ..... *t. 2*). Iuridicus per Aemiliam et Liguriam *t. 1. 2.* Legatus l[egionis duo]etvicensim[ae] pr[im]igeniae *t. 1* (legatus .... *t. 2*). Praepositus vexi[lla]ris Germanicae expeditionis *t. 1. 2,* comes Augusti nostri *t. 1, scilicet Caracallae in expeditione Germanica a. 213.* Legatus pro pr. provinciae Raetiae *t. 1. 2.* Cos. ordinarius *t. 1. 2,* [ordina]rius cos. *t. 7,* a. 214, cum L. Valerio Messalla *fasti.* Iudex ex dele[g(atione)] cognition(um) Caesarian(arum) *t. 1,* [iudex ex] delegatu [p]rincipum in provincia [Dalmatia?, item Pannonia?] inferior[e] *t. 2.* Praefectus alimentorum *t. 1.* Electus ad corrigendum statum Italiae *t. 1. 2.* Legatus Aug. pro pr. Pannoniae inferioris *t. 1. 3. 4. 5. 6.* Inde a. 217 a Macrino revocatus *Dio 78, 13 (si hic Sabinus intellegitur).* [Procos. pr]ov. Africae *t. 7.* — Pontifex *t. 1. 2.* Augur *t. 1. 7 (fortasse hic* consul, pontifex, augur *in t. Aquincensi III S. 10490).* — Amicus Caracallae *Dio l. c.* — Patronus Aquinatium *t. 1.* — Patronus Casinatium *t. 2.* — *Diversus videtur Octavius Sabinus praeses Britanniae VII 287.*

20 OCTAVIVS AVITVS, legatus proconsulis provinciae Africae *(fortasse dioecesis Hipponiensis cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 133) Plin. ep. 9, 33, 9.*

21 Q. Octavius Avitus *(sic vulgata; ex duobus codicibus antiquioribus Reginensis habet* qui .... avit-, *Bernensis* quae octavian-) scripsit in Vergilium homoeoteleuton (homoeon clenchon *coni. Reifferscheid*) octo volumina, quae quos et unde versus transtulerit continent *vita Vergilii Donato adscripta (Sueton. ed. Reiff. p. 65). Fortasse non diversus ab eo qui praecedit.*

22 L. OCTAVIVS FELIX clarissimus vir *fistula urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 28.* — *Fortasse idem* Octavius Felix, cuius procurator Octavius Terminalis *Scaevola Dig. 14, 3, 20.*

23 Q. OCTAVIVS FORTVNATVS ERVCIANVS STELLA STRATONIANVS clarissimus iuvenis, Q. Octavii Rufi Eruciani equitis Romani, flaminis perpetui, egregii viri, filius *tituli Siccenses VIII 1646. VIII S. 15885.*

24 OCTAVIVS FRONTO praetorius, in senatu verba facit a. 16 *Tac. a. 2, 33.*

25 SEX. OCTAVIVS FRONTO, consul suff. mense Maio a. 86 una cum Ti. Iulio Candido Mario Celso *dipl. mil. (III p. 857) cf. VI 127.* Legatus pro praetore imp. Domitiani (sc. Moesiae inferioris) *titulus ex Heraclea Chersonesi oriundus Bull. de corr. hell. 1887 p. 164;* sub eo, utpote legato Moesiae, classis Moesica a. 92 *dipl. mil. (III p. 858).*

26 Octavius Ianuarius (Octavius *Minucius Felix passim,* Ianuarius *c. 15*), amicus Minucii Felicis, ex provincia aliqua transmarina *Minuc. Fel. c. 2. 3,* christianus; a Minucio Felice verba faciens inducitur pro

christiana religione in dialogo qui inscribitur Octavius *Minuc. Fel. c. 15 seq. Cf. supra sub M. Minucio Felice.*

27 L. OCTAVIVS IVLIANVS *(praenomen habet t. 1393)* consularis trium Daciarum *III 1393 cf. 876. 1308*, a. 200 *III 1308.*

— L. LVCRETIVS OCTAVIVS L....

28 Octavius Laenas, maritus Rubelliae, Blandi f., Bassae, avus Sergii Octavii Laenatis Pontiani cos. a. 131 *XIV 2610. — Incertum utrum hic vel unus ex eis qui sequuntur* Octavius Laenas quattuorvir quinquennalis Marruvii Marsorum *IX 3688.*

29 C. OCTAVIVS LAENAS curator aquarum factus a. 34 (usque ad a. 38?) *Frontinus de aq. 102. Vix is qui praecedit cf. Borghesi opp. 4 p. 491, potius pater eius; non diversus fortasse Laenas, pater Sergiae Plautillae, avus maternus Nervae imperatoris (praetoris designati anno 65).*

30 SERGIVS OCTAVIVS LAENAS PONTIANVS *(sic XIV 2610; in consulatu* Ser. Octavius Laenas Pontianus *VI 157*, S. Octavius Lenas *XIV 2636*, Ser. Laena Pontianus *VI 10299*, Laenas Pontianus *VI 10048, 6, alibi* Pontianus) nepos Octavii Laenatis et Rubelliae Bassae *XIV 2610.* Consul ord. a. 131 una cum M. Antonio Rufino *fasti.*

31 P. OCTA(VIVS) LVTATIVS QVINTILIANVS clarissimus vir *fistula plumbea rep. Baiis, Eph. ep. 8, 377.*

32 L. OCTAVIVS MEMOR legatus pro pr. (Ciliciae?), consul designatus a. 77 *(aut 76?, in t. numerus consulatuum aut Vespasiani aut Titi corruptus) t. rep. Seleuciae ad Calycadnum,* Μουσεῖον καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς *I p. 100 n. 101.*

32ª Octavius Musa. *V. sub Octavio supra n. 14.*

33 Octavius Priscus: ei rescripserunt Severus et Caracalla a. 205 *cod. Gregor. 4, 1, 1. Videtur fuisse homo privatus.*

34 ........ OCTAVIVS PRISCVS, .. [fil]., .. nep., L. pronepos, sevir equitum Romanorum, praefectus [feriarum Latinarum], [quaestor candidatus div]i Traiani Parthici; Lucae [duovir] quinquennalis iterum, patronus coloniae *t. Lucensis XI 1525. Ad C. Octavium Tidium Tossianum L. Iavolenum Priscum refert titulum Tissot fastes de la prov. d'Afr. p. 86, non recte.*

— C. MARIVS MARCELLVS OCTAVIVS PVBLIVS CLVVIVS RVFVS.

35 C. Octavius Pudens Caesius Honoratus. *Tituli Caesarienses VIII 9370 (1), Bull. du comité des travaux hist. 1893 p. 92 (2); Auziensis VIII 9049 (3); regionis Auziensis, eph. ep. 7, 804 (4).* Procurator Augustorum trium *(i. e. sub finem regni Septimii Severi)* provinciae Mauretaniae Caesariensis, procurator a censibus *t. 2, similiter t. 1. 3. 4* (procurator Augustorum trium, praeses *t. 3;* procurator Augustorum trium a censibus, praeses *t. 1;* ......[a] censibus *t. 4).*

36 Octavius Rufus *(cognomen om. ep. 2, 10, adest in parte codicum ep. 1, 7)*, scriptor carminum, quae edere reformidabat; amicus Plinii, qui ad eum scripsit *ep. 1, 7. 2, 10.*

Digitized by Google

36ª Q. Octavius Rufus Erucianus eques Romanus, egregius vir, pater Q. Octavii Fortunati Eruciani Stellae Stratoniani clarissimi iuvenis *VIII 1646 cf. VIII S. 15885.*

37 Octavius Ruso (Ruso *Horat.*, Octavius Druso *Porphyrionis codex Monacensis*), debitoribus historias suas recitabat *Horat. serm. 1, 3, 86;* 'acerbus fenerator fuisse traditur, idem scriptor historiarum' *Porphyr. l. c. — Incertum num ex posteris Cn. Octavii Rusonis quaestoris a. 647, Sall. Iug. 104.*

38 OCTAVIVS SABINVS vir clarissimus, praeses provinciae Britanniae *(Censore iterum et Lepido iterum consulibus, fortasse sub Postumo, cf. supra L 100) VII 287. Diversus a C. Octavio Appio Suetrio Sabino, cum non solum in huius titulis legatio Britannica non appareat, sed etiam ille, cum breviore nomine utebatur,* Suetrius Sabinus, *non* Octavius Sabinus, *appellari voluerit.*

39 OCTAVIVS SAGITTA tribunus plebis a. 58, impotens amoris Pontiam trucidavit, inde lege de sicariis damnatus *Tac. a. 13, 44;* cuius causae et accusationem et defensionem prosa oratione scripsit Annaeus Lucanus poeta *vit. Lucani sub fin. (Sueton. ed. Reiffersch. p. 79).* Post mortem Neronis exilium egressus, a. 70 in eandem insulam redigitur *Tac. h. 4, 44. — Diversus ab hoc ut videtur* Q. Octavius Sagitta, L. f., Superaequi in Paelignis honoribus functus *IX 3311 cf. 3035.*

39ª Cn. Octavius Secundus, procurator ferrariarum (Noricarum) *t. Noricus III 4809.*

40 C. OCTAVIVS TIDIVS TOSSIANVS L. IAVOLENVS PRISCVS. *Titulus ei positus Nedini in Dalmatia III 2864 et melius III S. 9960 (1). Memoratur in t. Africano ap. Villefossium comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1894 p. 229 (2) et in diplomate militari anni 90 Eph. ep. 5 p. 654 = III S. p. 1965 (3).* C. Octavius Tidius Tossiaanus *(sic)* L. (L. *agnovit Hirschfeld in ectypo, intrusam in praecedentis vocabuli ultimam litteram*) Iaolenus Priscus *t. 1,* L. Iavolenus Priscus *t. 3,* ..volenus Prisc[us] *t. 2,* Iavolenus Priscus *vel* Priscus Iavolenus *vel* Iavolenus *auctores* (Diabolenus *vita Pii 12*). — *Origine fortasse Nedinensis (Hirschfeld ad t. 1).* Legatus legionis quartae Flaviae *t. 1.* Legatus legionis tertiae Augustae *t. 1,* legatus Augusti pro pr. (exercitus Africani) a. 83 *t. 2.* Iuridicus provinciae Britanniae *t. 1. Consul suffectus a. inc., paullo post a. 83 puto.* Legatus consularis provinciae Germaniae superioris *t. 1,* a. 90 *t. 3.* Legatus consularis provinciae Syriae *t. 1 cf. Dig. 40, 2, 5.* Proconsul provinciae Africae *t. 1 cf. Dig. l. c.* Pontifex *t. 1. (Libertus ut puto eius* L. Iavolenus Phoebus inter kalatores pontificum et flaminum a. 102 *VI 2184, 10. 2185, 8.)* A. 106 vel 107 Romae cum adesset recitationi cuidam, absurdam vocem iecit; dubiae habebatur sanitatis *Plin. ep. 6, 15.* Ius publice respondet *Plin. l. c.* Scholae Sabinianae, successor Cn. Aruleni Caelii Sabini consulis a. 69 *Dig. 1, 2, 2, 53.* Praeceptor Salvii Iuliani *Dig. 40, 2, 5.* Inter

Digitized by Google

iuris consultos ab Antonino Pio adhibitos *vita Pii c. 12 (errore ut videtur).* Ex libris eius excerpta passim extant in Digestis; praeterea citatur *Gaius 3, 70. Reliquias scriptorum eius collegit Lenel paling. iuris civ. I p. 277 seq. — Ex familia eius videntur* L. Iavoleni (Iabolen- *XIV 2546,* Iaulen- *VI 19967) VI 19663–19665. 19667. XIV 2546.*

41 Cn. Octavius Titinius Capito *(sic t. urbanus,* Titinius Capito *Plin. ep. 1, 17. 8, 12,* Capito *ib. 5, 8 codices plerique, solus Riccardianus in indice* Titinius Caepio). Praefectus cohortis *t. urbanus VI 798.* Tribunus militum, donatus hasta pura corona vallari *ib.* Procurator (imp. Domitiani) ab epistulis et a patrimonio *ib.* Iterum ab epistulis imp. Nervae *ib.* Eo auctore ex s. c. praetoriis ornamentis honoratus *ib.* Statuam L. Silani in foro ponit *Plin. ep. 1, 17.* Ab epistulis tertio imp. Traiani *t. urbanus.* Praefectus vigilum *ib.* Colit studia, amat studiosos *Plin. ep. 8, 12, 1.* Scripsit exitus illustrium virorum *ib. 8, 12, 4;* clarissimi cuiusque vitam egregiis carminibus exornat *ib. 1, 17, 3.* — Plinium hortatur ut historiam scribat, respondet Plinius *ep. 5, 8 (ad hunc omnino data; quamvis Sidonius Apollinaris epistulam ad Tacitum scriptam fuisse indicet, cf. Keil ad l. c.).*

42 Q. OCTAVIVS VOLVSIVS THVSCEN[IVS] ...., decemvir stlitibus iudicandis, [quaestor], praetor candidatus, s[evir eq. R.?], cos. suff. a. inc.; salius Collinus; patronus Uticensium *Eph. eph. 5, 458 = VIII S. 14312 (VIII 1182).* Uxor Geminia Vulcacia *ib.*

43 C. OCTAVIVS VINDEX consul suff. a. 184 (d. 18 Mai.) *act. Arv. a. 183.*

44 OCTAVIA (maior), C. Octavii et Anchariae filia *Suet. Aug. 4. Haec ut videtur* Octavia Caesaris soror, Sex. Appuleii *(consulis ut puto a. u. c. 725, supra A 777)* mater *t. Pergamenus ap. Fränkel Inschr. von Pergamon n. 419; item eiusdem* sororis Augusti neptis Appuleia Varilla *Tac. a. 2, 50. — Hanc Octaviam, Anchariae filiam, fuisse uxorem C. Marcelli et postea M. Antonii (eandemque matrem Marcelli quem Augustus generum sibi elegit, Plut. Ant. 87) ait Plutarchus Ant. 31, (qui alteram Octaviam, Atiae filiam, non memorat, et omnino non videtur novisse duas Augusto fuisse sorores), errore ut puto (cum Drumanno 4 p. 235 n. 183); nam uxorem C. Marcelli filiam Atiae, neptem Iuliae fuisse constat ex Suet. Caes. 27. Sane fieri potest ut non solum Octavia minor, Atiae filia, sed etiam haec maior maritum habuerit aliquem C. Marcellum (fortasse consulem anno 705), et ea marito defuncto a. 714 nupserit M. Antonio (et ita statuerunt nonnulli, cf. Ed. Moll zur Genealogie des julisch-claudischen Kaiserhauses [Colmar 1879] p. 10 seq.), unde sequeretur Octaviam Sex. Appuleii matrem fuisse minorem; sed id vix credi potest; nam parum probabile, Augustum, cum anno 729 filiae maritum quaereret, essentque utrique sororum eius filii, praetulisse filium eius sororis quae erat ex eodem tantum patre; praeterea mirum esset, Atiae filiam, quae Augusto etiam per aetatem coniunctior esse debuit, vix umquam memorari.*

45 OCTAVIA (minor), C. Octavii praetoris a. 693 et Atiae Aricinae filia, Iuliae, Caesaris dictatoris sororis, neptis *Suet. Aug. 4.* Augusto (nato a. u. c. 691) natu maior *Plut. Ant. 31 cf. Suet. Aug. 4.* Iam ante annum 700 uxor C. Marcelli *Suet. Caes. 27, Plut. Ant. 31, Marcell. 30, Nic. Damasc. fr. 100 (Müller fr. h. Gr. III p. 433) cf. etiam Cic. Phil. 3, 6, 17, eius ut videtur qui fuit consul a. 704, nam is dicitur Caesari fuisse affinitate coniunctus (Dio 40, 59).* C. Caesar, defuncta Iulia filia (a. 700), eam Pompeio obtulit *Suet. Caes. 27.* Ex Marcello mater duarum filiarum et M. Marcelli *(hunc peperisse videtur anno 712, cf. Propert. 3, 16 [4, 18], 15; aliter Serv. ad Aen. 6, 861) Plut. Ant. 87 cf. Suet. Aug. 63* (mater Marcelli *Strabo 14 p. 675, Plin. h. n. 19, 24. 37, 11, Suet. Tib. 6).* A. 714 Marcello marito defuncto (nondum decem mensibus elapsis *Plut.*) nupsit M. Antonio *Plut. Ant. 31, Appian. b. c. 5, 64. 66,* cum praegnans esset, desponsa M. Antonio *Dio 48, 31; cf. Liv. per. 127, Vell. 2, 78, Tac. a. 1, 10. (Octaviam, quae defuncto Marcello nupsit M. Antonio, fuisse Ancharíae filiam, ait Plutarchus l. c., sed errore ut videtur, cf. sub ea quae praecedit). Imago eius in nummis M. Antonii, ap. Cohen I² p. 52 seq., cf. Sallet Zeitschr. f. Num. 11 (1884) p. 167 seq.* Antonium comitatur in Graeciam *Plut. Ant. 33, Appian. b. c. 5, 76; cf. etiam Seneca suas. 1, 6.* Ex Antonio mater duarum Antoniarum *Plut. Ant. 36. 37. 87, cf. supra A 706. 707.* Anno 717 Tarenti maritum et fratrem reconciliat *Plut. Ant. 35, Appian. b. c. 5, 93. 94, Dio 48, 54 (Zon. 10, 24).* A marito ex Corcyra insula in Italiam remissa, praetextu belli Parthici *Dio 48, 54.* Anno 719 ad maritum cum proficisceretur, iubetur ab eo domum reverti *Plut. Ant. 53, Dio 49, 33 (Zon. 10, 26).* Romae manet in domo Antonii *Plut. 54,* donec ab eo iussa est domo migrare *Plut. 57;* repudium ei missum ab Antonio anno 722 *Liv. per. 132, Dio 50, 3, Eutrop. 7, 6, Orosius 6, 19, 4.* Liberos Antonii ex aliis uxoribus una cum suis educat *Plut. Ant. 87 cf. 54. 57.* A. 719 ei tributum, ut libera a tutore et sacrosancta esset *Dio 49, 38.* A. 726 filia eius ex Marcello nupsit M. Agrippae *Dio 53, 1 (ipsam nupsisse Agrippae errore refert Zon. 10, 32).* A. 731 amittit filium Marcellum *Seneca dial. 6, 2, 3 seq., Dio 53, 30 cf. Liv. per. 140, Suet. Aug. 63.* Eum per reliquum tempus vitae lugere non desinit *Seneca l. c.; cf. consolatio ad Liviam v. 441.* Praesens cum Vergilius sextum Aeneidos librum recitaret, ad versus de filio suo *(6, 860 seq.)* defecisse fertur et aegre focillata est *vit. Vergilii de commentario Donati sublata (Suet. p. 62 Reifferscheid); cf. Servius ad Verg. Aen. 6, 861.* Ipsa suasit *(sic Plut.;* exorari se passa est *Suet.),* ut dimissa Marcella, filia ipsius, Agrippa in matrimonium duceret Iuliam *Plut. Ant. 87, Suet. Aug. 63.* Defuncta anno 743 *Dio 54, 35 (Zon. 10, 34) cf. Liv. per. 140, Seneca dial. 11, 15* (defuncta cum Augustus LIIII aetatis annum ageret, i. e. anno 744/5 *Suet. Aug. 61, minus accurate ut videtur; noli putare, Suetonium de altera*

*Octavia verba facere).* Augustus et Drusus publice eam laudavere *Dio l. c., cf. consolatio ad Liviam v. 442. Fortasse ei positus (diu post mortem) t. Picenus IX 5449.* Templum ei dedicatum Corinthi *Pausanias 2, 3, 1.* Liberti eius *VI 4492*, servi *VI 4443, Bull. com. 1887 p. 163.* — Ei Athenodorus Sandonis filius nescio quem librum inscripsit *Plut. Poblic. 17.* Fratri Vitruvium commendavit *Vitruv. I praef.* Maecenas 'in Octaviam' (?) citatur *Priscian. lib. X (1 p. 536 ed. Hertz).* Dentifricium quo usa est *Scribon. Largus 58.* — Extitit qui se Octavia genitum fingere auderet *Val. Max. 9, 15, 2.* — Urbi exornandae operam dat *Strabo 5, 3, 8 p. 236.* Ab ea (ab Augusto sub nomine eius *Suet. Aug. 29*) facta porticus Octavia prope theatrum Marcelli *Festus p. 178.* [Porti]cus Octaviae *forma urbis Romae tab. V ed. Iordan*; porticus Octaviae *Plin. h. n. 36, 24*, οἱ Ὀκταουίας περίπατοι *Ioseph. bell. 7, 5, 4*, 'Octaviae opera' *Plin. h. n. 34, 31; 35, 114. 139; 36, 15. 22. 24. 28. 29. 35. 42.* In memoriam et honorem Marcelli bibliothecam dedicavit *Plut. Marcell. 30.* Bibliothecae in Octaviae porticu *Suet. de gramm. 21.* Servi publici 'a bybliothece porticus Octaviae' *VI 2349*, 'a bybliothece Latina porticus Octaviae' *VI 2347*. 'de porticu Octaviae a bibliotheca Graeca' *VI 2348*.

— CLAVDIA OCTAVIA.

46 Octavia Catulla, P. f., Celadi, quem libertum in honore et usu maximo habuit Augustus *(Suet. Aug. 67, cf. Ioseph. ant. 17, 62, 2, bell. 2, 7, 2)* uxor *VI 23338.*

47 Octavia Lucana, M. f.; eius procurator M. Fulvius Gillo Scribonius Fidus *t. Hispanus Carthagin. II 3437. Femina nobilis vel certe dives.*

48 (Octavia) Marcella: *eius libertus* C. Octavius Marcellae l. Trypho *VI 23324. Fortasse femina nobilis.*

— GALLONIA OCTAVIA MARCELLA.

49 Octavia Marcella Moderatilla, M. f. *t. Lusitanus II 33. Nomen ipsum et ratio, qua libertus ab ea nominari voluit, indicant feminam nobilem vel certe divitem.*

50 *OCVLATAE *(nomen vix sanum;* Ocellatae *Beroaldus)*, virgines Vestales, incesti damnatae; eis liberum mortis arbitrium permissum a Domitiano *Suet. Dom. 8.*

— L. SEPTIMIA PATAVINIANA BALBILLA TYRIA NEPOTILLA ODAENATHIANA.

— SEPTIMIVS ODAENATHVS.

51 Odomastes, Persa, dux ut videtur Saporis, instigatus a Cyriade exercitum contra Romanos duxit *Treb. Pollio trig. tyr. 2, 2. Scribendum esse Oromastem, atque significari Hormisdam Saporis filium, coniecit Noeldeke Gesch. der Perser zur Zeit der Sassaniden p. 43 not. 2.*

52 OFANIA QVARTA, C. f., C. Papirii Massonis *(P 85)* uxor *VI 1480.*

Digitized by Google

— Lucceius Ofellianus.

— Ofellius *v.* Ofilius.

53 Ofellus, rusticus: sub eius persona 'luxuriosos carpit' Horatius *sat. 2, 2, cf. Porphyr. l. c.*

54 Ofilius, medicus, auctor Plinii *Plin. h. n. 1, 28 (ubi* Opilius *vulgo,* Offillius, Ophilius *codices) 28, 38.*

55 OFILIVS MACEDO quindecimvir sacris faciundis a. 204 *act. saec. (Eph. ep. 8 p. 293).*

56 Ofillius Macedo: una cum Martio Vero et Sergio Saturnino *in fistula plumbea ap. Lancianium syll. aq. n. 504 (cf. supra sub P. Martio Vero fin.).*

57 A. Ofe[l]lius ...... Macedo (Ὦλος Ὀφέ[λ]λιος Μ ....ιος Μακεδώ[ν] *Lebas,* Al. Ὀφ...ιος Μ....ος Μακεδώ[ν] *Leake*), praefectus (ἔπαρχος — *expectaveris* χιλίαρχος —) cohortis sextae praetoriae, tribunus legionis primae Minerviae piae fidelis, procurator Augusti Epiri, procurator provinciae Ponti et Bithyniae, procurator a voluptatibus (ἀπὸ τῶν ἀπολα[ύ]σεων *Lebas,* ἀπὸ τῶν ἀπο Αl.. σεων *Leake, unde* ἀπὸ τῶν ἀπο[τι]μήσεων *coniecerat Hirschfeld Verw. 1 p. 18 not. 4)* Augusti *t. Nicopoli Epiri rep., CIG. II p. 983 n. 1813[b] descriptus* a *Leake, et paullo aliter ap. Lebas 2, 1076.*

58 ...ni[u]s Ofillius Maximus, procurator Aug., patronus municipii Terventinatium *IX 2591.*

— M. VLPIVS OFELLIVS THEODORVS.

59 Ogulnius Felix: *eius servi VI 12564.*

60 Ogulnia: 'ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem, conducit comites sellam cervical amicas nutricem et flavam, cui det mandata, puellam' *Iuvenalis 6, 35?–354.*

61 Olennius, e primipilaribus, regendis Frisiis impositus, severa tributorum exactione eos ad rebellionem compulit a. p. Chr. 28 *Tac. a. 4, 72.*

62 T. OLLIVS pater Poppaeae Sabinae *Tac. a. 13, 45, Suet. Ner. 35 (qui nomen non ponit),* gener Poppaei Sabini *Tac. l. c.;* eum quaestorium *(sic Suet. Ner. 35;* honoribus nondum functum *Tac.)* amicitia Seiani pervertit *Tac. l. c. — Num idem* T. Olius T. f. *fistula urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 460?*

63 Olympias, regis Herodis ex Malthace Samaritana filia, nupta Iosepho consobrino suo *Ioseph. bell. 1, 28, 4, ant. 17, 1, 3.* Mater Mariammes, quam duxit Herodes rex Chalcidis *ib. 18, 5, 4.*

64 Olympias, nutrix Severi Alexandri *vit. Alex. 13, 3.*

— Aurelius Nemesianus Olympius.

65 Olympus, ex Herodis regis amicis, Romam mittitur ab Herode cum litteris ad Caesarem de maleficiis Alexandri et Aristobuli *Ioseph. ant. 16, 10, 7. 9, bell. 1, 27, 1.*

— CAELIVS ONERATVS.

66 Onesicrates, litterator Graecus Commodi *vit. Comm. 1, 6.*

Digitized by Google

67 Onesimus, Plutarchi servus, a Favorino inductus verba faciens cum Epicteto in libro ad Epictetum *Galenus* περὶ ἀρίστης διδασκαλίας *(I p. 41 ed. Kuehn, Galeni scripta min. I p. 82 ed. Marquardt).*

68 Onesimus, scriptor vitae Probi *quadrag. tyr. 13, 1. 14, 4, vit. Cari 4, 2. 7, 3. 16, 1. 17, 6. Incertum num idem* Onesimus (Ὀνάσιμος), ἱστορικὸς καὶ σοφιστής, τῶν ἐπὶ Κωνσταντίνου γενομένων, cuius scripta rhetorica (Graeca) recenset *Suidas s. v.* Ὀνάσιμος.

69 Onomastus, Othonis libertus *Tac. h. 1, 25. 27; Plut. Galb. 24.*

69ᵃ *Onysius (*fort.* Dionysius), servus ut videtur, qui Horatii libellum aliquem ad Augustum pertulit *vit. Horatii (Sueton. ed. Reifferscheid p. 47).*

70 M. OPELLIVS DIADVMENIANVS. *Tria nomina in titulis et nummis (in his semper* Opel.); Diadumenianus *Dio, Herodian.*, Diadumenus *scriptores Latini.* (Puer appellatus Diadematus, sed ubi adolevit, nomine avi materni Diadumenus vocatus *vit. Diad. 4, 4. De Macrini nomine in nummis Docimensium, v. infra).* Filius eius qui sequitur (et Noniae Celsae *vit. Diad. 7).* Natus natali Antonini (Pii), i. e. d. 19 Sept. *vit. Diad. 5, 4,* d. 14 Sept. *Dio 78, 20 (loco lacunoso),* anno 208 *Dio 78, 34.* Clarissimus puer *fistula urbana ap. Lancianium syll. n. 17.* Cum pater imperium invasisset mense Apr. 217, ipse Caesar dictus *Dio 78, 17. 19, Herodian. 5, 4, 12 (inde vit. Macrini 10, 4, vit. Diad. 2, 5), Victor Caes. 22* (cum patre factus imperator *Eutrop. 8, 21;* a patre in participatum imperii adscitus *vit. Macrini 5, 1. 10, 4, minus accurate*), item Antoninus *Dio 78, 37, vit. Carac. 8, 10, Macrini 2, 5 seq., vit. Diad. passim, Victor Caes. 22.* M. Opellius Antoninus Diadumenianus Caesar *tituli; nummi* (M. Opellius Severus Diadumenianus Caes. *sola fistula plumbea urbana, ap. Dessau inscr. sel. 462ᵃ;* M. Ὀπελ. Μακρ. Ἀντων. Διαδουμενιανὸς Κ. *nummi Docimensium e Phrygia, ap. Mionnet 4 p. 284, 518, item numismatic chronicle 8, 1845/6 p. 25).* Anno 218, cum milites ad Elagabalum inclinarent, imperator a patre dictus *Dio 78, 34. 38.* (Αὐτ. Κ. Μ. Ὀπ. Ἀντ. Διαδουμενιανὸς Σεβ. *nummus Thyatirenorum, ap. Mionnet suppl. 7 p. 452, 624).* Post victoriam Elagabali a patre in Parthos ad Artabanum missus *Dio 78, 39,* sed comprehensus et occisus *ib. 40; cf. Herodian. 5, 4, 12, vit. Macrini 10, 3. 5, vit. Diad. 8, 2; Polem. Silv. laterc. (chron. min. ed. Momms. I p. 521).*

71 M. OPELLIVS MACRINVS = IMP. CAES. M. OPELLIVS SEVERVS MACRINVS AVG. *Tria nomina M. Opellii (sic perscr. in titulis;* Opel. *nummi) Macrini exhibent tituli nummique,* Opellius Macrinus *cod. Iust. 9, 51, 1,* Opilius Macrinus *vit. Macrini, vit. Diadumeni, Victor Caes., Eutrop.,* Macrinus *Dio, Herod.* Oriundus Caesarea Mauretaniae, parentibus humilibus *Dio 78, 11.* Natus anno 164 *Dio 78, 40* (a. 162 *chron. Pasch. p. 498 ed. Bonn.*). (Post victoriam Elagabali in senatu dictum,



Digitized by Google

libertinum eum fuisse servilibusque officiis occupatum in domo imperatoria, a Severo remotum ab his officiis relegatumque in Africam; anulis aureis donatum patrocinante Festo quodam; advocatum fisci factum sub Vero Antonino; ab aliis dictum, eum gladiatorem fuisse et accepta rudi in Africam isse *vit. Macrin. 4.)* Iuris studiosus *Dio 78, 11, Herod. 4, 12, 1 cf. vit. Macrin. 13, 1.* Advocatus fisci *vit. Macrin. 4, 4. 6,* 'sub Vero Antonino' *ib. 4, 4;* 'ex quo officio ad amplissima quaeque pervenit' *4, 6.* Cum causam amici alicuius Plautiani ageret, huic innotuit eiusque res procuravit *Dio l. c.* Post Plautiani caedem et ipse periclitatus, servatur deprecante pro eo Fabio Cilone *ib.* Praefectus vehiculorum per Flaminiam *ib.* (Procurator aerarii maioris eo tempore quo Diadumenianus natus est *vit. Diad. 4, 1.)* A Caracalla compluribus brevibus procurationibus nomine tenus exornatus *Dio l. c.* (Procurator privatae *vit. Macrin. 7, 1,* privatas curavit *ib. 2, 1.)* Scriba pontificius, sive pontifex minor *vit. Macrin. 7, 2.* A Caracalla ad praefecturam praetorii promotus *Dio l. c., anno ut videtur 212 post necem Aemilii Papiniani, vit. Carac. 8, 8.* Praefectus praetorio *vit. Carac. 6, 6, vit. Macrin. 2, 1. 4, 7. 5, 3, Victor Caes. 22, Eutrop. 8, 21,* una cum Oclatinio Advento *cod. Iust. 9, 51, 1, Herod. 4, 12, 1.* Consularibus ornamentis honoratus *Dio 78, 13.* Praefectus praetorio, clarissimus vir *cod Iust. l. c.; fistula rep. in monte Caelio, ap. Dessau inscr. sel. 461.* Praefecturam egregie administrat *Dio 78, 11.* Anno 217 auctor caedis Caracallae *Dio 78, 4. 5; Herod. 4, 13; vit. Carac. 6, 6; vit. Macrin. 4, 7.* Imperator salutatus d. 11 Apr. *Dio 78, 11.* Imperator factus, Severi nomen sibi tribuit *Dio 78, 16. 37, vit. 5, 7* ('seque nunc Severum nunc Antoninum nuncupavit' *vit. 2, 1 cf. 3, 6, non recte).* Imp. Caesar M. Opellius Severus Macrinus Augustus *nummi, tituli.* Consul designatus *VIII 4598.* (Consul designatus iterum *t. Ostiensis Eph. ep. 7, 1209, minus accurate).* Consul *tituli,* anno 218 cum Oclatinio Advento *Dio 78, 26. ind. l. 79, cf. 78, 14. 79, 8; VI 367. XV 4141* (consul iterum *XV 4141, propter ornamenta consularia antea accepta, minus accurate et contra ipsius voluntatem, cf. Dio 78, 13).* Victus ab Elagabalo, in fuga comprehensus et occisus est *Dio 78, 40; Herod. 5, 4, 10; vit. Macrini 10, 3; Eusebius chron. (vers. Arm. ad a. Abr. 2234, Hieronym. ad a. 2235); chronographus anni 354 (chron. min. ed. Momms. I p. 147); Polem. Silv. (ib. p. 521); chron. Paschale p. 498 ed. Bonn.; Syncellus p. 672 Bonn.*

72 OPIMIANVS consul suff. mense Nov. a. 155 cum Antio Polione *VI 2120.*

— SEX. LVTATIVS OPPIANICVS PETRONIANVS.

— CN. SERIVS OPPIANICVS AVGVRINVS.

73 Oppianus: ad eum datum carmen Martialis *6, 42. Idem nomen, sed non de eodem, ap. Martial. 6, 62. 7, 4. 8, 25 cf. Friedländer ad 6, 42.*

74 Oppianus, qui scripsit halieuticon libros quinque qui extant. *Cf. Th.-H. Martin Etudes sur la vie et les œuvres d'Oppien [Paris 1863].* Cilix *codices Halieuticon, Athenaeus I p. 13ᵇ, Eusebius chron.*, ex Coryco *ipse hal. 3, 206 seq. cf. 3, 8. 9, Suidas* (ex Anazarbo *vita Oppiani ap. Westermann vitarum scriptores minores p. 63,* ἀπὸ Κωρύκου ἢ ἀπ' Ἀναζάρβου τῆς Κιλικίας *eadem vita paullum transformata, ib. p. 65).* Athenaeo paullo antiquior *Athen. I p. 13ᵇ,* γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου βασιλέως *Suidas s. v.*; item temporibus Antonini Oppianus adscribitur *Euseb. chron. (vers. Arm. s. a. Abr. 2186, Hieronymus ad a. 2188).* Halieutica dedicavit Antonino imperatori *hal. 1, 3. 4, 5,* filioque eius una regnanti *2, 683 cf. 1, 66. 4, 5. 5, 45, i. e. M. Aurelio et Commodo Augustis (177–180).* — *Diversus* Oppianus *(sive quo alio nomine fuit, potest enim Oppiani nomen errore cynegeticon libris praescriptum esse)* qui scripsit cynegeticon libros qui extant quattuor; oriundus Apamea ad Orontem provinciae Syriae *cyneg. 2, 127. 157 (Apameam significari apparet ex Strabone 16 p. 752)*; cynegetica dedicavit Antonino Severi et Domnae filio *cyneg. 1, 3. 4*; antea versibus tractaverat bellum Parthicum (Severi) *cyneg. 1, 31. Cf. I. G. Schneider ad Oppianum (hal. 3, 27) [ed. Argentor. 1776, p. 404], Martin l. c. p. 17 seq.* — *Denique tertii alicuius poetae (Dionysii ut videtur) videntur fuisse Ixeutica (Oppiano tributa in huius vita et a Suida) quorum extat paraphrasis Graeca prosa oratione (cf. Martin l. c. p. 26 seq.).* — Carmina *(halieutica ut videtur, cf. vit. ap. Westerm. p. 66)* composuit in insula Melite, patri comes exilii, quo hic a Severo imperatore multatus erat; postea Romam profectus carmina obtulit Antonino Severi filio, nam Severus interea defunctus erat, et ab eo non solum reditum patris impetravit, sed etiam singulis aureis pro singulis carminum versiculis donatus est *(a Severo ita donatum esse Oppianum pro singulis halieuticon versibus narrat Sozomenus; nomen imperatoris non ponit Suidas)*; vixit annos XXX *vitae Oppiani ap. Westermann l. c. p. 63–66; cf. Sozomenus hist. eccl. praef.; Suidas s. v. (Haec et reliqua quae l. c. narrantur fide parum digna videntur, orta nimirum ex fama incerta eo tempore quo Oppiano Cilici halieuticon auctori iam alia carmina, imprimis cynegetica, supposita essent.)*

— MINVCIVS OPPIANVS.

75 OPPIVS CAPITO vir praetorius; de scirro ei in ventre nato *Plin. h. n. 7, 63. Vix hic M. Oppius Capito praefectus classis M. Antonii inter annos 715 et 720, testibus nummis ap. Eckhel 6 p. 55, Cohen Antonius n. 98, Ant. et Octavia n. 11–13, Ant. Octavia et Augustus n. 1.*

76 Oppius Chares, grammaticus, docuit in Gallia togata *Suet. de gramm. et rhet. 4. Fortasse temporum Augusti.*

— C. IVLIVS OPPIVS CLEMENS.

77 C. OPPIVS SABINVS (Oppius Sabinus *Suet. Eutr. Iord.; praenomen ex titulo filii IX 5833; in consulatu* Sabinus) consul ord. a. 84 cum



Digitized by Google

Domitiano X *fasti* (consul II *fasti Hyd., propterea quod praecedit alius Sabinus, T. Flavius, consul a. 82).* Legatus Moesiae *Iordanes Get. 13, 76,* a Dacis victus et occisus *Suet. Dom. 6 (inde Eutrop. 7, 23); Iordanes l. c. Cf. Borghesi opp. 5 p. 50.*

78 C. OPPIVS SABINVS IVLIVS NEPOS M'. VIBIVS SOLLEMNIS SEVERVS *(sic t. Auximas IX 5833;* C. Oppius Severus *VIII 270 = s. 11451). Filius videtur eius qui praecedit, cf. Borghesi opp. 5 p. 54.* C. f., tribu Vel. *VIII 270. IX 5833 (origine sine dubio Auximas).* Adlectus ab imp. Hadriano inter tribunicios, praetor peregrinus candidatus Augusti, legatus provinciae Baeticae, curator viarum Clodiae Anniae Cassiae Ciminae trium Traianarum et Amerinae, legatus legionis XI Claudiae Piae fidelis, legatus Aug. pro pr. provinciae Lusitaniae, proconsul provinciae Baeticae; consul (suff.) *t. Auximas.* Scribendo adest s. c. de nundinis saltus Beguensis a. 138 *VIII 270. — Idem fortasse* C. Oppius Sabinus *qui memoratur in fragmento Auximate IX 5876.*

79 Oppia *(v. l. in v. 220* Eppia) mulier impudica *Iuvenalis 10, 220. 322. Cf. etiam sub Eppia.*

80 Servius Oppidius, Canusinus, quae filiis Aulo et Tiberio moriens mandaverit, exponit Horatius *sat. 2, 3, 168 seq.*

81 M. OPSIVS praetura functus, Titium Sabinum circumvenit a. 28 *Tac. a. 4, 68.* Cuius rei postea poenas luit *ib. c. 71. Incertum an huius* Opsi cubicularius *VI 9305. Cf. etiam sub eo qui sequitur.*

82 M. OPSIVS NAVIVS FANNIANVS decemvir stlitibus iudicandis, tribunus legionis V Macedonicae, quaestor Ponti et Bithyniae, aedilis, praefectus frumenti dandi ex s. c., practor *t. Neapolitanus CIGr. 5793 vol. III p. 1255 = Inscr. Sicil. Gr. Ital. 719. Idem* Fannianus *Inscr. Gr. Sicil. Ital. 795. Fortasse non diversus ab eo qui praecedit.*

— AELIA OPTATA.

— FLAVIA OPTATA.

— IVLIA FLAVIA HERENNIA CAECILIA HONORATIANA OPTATA.

— PORCIA M[AX]IMA OPTATA.

— RANIA FLAVIA IVLIANA OPTATA.

— M. FABIVS IVLIANVS HERACLEO OPTATIANVS.

— Q. F(ABIVS) IVLIANVS OPTATIANVS L. FABIVS GEMINVS CORNELIANVS.

— Suetonius Optatianus.

83 Optatus, amicus Vettii Crispini adulescentis *Statius silv. 5, 2, 152.*

— L. BVRBVLEIVS OPTATVS LIGARIANVS.

— Fidus Optatus.

— C. FVLCINIVS FABIVS MAXIMVS OPTATVS.

— Ti. Iulius Optatus Pontianus.

— P. PORCIVS OPTATVS FLAMMA.

— L. RANIVS OPTATVS *signo* ACONTIANVS.

— T. Statilius Optatus.

Digitized by Google

84 *OPTIMVS proconsul Asiae sub Decio *acta sancti cuiusdam Maximi, ap. Ruinart act. mart. (ed. 1689) p. 144, act. Sanct. mens. Apr. III p. 740, acta Petri, Andreae et sociorum, ap. Ruinart p. 147, act. Sanct. mens. Mai. III p. 450, tam haec quam ille exigui ut mihi videtur pretii vel adeo nullius; nomen proconsulis omnino corruptum. Possis coniicere appellatum eum fuisse Aristum — Flavii Aristi complures sunt supra (F 152. 153) —, et in actis ex Graeco in Latinum sermonem versis demum eum factum esse Optimum. (Proconsulem eum fuisse putat Waddington fastes des provinces asiat. n. 176 anno 250/1, quippe quod a. 249/50 proconsul Asiae fuerit Iulius Proculus Quintilianus).*

— Otacilius Or.....

— GNAEA SEIA HERENNIA SALLVSTIA BARBIA ORBIANA AVG.

— HERENNIVS ORBIANVS.

85 Orbilius, filius eius qui sequitur, et ipse grammaticus *Suet. gramm. 9.*

86 L. Orbilius Pupillus (Orbilius Pupillus *Suet. de gramm. 9 in contextu,* L. Orbilius *ib. in indice,* Orbilius *Horatius et poetae citati a Suet.),* Beneventanus natus c. a. 642 a. u. c., post militiam grammaticus, inde ab a. 691 Romae grammaticae doctor, vixit prope ad centesimum aetatis annum *Suet. de gramm. 9, quem cf. Memoratur etiam de gramm. 4. 8. 19, et ab Horatio ep. 2, 1, 71, Macrobio sat. 2, 6, 4.*

86ᵃ Orbius, possessor *Horat. ep. 2, 2, 160.*

87 Orbius Laetianus, subpraefectus vigilum a. 191 *VI 414 b.*

— CORNELIA ORESTILLA.

— FABIA ORESTILLA.

— LIVIA ORESTILLA.

— P. SCIPIO ORESTINVS.

88 C. ORFIDIVS BENIGNVS *(praenomen ex t. infra citato)* legatus legionis primae Adiutricis in pugna Bedriacensi occisus *Tac. h. 2, 43. 45; Plut. Otho 12. Eius ut videtur servus vilicus, in t. rep. Capestrani in agro Vestinorum, Notizie 1894 p. 407.*

89 Orfidia Procula: eius servus dispensator *IX 3378 t. rep. in eadem regione, in qua t. servi C. Orfidii Benigni qui praecedit, cum quo haec parentela videtur fuisse coniuncta.*

— C. IVLIVS COMMODVS ORFITIANVS.

90 ORFITVS clarissimus vir, unus ex maritis Vistiliae, matris Suillii Rufi, Corbulonis, Caesoniae *Plin. h. n. 7, 39.*

91 ORFITVS Domitiano suspectus novarum rerum et in insulam relegatus *Philostratus vit. Apollon. 7 c. 8 et 33. 8 c. 7, 10. Idem videtur Salvidienus Orfitus memoratus a Suet. Dom. 10, cf. sub hoc.*

92 ORFITVS praefectus urbi, ab Antonino Pio successorem petivit et impetravit *vit. Pii 8, 6. Iudice Borghesio non Ser. Cornelius Scipio Salvidienus Orfitus consul a. 149, sed Ser. Scipio Salvidienus Orfitus*

Digitized by Google

*consul a. 110, qui ad praefecturam pervenisse potest sub Hadriano, successorem habuit sub Pio Erucium Clarum.*

93 ORFITVS c(larissimus) p(uer) *in titulo servi actoris VI 3714. Potest fuisse Ser. Calpurnius Scipio Orfitus vel unus ex Corneliis Scipionibus Orfitis.*

93ᵃ ORFITVS consul ord. a. 172 cum Maximo *fasti. Videtur esse Ser. Calpurnius Scipio Orfitus, sub quo cf.*

94 Orfitus, adulter Faustinae, a M. Aurelio ad nescio quem honorem promotus *vit. Marci 29.*

95 Orfitus: medicamentum ei compositum *Galenus* περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη *lib. VIII (XIII p. 1029 Kuehn).*

96 Orfitus, procurator Augustorum (Severi et Antonini), collega Sallustii Saturnini *t. suburbanus Notizie 1888 p. 228 positus Genio saccariorum salariorum urbis.*

— Aquilius Orfitus.

— SER. CALPVRNIVS SCIPIO ORFITVS.

— .. CORNELIVS SCIPIO ORFITVS.

— L. CORNELIVS SCIPIO ORFITVS.

— SER. CORNELIVS ORFITVS.

— SER. (CORNELIVS) SCIPIO ORFITVS.

— SER. CORNELIVS SCIPIO SALVIDIENVS ORFITVS.

— M. GAVIVS ORFITVS.

— Paccius Orfitus.

— C. PASSIENIVS COSSONIVS SCIPIO ORFITVS.

— VETTIVS SCIPIO ORFITVS.

— VIRIVS ORFITVS.

97 M. ORFIVS RVFVS M. f., M. n., triumvir acre argento auro flando feriundo *t. Telesinus IX 2215.*

98 Origo, mima *Horat. sat. 1, 2, 55.*

99 * T. Ornitorianus (T. Ὀρνειτοριανὸς, *quod nomen omnino corruptum; fortasse* T. Aur. Nestorianus, *Hirschfeld Verw. p. 305)* procurator Augustorum ἐπὶ αθυλων *(sic traditur;* ἐπὶ λούδων *coniecit Mordtmann Hellen. phil. syll. Constantinop. t. 7 suppl. 1875/85 p. 36, rectius Klebs* καθ' ὅλων, *ut fuerit procurator summarum rationum) t. Ancyranus CIG. 4036 quem solus descripsit Tournefort.*

100 Ornospades, Parthus, patria profugus, Tiberii, cum bellum Dalmaticum conficeret, 'haud inglorius auxiliator' et ob eam causam civitate Romana donatus; postea in patriam reversus multo in honore apud Artabanum regem; a. 36 praefectus Mesopotamiae transit ad Tiridatem *Tac. a. 6, 37.*

101 Orodes (II), Arsacida, post Phraatacem per breve tempus rex Parthorum; inter epulas vel secundum alios, cum venaretur, occisus *Ioseph. ant. 18, 2, 4. Ad huius regnum pertinere videtur nummus regis Parthici cum solita inscriptione* βασιλέως βασιλέων Ἀρσάκου εὐερ-

γέτου δικαίου ἐπιφάνους φιλέλληνος, *cusus anno Seleucidarum CCCXVII mense intercalario, sive autumno a. p. Chr. 6 (Percy Gardner Parthian coinage p. 46). Cf. Gutschmid Geschichte Irans p. 118. — De nomine Orodis egit Drouin revue numismatique 1895 p. 375; cf. etiam infra sub Septimio Vorode.*

102 Orodes, Artabani regis Parthorum filius, cum Hiberi in Armeniam irrupissent, missus a patre adversus eos *Tac. a. 6, 33* (Artabanus Armeniam tradidit Orodi uni ex filiis *Ioseph. ant. 18, 2, 4)*; ab Hiberis proelio victus et vulneratus *Tac. ib. 34. 35.*

— M. FL(AVIVS) ARRIVS OSCIV[S] HONORATVS.

103 Oscius Gemellus: eius servus *VI 19457. Fortasse homo nobilis.*

104 OSCIA MODESTA CORNELIA PVBLIANA, M. f., clarissima femina, avia M. Flavii Arrii Oscii Honorati *VI 1478. Eadem nisi fallor* Publiana, ex posteris Scipionum, uxor Arrii consulis *t. urbanus ap. Kaibel ep. Gr. 674, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1960.*

105 *Oscus rhetor *Seneca suas. 1, 2, contr. 2, 3, 4 cet. V. infra sub Vulcacio Moscho.*

106 Osrhoes (Ὀσρόης *Pausanias*, Ὀσρόης, Ὀρρόης, Ὀρρόντης *codices excerptorum ex Dione*, Osdroes *vitae Hadriani codex Palatinus*, Cosdroes *Victor Caes., item manus recens in vitae Hadr. codice Palatino*, Χοσρόης *Arrianus certe ap. Suidam s. v.* γνωσιμαχῆσαι; *item* Χοσρόης *Graeci seriores de regibus Persarum qui floruerunt alter Iustiniani, alter Mauricii et Heraclii temporibus. Cf. Drouin revue numism. 1895 p. 369).*

Parthorum rex, quocum Traianus bellum gessit *Pausan. 5, 12, 6.* Pacori regis ut videtur frater *(certe Parthamasiris Pacori filius, Dio 68, 17, dicitur eius* ἀδελφιδοῦς *Dio 68, 19).* Legatos mittit ad Traianum Athenas, sed frustra *Dio 68, 17.* Postulatis Romanorum num obtemperaturus sit(?) *Arrianus ap. Suidam s. v.* γνωσιμαχῆσαι *cf. ib. s. v.* ἀπείρατον *(verba lacera).* Manisari bellum infert *Dio 68, 22.* A Traiano obsides ei imperati *Victor Caes. 13.* Filia eius in potestatem Traiani pervenit *vit. Hadr. 13, 8,* item sella *ib. cf. vit. Pii 9, 7;* filia ei reddita ab Hadriano *vit. Hadr. l. c. Huic videntur attribuendi esse nummi Parthici, aenei plerique, sine ulla nominis regii inscriptione, cusi annis Seleucidarum 421 (109/110 p. Chr.) ad 437 (115/116 p. Chr.) (Percy Gardner Parthian coinage p. 54). Cf. etiam v. Gutschmid Geschichte Irans p. 141 seq.*

107 Osrhoes (Ὀσδρόης) Armeniorum rex, pater Parthamaspatis quem Traianus regem Parthorum fecit *Malalas lib. XI p. 270. 274 Bonn. Iudice Gutschmidio (ap. Dierauer in Büdingeri Untersuch. zur röm. Kaisergesch. I p. 176. 179) non diversus ab eo qui praecedit, errore rex Armeniae dictus a Malala (paullo aliter idem Gutschmidius Gesch. Irans p. 143. 144, scribens Osrhoem a Traiano e Parthia pulsum Armeniam occupasse). — Eiusdem ut videtur nominis regem habuit Armenia saec. p. Chr. tertio, cuius res gestas contra Persas narrant scriptores*

*Armeniaci, Agathangelus qui dicitur (ap. Langlois collection des hist. de l'Arménie I p. 113 seq.) et Moses Chorenensis II c. 65–74 (ib. II p. 114 seq.). Plane incertum num hic (quod voluerunt nonnulli, Letronne receuil 2 p. 311, v. Gutschmid Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch. 31, 1877 p. 49), nondum scilicet rex,* Chosroes (Χοσρόης) Armenius Thebarum miracula admiratus *CIG. 4821.*

108 Osrhoes, dux ut videtur Parthorum bello L. Veri *Lucian. quomodo hist. scrib. 18. 19. 31;* (P. Aelium) Severianum cum omni exercitu oppressit *ib. c. 21, Alex. sive pseudomant. c. 27 (ubi appellatur* Ὀθρυάδης).

109 OSTOR[IVS] ......(?) consularis(?) ([ἀφιερώ]σαντος Ὀστορ[ίου ...... τοῦ λαμπ]ροτάτου [ὑπ]ατ[ικοῦ] *in t.*), i. e. puto legatus provinciae (Ciliciae), sub Severo Alexandro *t. Tarsi rep, ap. Waddington Bull. de corr. hell. VII p. 281. Cf. Waddington l. c.*

110 Ostorius Sabinus, eques Romanus, Barcam Soranum accusat a. 66 *Tac. a. 16, 23. 30;* propterea decreta ei quaestoria insignia et sestertium duodecies *ib. c. 33.*

111 M. OSTORIVS SCAPVLA *(tribus nominibus appellatur in consulatu tab. cer. Pomp., act. Arv.;* M. Ostorius *Tac. a. 12, 31,* Ostorius Scapula *vel* Ostorius *id. a. 14, 48. 16, 14. 15).* — Filius P. Ostorii Scapulae *Tac. a. 12, 31.* In Britannia sub patre militans coronam civicam meruit *ib. et 16, 15.* Consul suff. ex kal. Iuliis a. 59 cum T. Sextio Africano *act. Arv.; tabula cerata Pompeiana, ap. de Petram n. 119.* Apud eum epulans Antistius Sosianus probrosa in Neronem carmina recitat *Tac. a. 14, 48.* Ab hoc Antistio a. 66 apud Neronem insimulatur *ib. 16, 14;* misso ad eum centurione in Liguriam, ubi morabatur, se ipse occidit *ib. c. 15.*

112 P. OSTORIVS SCAPVLA. P. Ost. Scapula *VI 9337* (P. Ostorius Scapulae l. *VI 23601),* P. Ostorius *vel* Ostorius *Tac. ann.,* Ostorius [Osterius *cod. Flor. Digestorum*] Scapula *Tac. Agr., Ulp., inst. Iustinian.*

Consul suffectus sub Claudio *(ante a. 47, quo Britanniam regendam suscepit, cf. infra)* cum Suillio (Velleo *Dig.*) Rufo *Ulpian. Dig. 38, 4, 1, Iustinian. inst. 3, 8, 3 (cf. Momms. ad Brunsii fontes iuris ed. 6 p. 186).* A. 47 *(de anno constat ex Dione 60, 30)* A. Plautio in legatione Britanniae successit *Tac. Agr. 14.* Res ab eo gestae in Britannia *Tac. a. 12, 31–35. 38. 39.* Rex Caratacus ei deditur a. 51 *ib. c. 36;* ideo ornamenta triumphalia ei decreta *ib. c. 38.* Moritur in provincia *ib. c. 39.* — Servus dispensator eius *VI 9337;* liberti *VI 23601. Fortasse huius et eius qui praecedit servus,* Amphio Ostoriorum *VI 11568.*

113 Q. Ostorius Scapula, praetorianis praepositus a. 752 una cum P. Salvio Apro *Dio 55, 10.*

114 Otacilius Catulus: de testamento eius actum in consilio Duceni Veri consulis *(temporibus ut videtur Flaviorum, cf. sub Ducenio Vero) Celsus Dig. 31, 29.*

115 Otacilius Or ...., amicus Dasumii *VI 10229 v. 26. 128.*

116 Otacilius Sagitta, procurator Sardiniae sub Vespasiano *X 8028.*
— MARCIA OTACILIA SEVERA AVG.
— IVNIVS OTHO.
— L. SALVIVS OTHO.
— M. SALVIVS OTHO.
— M. SALVIVS OTHO = IMP. M. OTHO CAESAR AVG.
— L. SALVIVS OTHO COCCEIANVS.
— L. SALVIVS OTHO TITIANVS.

117 Otacilia Postuma, C. f. *fistula plumbea urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 516.*

118 Q. Ovidius *(duo nomina Martial. 9, 52. 10, 44,* Ovidius *1, 105. 7, 44. 45. 9, 98,* Quintus *7, 93. 9, 53. 13, 119)* amicus Martialis *Martial. 7, 93. 9, 52. 53.* Natalis eius kalendis Aprilibus *ib. 9, 52.* Praedium habet in agro Nomentano *ib. 1, 105. 7, 93. 10, 44, 3. 13, 119,* vicinum praedio Martialis *7, 93.* Ad eum datum etiam *9, 98.* — Temporibus Neronis Caesonium (Caesennium?) Maximum comitatus erat in exilium *Mart. 7, 44. 45.* Iam senex amicum quendam comitatur in Britanniam *10, 44.*

119 P. Ovidius Naso *(praenomen codicibus operum ipsius traditum est;* Ovidius Naso *Seneca contr. 2, 2, 8,* Ovidius *et* Naso *passim; ipse de se* Nasonis *tantum vocabulo utitur). De vita sua ipse et alibi exposuit et potissimum Trist. IV 10.* Natus Sulmone *Am. III 15, 11, Fast. IV 81, Trist. IV 10, 3, ex Pont. IV 14, 49 alibi,* d. 20 Mart. *Trist. IV 10, 13 cf. Fast. III 813 seq.,* anno 711 *Trist. IV 10, 6; Hieronymus ad a. Abr. 1975,* equestri familia *Am. III 15, 5, Trist. IV 10, 7, ex Pont. IV 8, 17 cf. Am. I 3, 8.* Cum toga virili latum clavum sumit *Trist. IV 10, 28. 29,* una cum fratre ipso duodecim mensibus maiore quem amittit annos viginti natum *ib. v. 31 cf. v. 10.* Triumvir capitalis *Trist. IV 10, 34.* Decemvir stlitibus iudicandis(?) *Fast. IV 383 (cf. Mommsen Staatsr. I² p. 504 not. 3).* Centumvir *Trist. II 93, ex Pont. III 5, 23.* Iudex *Trist. II 95.* Honores senatorios aspernatur *Trist. IV 10, 35,* latum clavum deponit *ib.,* contentus ordine equestri *Fast. II 128, Trist. II 90. 542, IV 2, 16, ex Pont. IV 9, 18.* Studiorum causa adit Athenas *Trist. I 2, 77,* item Asiam et Siciliam *ib. v. 78, ex Pont. II 10, 21 cf. Fast. VI 423.* Declamat *Seneca contr. 2, 2, 8 seq.* Carmina recitat admodum adulescens *Trist. IV 10, 57.* Edit amorum libros quinque postea ab ipso redactos in tres *Amor. I init.* Scripsit metamorphoseon libros XV, quos cremare voluerat, cum in exilium iret *Trist. I 7, 16,* nihilo minus editos *ib. v. 23,* item ante a. p. C. 7 scripserat fastorum libros XII dedicaturusque erat Augusto *Trist. II 549,* sed horum editi sunt tantum VI, iique dedicati Germanico *Fasti I 3. 63. 285.* Annos natus quinquaginta *(i. e. a. p. Chr. 8) Trist. IV 8, 33. 10, 96,* absens Ilvae in insula nuntium accipit edicto principis se relegari *ex Pont. II 3.* Causa poenae 'duo

crimina, carmen' (nempe artis amatoriae libri tres *cf. Trist. I 1, 68. 111. II 240. III 14, 6. 17. V 12, 67, ex Pont. III 3, 70; Vict. ep. 1, 27)* 'et error' *Trist. II 207*; de hoc errore ('simplicitate' *Trist. I 5, 42)* obscure verba facit *Trist. I 2, 98. 3, 38. III 1, 52. 5, 52. 6, 35. IV 1, 24. 10, 90, ex Pont. I 6, 20. 7, 40. III 3, 71–75* (se vidisse aliquod quod videre non licuit significat *Trist. II 103. III 5, 49. 6, 28)*. Relegatus, non exul *Trist. II 129–138. IV 9, 12. V 2, 56–58. 11, 21 cf. IV 4, 46, ex Pont. I 7, 47.* Discessum suum a Roma describit *Trist. I 3*, iter in exilium Tomos *ib. I 2. 4. 10. 11.* A Tomitis aliisque eius regionis incolis immunitate donatus *ex Pont. IV 9, 101. 14, 51.* Diem obit in exilio et iuxta Tomos oppidum sepelitur *Hieronym. ad a. Abr. 2033 (p. Chr. 17).* Uxores duxit tres, primam paene puer, 'nec dignam nec utilem', quam post breve tempus dimisit *Trist. IV 10, 69*, ut et alteram, 'sine (huius) crimine' *ib. v. 71* — aut haec aut illa oriunda erat Faleriis *Am. III 31, 1* —, tertiam dilectam olim ab Atia matertera Caesaris Augusti et filiae eius Marciae familiarem *ex Pont. I 2, 136–140. III 1, 78*, quae marito fidelis ne cum exule quidem fecit discidium *Trist. IV 10, 74 cf. Ib. 15*, nec tamen comitata eum est in exilium *Trist. I 2, 41. 3, 88* (ad eam data *Trist. I 6. III 3. IV 3. V 11. 14, ex Pont. I 4. III 1*; memoratur praeterea *Trist. III 8, 10. 11, 15. IV 6, 46. V 1, 39, ex Pont. I 2, 50. 8, 32. II 11, 16. III 7, 11*). Filia, absens in Africa cum pater Italiam fugeret *Trist. I 3, 19*; nupta bis, ex utroque marito mater *Trist. IV 10, 75* (memoratur *Fast. VI 220, Trist. V 5, ex Pont. I 8, 32)*. Gener Cornelius Fidus *Senec. dial. 2, 17, 1.* — Iudicia veterum de Ovidio *Vell. 2, 36, 3; Seneca controv. 2, 2, 12. 9, 5 [28], 17; Seneca minor nat. quaest. 3, 27, 13; Quintilianus inst. 4, 1, 77. 10, 1, 88. 93. 98.*

120 Q. OVINIVS senator, capta Alexandrea iussu Caesaris occisus *Orosius 6, 19, 20.*

121 L. OVINIVS AFRICANVS (Afrik- *lapis*), L. Ovinii Curii Proculi Modiani Africani consulis nepos *IX 1479.*

122 OVINIVS CAMILLVS senator antiquae familiae, novarum rerum cupidus sub Alexandro *vit. Alexandri 48.*

— M. TINEIVS OVINIVS CASTVS PVLCHER.

123 L. OVINIVS CVRIVS PROCVLVS MODIANVS AFRICANVS (Afrik- *lapis*) cos. (a. inc.) *VI 1479.* Uxor Claudiana Eusebia *ib.*

124 OVINIVS PACATIANVS praefectus urbis a. 276. 277 *laterculus praefectorum ap. chronographum anni 354 (chron. min. ed. Momms. I p. 66).*

125 OVINIVS PATERNVS praefectus urbi a. 281 *laterculus praefectorum ap. chronographum anni 354 (chron. min. ed. Momms. I p. 66). Fortasse non diversus, ut coniecit de Rossi inscr. chr. 1 p. 22, Paternus consul ord. a. 279, quamquam huic nomen fuit Nonio Paterno (cf. sub hoc); cf. praeterea supra sub C. Iulio Adurio [Pate]rno (I 77).*

126 L. OVINIVS RVSTICVS CORNELIANVS L. f., tribu Quir., adlectus inter tribunicios, praetor; curator viae Tiburtinae, leg(atus) leg(ionis)

Mys(iae) inf(erioris) *(cf. Mommsen ad t.)*, curator viae Flaminiae; consul designatus *t. Tarraconensis II 4126*. Curator rei p. Riciniensium *ib.* Filia Rufria Ovinia Corneliana *ib.*

127 C. OVINIVS TERTVLLVS. *Tituli: Miliarii Moesici III S. 7602. 7603. 7604 (1. 2. 3); Tyranus III 781 (4); Tomitanus, arch. ep. Mitth. 1887 p. 44 (5); Nicopolitanus ad Istrum, arch. ep. Mitth. 1886 p. 243 (6); item fortasse ad eum pertinet t. Kutlovicae rep., arch. ep. Mitth. 1894 p. 13 (7). Nomen eius suppletum III S. 7540. — Nummi Nicopolitanorum ad Istrum, cum capitibus Severi (Mionnet S. II 124, 396 cf. 124, 397–125, 402), Domnae (Mionnet S. II 134, 459 = 135, 460 cf. Dumersan revue numism. 1843 p. 12), Severi et Caracallae (Brit. Mus. catal. p. 43, 19), Caracallae (Mionnet S. II 140, 490. 491; Brit. mus. catal. p. 45, 28; Berol. Mus. Beschr. I p. 77 n. 27), Caracallae et Getae Caesaris (Mionnet S. II 144, 517. 518; Brit. Mus. catal. p. 46, 34; Mus. Berol.). Cf. Borghesi opp. 2 p. 225 seq.*

C. Ovinius Tertullus *t. 1–3*, Γ. Ὀουείνιος Τέρτυλλος *t. 6*; Ovinius Tertullus *Dig. 49, 15, 9*, Ovinius Tertyllus *Dig. 38, 17, 1, 3*, Ὀουίνιος Τέρτυλλος *t. 4. 5*, Ovinius ........ *t. 7*, Ovinius *cod. Iust. 8, 50 (51), 1.* — Ὑπα. (*i. e.* ὑπατικοῦ) Οου. (Οὐ. *Brit. mus. cat. p. 46, 34*, Ὀ... *ib. p. 43, 19*) Τερτύλλου *nummi museorum Britannici (cat. Thrac. p. 45, 28) et Berolinensis (Beschr. I p. 77, 27. 80, 39)*, ὑπα. Ὀβινι. Τερτύλλου *lectum est in nummo ap. Mionnet suppl. II p. 124, 399; contra* ὑπ. Λ. Ὀου. Τερτύλλου *dicitur lectum esse Mionnet ib. p. 124 n. 397, p. 140 n. 490. 491, p. 144 n. 518*, ὑπ. Λ. Ὀουιν. Τερτύλλου *ib. p. 125 n. 402*, ὑπ. Λ. Ὀουινι. Τερτύλλου *ib. p. 125 n. 400. 401, p. 134 n. 459, sed in his quoque nummis sine dubio fuit non* ὑπ. Λ, *verum* ὑπα.

Legatus pro pr. Moesiae inferioris sub Severo et Caracalla *tituli et nummi citati; Ulpianus Dig. 49, 15, 9*, a. 200 *t. 1. 2. 3*, a. 201 *t. 4 (in t. 5 nullae certae, in t. 6 confusae sunt temporis indicationes).* Rescriptum Severi et Caracallae ad eum de postliminio filii nati in captivitate citatur *Dig. 38, 17, 1, 3. 49, 15, 9*, ex parte refertur *Cod. Iust. 8, 50 (51), 1.*

128 RVFRIA OVINIA CORNELIANA L. Ovinii Rustici Corneliani filia *II 4126.*

Pierer'sche Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co. in Altenburg.

Digitized by Google

Digitized by Google

89100038314
B89100038314A

Digitized by Google

Digitized by Google

89100038314
b89100038314a